


SERIES ET SUCCINCTA narratio rerum, à Regibus HIEROSOLYMORUM, Neapoleos, Siciliæq; gestarum:

Ex variorum Historicorum collatione, repræsentata

à

CHRISTOPHORO BESOLDO.

ARGENTINÆ

Sumpt. Hæredum Lazari Zetzneri

Anno M.DC.XXXVI.

ALPHONSUS R. NEAP.



INter Regna, quæ hoc etiam nunc tempore, nomen & omen durationis habent, vix ullum esse, videtur, quod plures Dominos, graviores etiã, ac varias magis mutationes habuisse videatur illo; cui utriusque Siciliæ vulgò nomen imponunt. Nam sanè Liburni, Umbri, Aborigines, Latini, Ausonii, Osci, Hetrusci, Samnites, Campani, Græci, (& quidem non semel) Romani, Pœni, Gothi, Saraceni, Nortmanni, Suevi, Galli, Arragonenses &c. Regionibus illis, diversis ætatibus vel imperitaverunt; vel omnia inibi ita turbârunt, ut admirationem cuilibet facere possit magnam Neapolim adhuc inter primas Italiæ urbes

 ):(flore-

florere; Siciliam beatam ac integram præ cæteris Insulis eminere. Id quod inter reliquas felicitatis refero partes, quibus Deus O.M. pientissimam Austriacam familiam dotavit. Dum enim Nortmanni, & Suevi, Ecclesiæ Romanæ jura, (immemores beneficiorum ab eâdem acceptorum) in controversiam vocare: dum pontifices nimis duras Conditiones, potentibus illis suis vasallis, offerre quandoque conati sunt: dum Galli Neapolitanum, Siculumq; Regnū, sæpiùs partum, nunquam diu tueri potuere; dumq; subindè fæmineum regimen terras illas vexavit, vel popularium libertas immoderata easdem concussit; nullo illæ unquam tempore, bellis teterrimis non involutæ fuere. Donec ita providente Deo, Hispani, Principesque Austriaci, in Hispaniâ dominantes; Nobiliū æquè, ac plebeiorum licentiam effrenem, justitiæ convenienti admi-

nistra-

niſtratione coercendo; fortalitiis-
ue,tam hoſtes, quàm rebelles ter-
endo,jam ante aliquot ſecula, pro-
inciis hisce,decus ac ornamentum
eſtituerunt, proſpereque hactenus
onſervârunt.

Harum autem rerum continua-
onem,ſeriemque,dum ego minus
rſan artificiosè, connecto; expe-
orque curis

----- *& dare verba meis:*

cem ac veniam erratis, prolapſio-
busque, tribuet Germaniæ no-
æ ſors; quæ Deo permittente, ita
ſimè nunc eſt conjecta; ut vix
ri poſſit,quin variorum malorum
ntagiones, eorum qui communi
uti favent, animum, ſolertiam-
e,contaminent ſimul & corrum-
nt.

Subjunxi hisce; Hiſtoriam Regū
erofolymitanorum: cùm ejus Re-
titulum, ſibi vendicent Neapo-
ni. Ea autem inprimis docet,quid

contra infideles concordia Chriſtia-
norum, quidq; diſcordia civilis no-
cere queat?

Faxit bonus Deus, ut propediem ſubſideat turba, quibus involvitur orbis Chriſtianus; ac qui cupidè nimis bella volunt, bilem, tumidamque ambitionem, vel tandem effundant in gentem, quæ verum Deum ignorat.

SERIES CAPITUM, ET REGUM HIEROSOLYMORUM.

SERIES CAPITUM, ET REGUM SICILIÆ & Neapoleos.

Cap.

Cap.

DE

DE REGIBUS HIEROSOLYMORUM.

De Statu Vrbis Hierosolymitanæ, antequàm ab exercitu Cruciatorum occuparetur.

ANno Christi 68. Anno duodecimo Imperii Neronis, mense Majo, Iudæis deficientibus à Romanis, cæptum esse bellum Iudaicũ, Iosephus *antiq. lib. 20. cap. 19.* & *de bell. Iud. lib. 2. cap. 13.* est au-
: qui & singulas causas, quæ præcesserunt,
úsve temporibus contigerunt, exactè con-
it: Inprimis enim, cùm jam biennio, into-
ɔilem planè Cestii Flori Procuratoris, tulis-
:yrannidem; spe etiam omni, quam conce-
ɪt de Cestio Syriæ Præside, prædicto Anno,
ıæ tempore, Hierosolymam veniẽte (apud
ı Iudæi omnes supplices egerant, ut tam
ıdis mederetur malis) penitùs exciderunt;
jam erga Florum, viderent eum propensio-
mo esse. At novis insuper, iisdemque dete-
ɔus superadditis causis, eò sunt desperatio-
lacti, ut præcipuorum quorundam factio-

 ne, ob-

ne, obstinatissimo animo adversus Romanos penitus rebellaverint. *Baronius sub A. C. 68. n. 36. & seqq.*

2. Discessit post hæc Florus Hierosolymis, Cæsaream proficiscens, haud tutum sibi ratus, licet cum militibus, Hierosolymis agere; populo tantoperè in eum exacerbato: deditque literas ad Cestium Syriæ Præsidem, quibus defectionis arguebat Iudæos. Econtrà verò, eidem à senioribus Iudæorum sunt redditæ literæ, de perpetratis à Floro in Iudæos sceleribus. Tūc Cestius, ut rem cognosceret, Politianum Tribunum, Hierosolymam misit: qui cum inspexisset Iudæos tantummodò esse concitatos in Florum, Romanis verò præstare fidem & observantiam, est regressus ad Cestium. Intereà Rex Agrippa, ut deploratis rebus consuleret, convocans populum ad concionem, disertâ habitâ oratione persuadere nisus est; nihil eos debere innovare, sed quiescere, & ferre, ut possent, Florum, donec, qui ei succederet, à Cæsare mitteretur. Populus autem, qui in cæteris acquievit Agrippæ; cùm de subjiciendo se Floro audisset, vehemēter incensus, nec à verborum in Regem contumeliis temperavit; sed eum protinus è civitate pepulerunt: in quem & procaciores nonnulli, etiam lapides coniecere; qui sic contumeliis affectus, decessit in regnum. Nec id tantum; sed cùm factiosorum hominum conflaretur in unum exercitus, indè Romanorum iidem occultè aggressi præsidium, quod vocabatur Massada, eo potiti, Romanos omnes, qui ibi erant, interfecerunt. His additis Eleazarus Ananiæ Pontificis filius, vi militum valens, ut suaderet sacerdotibus, non nisi

ro Iudæis hostias immolare. Quamobrem
ucta hostiæ, pro Imperatore & Romanis
ii, sunt reiectæ: quamvis reclamantibus
ificibus & Pharisæis; qui videntes arbitrio
iosorum omnia misceri, & jam defectionē
tis esse argumentis declaratam, quò se ab eâ
centes esse significarent, ad Florum & A-
pam legatos miserunt; eorum implorantes
lium ad compescendum seditiosorum fu-
n. Cōtempsit hæc Florus, videns jam, quod
upiebat, adesse. Agrippa autem ad seditio-
oercendos, ter mille equites misit. Hi cum
ent, in duas partes divisa est civitas: in al-
n, eamque superiorem, ad arcem Sion, con-
re nobiles & optimates, vallati præsidio E-
im: inferiorem verò urbis partem seditiosi,
ntes occupârunt, & Templum, quod profa-
nt; missilibus & fundis, à longè adversus in-
n assiduè certantes. Sed prævalentibus tan-
seditiosis, & superiorem civitatis occupan-
partem, incenderunt regiam Agrippæ, &
iæ Pontificis domum, simulque in Archi-
nem iniecerunt. Interea verò Cestius Syriæ
s, exercitu valido comparato, veniens in
stinam, oppida Iudæorum, quantùm licuit,
stavit. Mense autem Octobris, à Cestio Hie-
yma obsidetur. cumque ejus potiri, illi sæ-
offerretur occasio: ab eo fuit prætermissa
e neglecta: sic Deo disponente; tum ne qui
adhuc erant Christiani, pari pœnâ cum im-
fficerentur, sed egrediendi ex urbe oppor-
as, & spatium temporis concederetur; tum,
iam longè gravioribus obsessi intùs Iudæi
is affligtarentur. Sed milites Cestius revo-

 cans,

cans, in magnum discrimen Romanum adduxit exercitum: adeò ut plurimis ab insequentibus Iudæis ex suis cæsis, cæteros non nisi turpi fugâ valuerit liberare; desideratis ex Romanis militibus quinque millibus atque trecentis peditibus, & nongentis octuaginta equitibus. *Ioseph.2.de Bell.Iudaic.cap.16.*

3. Circa hæc autem tempora, quamplurimi Iudæorũ, (referente Iosepho, *2.d.bell.Iud.c.25.*) futurorum malorum non falsi conjectores; Hierosolymis elapsi, in alias emigrârunt regiones. Ex his autem fuisse Christianos; qui Hierosolymis agebant, testatur Epiphanius. *Hæref.29. & 30.* Porrò illi indè fugientes, in exteriorem provinciam recessêre, atque majori ex parte, Pellam incoluêre: quod sic eos Christus, ut antequam obsidione cingerentur, aliò se reciperent, olim admonuisset Hic quippe annus, hoc planè tempus est, à Domino in Evangelio præsignatum; cùm de venturâ Iudæorum clade verba faciens, apud Matthæum, c.24. hæc ait. Cùm ergò videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Prophetâ, stantem in loco sancto (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, &c. Sed quid per abominationem desolationis Dominus intellexerit, Iosephi testimonio plus satis redditur testatum; nimirùm quòd in exercitu Romano, militaria essent insignia, imaginibus effigiata. Quantùm hęc autem Iudæi abominarentur, Iosephus *18.antiq.cap.7.* illo planè declarat exemplo, cùm ait: Vitellius Syriæ Præses, ad bellum paratus Arabicum, assumptis duabus legionibus, & levis armaturæ, atque equitum auxiliis, missis à Sociis Regibus, pro-

operans versus Petram, pervenit Ptolemaim. Cùmque vellet per Iudæam exercitum dure, occurrerunt ejus regionis principes, deprentes transitum: neque enim patrios ritus perittere, ut inferantur ullæ imagines, quales omana signa habebant pleraque. Quorũ prebus flexus, mutavit sententiam de itinere prosito. Hæc Iosephus: quibus planè liquidò deratur, Romanos milites, qui agerent Hieroymis, nequaquam uti solitos insignibus miribus, imaginibus exornatis; ac illos præim, qui diebus festis apud Templum excus agerent: quî enim Iudæi passuri essent, ea à itibus Hierosolymis ostentari, quæ nec per sones transire suas sunt passi? Ad hoc quoq; stare videtur, quod ait Suetonius in Tiberio; is Syriacas legiones, nullam Sejani imagi inter signa coluisse. Quâ etiam ex causâ, idẽ udæos erat animo infensissimus. At verò Romani, jam hostes effecti, ad Hierosolyrum obsidionẽ, mœnibus inhæsissent; haud ium est, eosdem consueta signa, imaginibus jata, vexisse, ac pariter ostentâsse. Quamob cùm illud jam tempus, advenisse videretur, omino præmonstratum; ut, cùm viderent minationem desolationis, stantem in loco to, sibi fugâ consulerent: quæ non tantùm minatio, sed & abominatio desolationis, idò dicta, quia idem exercitus iterum reditulanè complanaturus, ac funditùs desolaturat Hierosolymorum civitatem. Hoc igirimo adventu exercitus Romani, ipso ejus ctu; suos, ut fugam captarent, videri potest ninus admonuisse: quòd post hâc non am-

plius liberum esset Iudæis, Hierosolymis agentibus, indè recedere, *Baronius. A.C. 68. n. 49.*

4. A.C. 69. Hierosolymitana civitas, mutuò inter se Iudæis civili bello digladiantibus, ingenti clade domesticorum afficitur. *Ioseph. 2. de bell. Iud. cap. 25* Nam cùm data esset belli administratio Anano Pontifici, ii, qui in Galilæâ, Romanorum gladium evaserant, ingenti planè numero, Hierosolymam, tanquam ad locum tutiorem confugientes; civitate excepti, non tantùm civibus necessariam insumebant annonam, sed tumultuabantur, eosdemq; deprædabantur, atque etiam occidebant: seque receperunt in Templum, ut munitissimum adversus cives, ex industriâ velut ædificatum castellum: adsciveruntque sibi nomen, Zelotæ *Ioseph. de bell. Iud. lib. 2. c. 38.* ut qui profiterentur præ cæteris Zelare, hoc est, ardenter amare, & tutari Dei legem, atque patria instituta: & ad hoc venisse, ut horum causâ vitam profunderent. Horum factione, & illud perfectum est, ut sortitò summũ eligerent sacerdotem: undè obtigit sors Phano, cuidam homini rusticano obscurissimo, & rerum sacrarum imperitissimo. Excitante intereà Anano Pontifice Iudæorum animos in Zelotas, ad vindicandas injurias Templi, & illis ex æquo in cives incensis; cùm ventum esset ad prælium, & crebris insultibus magnæ utriusq; partis cædes fierent: civibus tandem prævalentibus, amissâ illi exteriore Templi parte, in interiorem, ut munitiorem locum, se receperunt. Cùm interim sic essent obsessi, dolo Ioannis è Giscali, qui simulabat se Anano civibusque studere, reverâ favens Zelotis; cùm Ananum, quòd civitatem datu-

laturus esset Romanis, rumorem sparsisset; factum est, ut Idumæi, quasi vindices patriæ libertatis, Hierosolymam vocarentur: qui cùm venissent, & non sine labore tandem clanculùm in civitatem essent admissi, ingentem stragem fecêre civium; occisis ex illis octo millibus & quingẽs. Nec id illis satis; sed in Pontifices odio exardescentes, eos quæsitos occiderunt, eorumque corpora insepulta abiecêre: fuitque inter alios, nanus Pontifex Maximus in civitatis medio gulatus. Miserandum planè spectaculum (init Iosephus) erat, videre Pontifices sacris pauantè indumentis amictos, & toto orbe celerrimos religionis auctores, quique undique civitatem commeantibus venerabiles habentur, jacere nudos in prædam canibus & feris positos. Sed ex his etiam videas, æquâ lance nsari vindictam: nam sicut à sacerdotibus, ntificibus cogentibus concilium, de inferenmorte Christo sumptum est exordium, ita ab orum nece, inprimis ad Hierosolymitanum cidium ianua est patefacta.

5 A. C. 70. Iudæis Hierosolymis habitantis, cùm nec intùs manere tutum esset, in eâ flante intestinâ discordiâ, nec foràs egredi, cudiis ubique positis, prohibentibus, ac pariter ientibus; miserrimus omnium reddebatur us, miserandaque in omnibus ejus civitatis ies videbatur. Nam (quod ait Iosephus, *de Iud. lib. 5 cap. 2.*) à Zelotis inprimis jus honum calcabatur: ridebatur etiam Divinitas, phetarumque responsis, tanquam vulgarifabulis illudebant. Cùm verò multa conpsissent de virtute ac vitiis statuta majorum:

etiam quæ de patria olim prædicta fuerant,vera esse,exitu probavêre. Vetus enim quidam sermo ferebatur, tum demùm civitatem captum iri, sancta quoque exurenda esse lege belli, cùm seditio fuisset exorta; Templumque Dei propriæ manus antè violâssent.

6. Anno Chr. 71. Seditio Hierosolymis inter duas partes,nempè populum civitatis,atque zelotas,aucta est trifariàm: primæque factionis, eorum scilicet, qui ex latronibus collecti erant, Simon Gioræ filius princeps erat; secundæ verò,nempè zelotarum,dux erat Ioannes, de quo superiùs facta mentio est: tertiæ autem, quæ ab his est dirempta,factionis præses erat Eleazarus, Simonis filius; qui interiorem Templi partem occupans communivit, exteriorem verò Ioannes tenebat. *Ioseph.d.bell.Iud. lib.6. c.1.* Ex quo etiam admirari possimus, tãtam amplitudinem & magitudinem Templi, in quo duo exercitus sibi ipsis contrarii habitarent, absque violatione tertiæ ejusdem partis, quæ dicebatur Sancta Sanctorum. Simon verò superiorem civitatis partem occupaverat. His igitur in hunc modum divisis trifariàm, digladiantibusque inter se, Templi atrium sanguine inundavit & quod ultimum illis exitium attulit,frumentariæ cellæ, in quibus ad plures annos frumentum reconditum erat,incendio sunt absumptæ. Ac adeò miserrimus populus triplicibus his dilaceratus ac compressus fuit factionibus; ut pro Romanis, quò citùs civitate potirentur,vota nuncuparent: rati nimirum,illos,licèt infensissimos hostes & acceptas sub Cestio contumelias ulcisci paratos; tamen respectu præsentis, quem experiebantur, infe-

iciſſimi rerum ſtatus, habendos fore ami-
ariſſimos, atque optatiſſimos ſervatores.
A. C. 72. Veſpaſianus Auguſtus, Titum
m, in Iudæā reverti jubet: *Ioſeph. de bell. Iud.*
c. 14. ut, quod reliquum eſſet belli Iudaici,
lveret. Hic Cæſaream primùm veniens, o-
m, qui ad expugnandam civitatem opus
comparat apparatū. Inſtabat dies Paſcha-
ujus occaſione, ingens numerus peregrino-
ex more, Hieroſolymam ad diem feſtum
venit: putantes fortaſsè, Veſpaſianum & Ti-
, quòd ad bella civilia arma divertiſſent, de
roſolymis inpræſentiarum minùs fore ſoli-
s: ſed ad ſtabiliendum Imperium, omne ſtu-
m ac operam navaturos; ac proindè hoc ſal-
Anno, ab Hieroſolymorum obſidione tem-
aturos. At hæc eos feſellit opinio: nam col-
is undique legionibus, auctoque exercitu
ribus copiis, Titus decimâ quartâ die, menſis
rilis (quod teſtatur Ioſeph. *de bell. Iud. lib. 6.*
& 16.) prope Hieroſolymam caſtra poſuit
nonte Oliveti: unde Dominus, olim reſpi-
ns civitatem, flevit ſuper eam: Luc. 19. ut qui
oculis haberet diriſſimam omnium cladem,
am his perditiſſimis temporibus à Romanis
cepturi eſſent Iudæi, omnium hominum in-
iciſſimi. Cum igitur (ut dictum eſt) Hie-
ſolyma conferta eſſet indigenis & peregrinis,
i intùs erant, cum in Romanos progredien-
m eſſet, omni ſemoto inter ſe odio, paribus
imis, magnâque audaciâ id præſtitêre; adeò
ſæpè Titum cum ſuis in diſcrimen adduxe-
nt. Cæterùm dum intùs eſſent, civile rurſus
ter eos bellum incalleſcebat: *Ioſeph. 6. d. bell.*

Iud. cap. 4. nam ipsa die Azymorum à Ioanne immissis clanculùm suis militibus armatis in Templum, quotquot ibi reperti sunt Zelotæ, omnes ad unum ab illis sunt interfecti: sicque ex tribus factionibus duæ tantummodò remanserunt, Ioannis altera; altera verò Simonis. In templo itaque Dei ita cædi meruerunt, qui veluti templi honorem æmulantes, tot cædes ibidem perpetrassent. Inter hæc, cùm pugnando Titus Iudæum hominem captum audivit, in crucem agi pro muro jussit: ut eo spectaculo cæteri territi, cederent. *Ioseph. d. bell. Iud. 6. c. 7.* Post hæc autem admoveri ad murum machinas jubet: sicque quinto Nonas Maij, primum murum expugnat. *lib. eod. cap 8.* Deindè quinto die pòst, Romani sunt secundo potiti: *eo. d. lib. c. 9.* atque aggressi tertium. Cùmque ex Iudæis complures quotidiè caperentur, nimirum saltem quingenti per singulos dies, interdum plures; eos omnes ante oculos civium, Titus crucibus suffigi jussit: adeoque multiplicatus est eorum numerus, ut (quod Iosephus, *de bell. Iud. lib. 6. c. 12.* ait) jam spacium crucibus deesset, & corporibus cruces. Erant hi, qui ex civitate, fame urgente, foràs egredi sunt coacti. Crucifixi ex illis ipsi sunt, vel absque dubio illorum filii, qui clamaverant in Christum: Crucifige, crucifige; quique dixerant; sanguis ejus super nos, & super filios nostros. Cùmque fames magis magisque in dies invalesceret, eòque necessitatis cives compelleret, ut foràs potiùs optarent egredi, seque dedere Romanis, crucis supplicium subituri, quàm intùs fame perire: Titus hæc sciens, quò magis eâdem viâ eos perurgeret, omnem exitum, ne quis vel

ad

ad herbas paſcendas egredi poſſet, occluſit, aggeribus quinque contra urbem extructis; quod opus cæptum duodecimâ menſis Maij, vigeſimâ nonâ ejusdem menſis, perfectum eſt. Sed iisdem à Iudæis diſſipatis, Titus novum opus aggreſſus eſt; nempè murum conſtruere circum civitatem, quò omnis penitùs interceptus eſſet exitus. Quantâ autem celeritate conſummatum ſit opus, planè ſuperat humanum captum. Idque Ioſephus admirans, in hæc verba deſcripſit: Murus quidem uno minus quadraginta ſtadiorũ erat. Ad hæc foris caſtella tredecim ædificata ſunt: orum gyrus denis ſtadiis numerabatur. Totum utem opus triduo conſtructum eſt, ut tamen ignum menſibus videretur, celeritas verò fide ireret. Sic igitur videas jam divinitùs impleim eſſe, quod illis verbis Dominus prædixeit, dum Hieroſolymorum defleret interitum: uc. 19. Venient dies in te, & circumdabunt te iimici tui vallo, & circumdabũt te, nempè mu-; & coanguſtabunt te undique, & ad terram oſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt. Sic gò muro ſepti Iudæi, adeò fame vexati ſunt, ut numera hominum multitudo ſit morte conmpta: quorum corpora ab illis proijcieban-r extra mænia: *Ioſeph. de bell. Iud. l. b. 6. c. 14.* & quæ circuiens Titus, ubi plena cadaveribus ænia vidit, altamque ſaniem tabefactis corribus defluentem, ingemuit, & extenſis maous Deum teſtabatur, factum illud ſuum non e. His acceſſit nova calamitas. Eorum name, qui urbe egreſſi ad Romanos confugerent, n alii, avido ſtomacho cibo guſtato, protinùs erirent, alii verò accuratiùs moniti aliorum

exemplo, cibum lentè capientes evaderent: hos Syri atq; Arabes milites noctu venati, putantes intùs habere invisceribus auri depositum, occidebant, fœdèque eorum viscera scrutabantur, an aurum deglutitum reperirent: increbuerat enim rumor, eos urbe egressos, quod haberent aurum, ne ab hostibus auferretur, voratum in visceribus collocâsse. Quorum viscera sic sunt patefacta, una tantum nocte duo millia hominum fuerunt reperta, ut idem auctor affirmat. Sed ejusmodi immane facinus Titus mox cohibuit, comminatus supplicium his, qui ea deinceps tentarent. Hæcque Iosephus ipse, qui tūc aderat, conscribens, exclamans ait: Deus damnaverat populum, & omnem viam salutis ad interitum verterat. Ac paulò post: Puto, si Romani contra noxios venire tardassent, aut hiatu terræ devorandam fuisse civitatem, aut diluvio perituram, aut fulminum ac Sodomæ incendia passuram. Quis autem fuerit numerus eorum, qui intùs fame consumpti periêre, à decimâ quartâ mensis Aprilis, quâ cæpit obsidio usque ad Kal. Iulii; custos unius portæ Mannæus Lazari filius, transgressus ad Titum, testatus est; per eam portam, sibi creditam, elata fuisse cadaverum centum quindecim millia & octoginta: absque illis, quæ propinqui sepelissent. Post hæc nobiliores profugi, mortuorum egenorum sexcenta millia, portis eiecta nunciabant; aliorum verò numerum minimè potuisse comprehendi: nam cùm pauperibus efferendis non sufficerent, congesta dicebant in maximis ædibus cadavera esse inclusa. Porrò cùm populum tanta invasisset fames, ut nec essent herbæ, quibus vesci possent;

ıbulo fimum quęrebant in cibum,collecto-
tercore vescebātur. Sed fame magis in dies
lescente,eos nec ab humanis carnibus tem-
sse,Iosephus testatur *de bell. Iud. lib. 7. ca. 6.*
enim calceamentis,cingulisque, ac insuper
is,quibus scuta tegebantur,detractis insum-
veterisque fæni laceramentis magno pretio
litis. Et quæ his careret,cò immanitatis red-
est, fame improbâ compellente,nobilis ac
lives mulier,Maria nomine,filia Eleazari, à
tiosis jam exuta vitæ substantiis, ut quò sibi
ulceret,fame rabidâ impulsa, lactentem filiū
derit,quem comestura mox coxit: cujus ni-
s odore illecti milites, qui sibi victum, ut-
que possent,raptu quærebant; cùm ejus per-
issent domum,partem assati filii,quæ super-
, intuiti, detestati, facinus abiêre. Moxque
eta est eius sceleris famâ tota civitas, & u-
quisque (ut inquit Ioseph. *eod. lib. 7. c. 8.*) an-
culos sibi cladem illam proponens,tāquam
ipse admisisset, horrescebat. Hæc ipsa haud
ium longiùs spectans tempora Dominus
is,cum perduceretur ad crucem, & mulieres
um lamentantes præ commiseratione vidis-
Luc. 23. ait: Filiæ Hierusalem, nolite flere su-
me, sed super vos ipsas flete, & super filios
tros; quoniam ecce veniēt dies, in quibus di-
it, Beatę steriles, & ventres, qui non genuerūt,
ibera, quæ non lactaverunt. Tunc incipient
ere montibus: Cadite super nos, & collibus,
erite nos. Dixisse sanè credimus hæc illas, his
æsertim temporibus, cùm tam horrēdum Ma-
e facinus accepissent. Quin &, quòd nullum
et effugium, intùs fame magis magisque in

dies sæviente, & circumseptis hostili pariete foràs egrediendi omni facultate præreptâ, desperatione extremâ compulsas easdem illas verisimile est tunc dixisse hæc à Domino prædicta verba: Montes cadite super nos, & colles operite nos, easdemque lamentantes, sæpiùs lugubres nænias iterasse. Cùm hæc miserrima, qui intùs erant Iudæi, cogerentur perpeti mala, iisdemq; longè deteriora imminerent; licet à Tito per se, perque suos ipsorum gentiles, qui ad castra Romanorum confugerant, ad deditionem honestam sæpius invitarentur: quin etiam rogarentur, ut si non sui, Templi saltem rationem haberent, ne irruentes illud milites inflammarent; tantùm absuit, ut ipsorum saluti, Romanos vel Iudæos consulentes audirent, ut his omnibus spretis, obstinato animo se omnia libentiùs experturos mala jactarent, quàm se dederent Romanis. Titus igitur contestatus Deum & homines, se ad urbis & Templi excidium invitum cōpelli, validiùs turrim nomine Antoniam, quæ erat juxta Templum, oppugnat, *idem eod. lib. 7. c. 5.* quam tandem expugnat, *idem eod. lib. 7. c. 6.* vigesimâ quartâ die mensis Iulii, cùm milites junctam turri ab Aquilone partem porticus Tēpli, incendio concremârunt. Occidentalem verò porticum, ipsi Iudæi, qui intùs obsessi erant, quò Romanos, qui occupaverant illam, perderent, incenderunt vigesimâ septimâ die ejusdem Iulii Mense. *Ioseph. de bell. Iud. lib. 7. c. 9.* Octava autem die Augusti, Titus ad Templum expugnandum, machinis comportatis igni ferroque oppugnationem aggreditur; commiseratus tamen nobilissimi omnium Templi incendium, quod interiora

-teriora porticus depascebat, restingui jussit. In-de ad consulendum vocatis proceribus, quid de Templo esset agendum, singulorum sententias rogat: cumque complures in eam sententiam irent, Templum esse incendio consumendum; ipse sui prærogativâ suffragii, illi parcendum esse decrevit; sicque jussi sunt milites quiescere, & Templi excidio temperare. Sed licet hæc Titus decrevisset, ejusque dicto refragari nullus auderet; vi tamen Numinis compellente (quod Christus olim prædixerat) factum est, ut cùm Iudæi, qui intùs detinebantur obsessi, in Romanos, qui foris erant, irruerent: cum eorum furori Romani resisterent, ac tandem illos intrò regredi, facta compressione compellerent: militum quidã (inquit Iosephus *de bell. Iud. lib. 7. c. 10.*) non expectato cuiusquam edicto, neque tantum facinus veritus, sed Divino quodam motus impetu, a contubernali suo sustollitur, & ex ardente materiâ raptum ignem, in fenestram inserit aureã, quâ ad membra circum Templum ædificata, de septentrionali regione aditus erat. Flammâ verò excitatâ Iudæorum quidem calamitate dignus clamor exoritur. Et ad subveniendum procurabant, neque iam vitâ parcendum rati, neque viribus temperandum. Absens, dum hæc agebantur, Titus erat: qui his acceptis, ad locũ procurrat, utq; restingueretur incendium jubet, clamat, urget, instatque; sed non ob clamantium strepitum valuit exaudiri: sicque magis magisque flammâ invalescente, nullâ amplius valuit humanâ ope restingui. Porrò ad immensa Iudæorum mala, & illud non leve his diebus accessit, quòd, teste Ioseph. *de bell. Iud. lib. 7. c. 11.* pseudopro-

dopropheta jactaret, decipiens populum infelicem, salutem Deum polliceri omnibus, qui in templum ascenderent: qui eidem præstantes fidem, eò se contulerunt, & ad sex hominum millia, omnes æquè incendio sunt insumpti. Addit insuper Iosephus, à seditiosis illis tyrannis, qui his temporibus aderant Hierosolymis, superin ductos fuisse pseudoprophetas multos, qui denunciarent populo, ut expectarēt auxilium Dei, ne fugerent, aut deditionem facerent: ut sic vanâ spe alitos intra mœnia continerent. Refertq; Iosephus *lib. 7. de bell. Iud. cap. 13.* quòd Romani quidem, postquàm seditiosi ad civitatem confugêre, templo, itemque omnibus circùm locis ardentibus, signa in templo posuere, contra portam Orientalem: ibique celebrato sacrificio, maximis cum laboribus declarabant Titum Imperatorem. Vsque adeò verò prædâ satiati sunt milites, ut in Syria, dimidio quàm pridem fuerat, pretio pondus auri veniret.

8. Sic igitur capta civitas, non tantùm inflammata, sed solo tenus prostrata est: id namq; prædixerat Dominus Luc. 19. dum flens miserabilem urbis casum, inter alia hæc prælocutus addidit: Et in terram prosternent te. Ac item Luc. 21. non relinquetur in te lapis super lapidē, qui non destruatur. Hæc de templo dicta sunt; cuius lapides & structuram adeò admirabantur Apostoli: cùm alioqui tàm ingentes simul plūbo ferroq; connexi iidem lapides essent, ut impossibilis planè eius videretur demolitio. Verùm adeo collapsum, contritum, atque convulsum fuit templum cum cæteris immensæ molis ædificiis; ut nec ipsius saltem vestigia, quòd illic

ali-

aliquando fuissent, reliqua viderentur: sicut nec reliquæ civitatis, cuius tantùm pars muri ad castrorum munitionem relicta esse, tribusque solummodò permanentibus turribus, quæ essent quasi indices, ut qualis Hierosolyma tunc fuisset, nescientibus demōstraretur. Quod Iosephus, *de bell. Iud. lib. 7 c. 18.* his potissimùm verbis significat: Postquàm verò quos occideret, quídve raperet, non habebat exercitus, quod iratis animis omnia deerant (neque enim parcendo, si esset, quod agerent, abstinuissent) iubet eos Cæsar totam funditùs iam eruere civitatem, ac templum: relictis quidem turribus, quæ præter alias eminebant, Phaselo, & Hippico, & Mariamne, murique tanto, quantùm civitatem ab Occidente cingebat; id quidem, ut esset castrum illîc custodiæ causâ relinquendis: turres autem, ut posteris indicarent, qualem civitatē, quámve munitissimam Romanorum virtus obtinuisset. Alium verò totum ambitum civitatis, ita complanavêre diruentes; ut qui ad eam accessissent, habitatam aliquandò esse, vix crederent. Hæc Iosephus. Ipse tamen in his considerandis, in eo se obtusum potiùs, ac minùs veri amantem, quàm ingenio perspicacem atque discretum præbuit, dum causam disquirens, cur tanta mala Iudæos invasissent, adscribens ea omnia, seditiosorum illorum criminibus, hæc addit: dum de clade Hierosolymitanâ agit, idem *eod. lib. 7. c 17.* nullâ aliâ re, tantis infelicitatibus dignâ, nisi quòd talem progeniem, quâ subversa est, edidit. Hæc ille, sed humiliter & abiectè nimis, rem tantam perpendens, atque considerans, quæ esset pœna peccati, eandem existimavit causam esse supplicii:

cii: immemor & quod alicubi dixisset, existimatum, ob necem illatam Iacobo Iusto, tanta mala infelices apprehendisse Iudæos. Cęterùm si quis hujus seculi Iudæorum peccata consideret, mẽteque revolvat, maximum omnium existimatum esse peccatum, impietatem: cùm scilicet relicto Dei cultu, populus Idola Gentium coleret (hoc enim nullum immanius videbatur posse scelus existimari) cuius rei causâ, captivitatem Babylonicam, & alia gravissima olim passi essent mala: rursumque attendat, à nullo magis, quàm ab hoc Iudæos præsenti seculo abhorruisse peccato; nam non nisi de Tiberio, filio Alexandri Alabarchæ testatur Iosephus, defecisse à ritu patrio ad Romanorum superstitionem, & si qui fortè ex iisdem illi adhæserunt: adeó, ut dici non possit crimen fuisse publicum omnibusq; commune, ut aliàs factum à Iudæis reperitur; nec par sit credere, ob leviora delicta, maximam omnium esse à Deo cladem inflictã: inducat ipse Iosephus in animum necesse est, ab eis admissam fuisse impietatem, ac crimen maximum omnium, & quod superet idololatriam. At id certè non potuit peccatum esse in Iacobũ scelestissimè perpetratum: nam & aliàs sæpiùs certum est à Iudæis occisos esse sanctissimos viros, atque prophetas; nec tamen unquam talem, ob eam causam, tantàmque eos expertos esse vindictam. Ex vindictæ igitur pondere, cùm iure quisq; dixerit immanitatem pensandam esse delicti, non aliud quidem, quod illis adscribat, inveniet; nisi horrẽdum illud, & maximè omniũ execrandum facinus, quod in Christum Dei filium à patre missum, tot oraculis Prophetarum prænnu-

:ænunciatum, ac etiam tot tantisque miracu-
s illustratum, ac testimoniis declaratum, ante
nnos triginta octo, iniquissimè atque imma-
ssimè admiserant. Quod si defuisset, cætera ab
s admissa delicta, eius generis fuisse videban-
r, quæ etsi captivitate fuissent expianda (ut a-
is factum erat) temporaneâ; non tamen per-
tuâ & omniũ immanissimâ desolatione ple-
:nda. *Baronius A.C.72 n.20 & seqq.* Quod
tem ad tempus tantæ cladis illatæ spectat:
m qui hæc omnia prædixit Redemptor hu-
ni generis Iesus Christus, malorumque o-
iũm causam, quam diximus, suis discipulis
:ravit: & non tantùm signa, quæ præcederent,
nonstravit; sed & ut se res esset habenda, pa-
significavit; idem, inquam, & tempus, quo
: essent implenda, voluit declarare. Quippè
it Luc.21. Amen dico vobis, quia non præte-
t generatio hæc, donec omnia fiant: Cœlum
:rra transibunt, verba autem mea non transi-
it. Vidit utique ea ætas & generatio, quæ ab
prædicta sunt; cum non nisi triginta octo
orum spatium (ut dictum est) ab eo tempo-
ntercesserit.

ı. Adveniente Christi anno septuagesimo
o, Titus cum manubiis Iudeorum ex Aegy-
Romam veniens; de partâ gloriosâ victoriâ,
lissimum triumphum egit, qui à Iosepho
ll. Iud. l. b. 7. c. 24 describitur. At ex his pau-
ntùmmodò (quòd instituti ratio exigit) at-
:mus. Ducti sunt in triumphum Iohannes
non, illarum factionum, quarum causâ, tot
sunt oborta & cõsummata, precipui duces;
n his alii insuper septingenti viri, electi ro-
bore,

bore, & formâ præstantes, ad hoc delecti atque servati. Hincque videre est in antiquis compluribus numismatibus, Titi Imperatoris trophæũ, cum duobus captivis assidentibus effigiatum. Similiter & triumphalem quadrigam, quam duo itidem captivi præcederent. Sunt & alia Vespasiani signo notata numismata, quorum aliis inest muliebris figura, sedens humi ad trophæũ: aliis eadem mulieris effigies mœstæ, sedentis sub palmâ, quæ erat Iudææ provinciæ hieroglyphicum; hac inscriptione signatis: Iudæa capta. S.C. Sed cùm clarissimi triumphi pompã, quam plurima ornamenta redderent celeberrimam: quæ tamen templo ablata sunt sacra vasa, in triumphum perducta, maiori admiratione, in se oculos omnium convertebant; de quibus sic Iosephus *de bell. Iud. lib 7. c. 14.* Spolia verò alia quidem passim ferebantur: eminebant autem ea, quæ apud Hierosolymam in templo reperta sunt, mensa aurea ponderis talenti magni, & cãdelabrum similiter auro factum. Post hæc autem portabatur lex Iudæorum, novissima spoliorum. Hæc & alia Iosephus. Et dum hæc aguntur; dat in mandatis Vespasianus Augustus Liberio Maximo, procuratori, ut omnem terram vendat Iudæorum: *Ioseph. 7. d. bello. Iud cap. 26.* Sic enim fieri oportebat, desertâ habitatoribus terra, solùmque relictâ ei custodiâ octingentorum tantummodò militum, quibus Emmaus traditur incolenda: quæ mutato antiquo nomine, & novo ex partâ victoriâ consecuto, Nicopolis est appellata. Cęsarea verò maritima, olim Turris Stratonis dicta, ubi necatis anteà Iudæis, Gentiles, qui eam incolebant, summâ rerum potieban-

icebantur, remansit totius Palestinæ metropolis: quæ ob egregiam à civibus navatam operam contra Iudæos, à Vespasiano Imp. facta est Colonia Romanorum, & immunis à censu capitis, & possessionum, ut Paulus I. C. *in l. ult. ff. de censib.* testatur. Sed eodem tempore, quid itidem Iudæis acciderit, tradit Eusebius *lib. 3. c. 2.* Fertur, inquiens, præterea, Vespasianum post vastationem Hierosolymorum mandâsse; ut omnes ex Davidis genere prognati, diligenter conquirerentur: quo nemo apud Iudæos, ex illâ regiâ stirpe, omninò in posterum superesset; indeque in Iudæos maximam denuò cladem, & persecutionem fuisse concitatam. At hæc de familia Davidis abolenda, undè in mentem Vespasiani venerunt? nisi, quòd eidem significatum esset, oraculis Prophetarum esse prædictum, ex David progenie regnaturum hominem, cujus imperiũ sit æternum. Cùm ei adulantes, cætera, quæ erant in oraculis, quasi de eo prædicta essent, Iosephus & alii illi accommodâssent; hoc quod adversari videret, in hunc modum irritum reddi curavit. *Baronius A.C. 73. n. 1. & seqq.*

10. Porrò Anno Domini trigesimo supra centesimum, imperante Hadriano Imp. moverunt & Iudæi bellum; quod (ut Spartianus ait) vetabantur genitalia mutilare. Dio autem, *in Hadriano*, belli Iudaici aliam affert causam, sic dicens: Intereà Hierosolyma pridem eversa, rursum habitari jussit, atque urbem, Aeliam Capitolinam appellavit. Iovi item, ex adverso templi, ædem excitavit. Bellum hinc & grave, & diuturnum natum est. Magno enim dolore afficiebantur Iudæi, atque indignabantur, peregrinos

secum

secum in civitate habitare: & illud quoque etjam gravius ferebant, externa sacra fieri, & externorum Deorum imagines, in ipsâ constitui. Quievére tamen ab armis & cædibus, Hadrianum viriti, qui eo tempore vicinis in locis constiterat. Nihilo tamen seciùs, inter se ea studiosè fabricare non cessabant, quibus, quoties belli necessitas posceret, uti possent. Postquàm verò longiùs Hadrianus absuit, palàm in arma vertuntur; quamquàm apertâ acie cum Romanis congredi non ausi sint: auxilia autem sumebant muro & cavernis subterraneis, specus fodientes, atque cuniculis omnia munientes: ut quoties violarentur, liberos haberent ad fugam exitus, invicem quoque subter terram clanculùm commeare; specus & subterraneas vias, supernè quibusdam in locis hiantes ad ventos & lucem excipiendam, perforaverunt. Prosequitur Dio institutam de his semel orationem his verbis: Impetus eorum Romani primùm contempsêre: verùm postquàm universa provincia tumultuata est, & qui ubique gentium erant, cùm eis conspiraverunt; tunc cognovêre & intellexerunt, quàm grave & periculosum bellum exortum foret: multa enim mala in Romanos, partim clàm, partim apertè edebãt. Adscivêre multos etiam externorum prædæ & lucri cupiditate. Et ferè universus terrarum orbis, ex motu Iudæorum concessus est (ut inquit Eusebius *hist. lib. 4. c. 6.*) Cumq; defectio Iudæorum, longiùs in dies serperet: Rufus Præfectus Iudææ, auxiliaribus copiis ab Imperatore sibi ad eam rem missis, illorum amentiam, tanquam ansam oblatam ad exitium arripiens, acerbè & crudeliter

cos

os exagitat: virorum ac mulierum unà eùm li-
eris, infinita propè millia confertim concidit:
elli jure, illorum agros populo Romano adiu-
cat. Quo quidem tempore, Judæorum dux erat
archohebas: quod nomen, si lubet interpre-
ri, astrum significat, (nam quod scriptum esset
oraculis, *Num. . 24* orietur stella ex Iacob;
divinitùs missum pronunciabat) vir, quanquã
liquâ vitæ ratione cruentus, ac prædo nefa-
is, ipsâ tamen appellatione, tanquam sidus a-
juod de cœlo delapsum, se illis, qui velut ho-
ines ex mancipiorum numero, gravi servitutis
jo oppressi, atque miseriis ærumnosis afflicti,
ectique erant, lucem ac spem salutis allatu-
n, falsò commentus est. Et alibi Eusebius,
Chron. A 17. H dr. de eodem, hæc ait: Barcho-
bas dux factionis Iudæorum, nolentes sibi
ristianos adversus Romanum militem ferre
sidium, omnimodis cruciatibus enecat. Iu-
ius Martyr, *in orat. ad Antonin. Pium* & apud
ebium, *lib. 4. c 8.* ejusdem itidem meminit,
ens; Sunt libri illi, qui apud omnes ubique
læos, qui eos legentes non intelligunt; sed pro
micis & hostibus nos habentes, itidem cum
sunt, occidunt & excruciant; quemadmodum
ex eo persuaderi potestis; proximo namque
lo Iudaico, Barchohebas, defectionis Iudæo-
n dux, & princeps, solos Christianos ad gra-
supplicia, nisi Christum abnegarent, & ma-
ictis incesserent, protrahi jussit. Hæc Iustinus;
genere Samarita, hæc oculis spectasse po-
, quippè qui ad hæc usque tempora Samariæ
t, & ejusdem belli Iudaici occasione, aliò mi-
re compulsus est. *Baronius. A. C. 130.*

II. Se-

11. Sequenti Anno Domini, centesimo trigesimo septimo, decimo verò octavo Imperii Hadriani (inquit Eusebius in Chronico) bellum Iudaïcum, quod in Palæstinâ gerebatur, finem accepit, rebus Iudæorum penitùs oppressis. Ex quo tempore etiam introeundi eos Hierosolymam licentia ablata; primùm Dei nutu (sicut Prophetæ vaticinati sunt) deinde Romanis interdictionibus. Idemque auctor *itidem post sequentem annum*, hæc habet: Aelia, ab Aelio Hadriano cõdita; & in fronte eius portæ, quà Bethlehem egredimur, Sus sculptus in marmore, significans Romanæ potestati subjacere Iudæos. *Hæc Eusebius* Idemque *hist. lib 4. c. 6.* sic scribit: Iam verò, cùm duodecimo octavo Anno Imperii Hadriani, bellum juxta urbem Bethlehem nuncupatam (quę erat omnium rerum præsidiis munitissima, neque adeò longè à civitate Hierosolymorum sita) vehementiùs accenderetur; cumque extra urbis mænia longinquiore temporis spatio continuaretur obsidio, & rerum novandarum auctores, fame & siti essent ad extremam propè perniciem detrusi, & caput illius temeritatis, debitas pœnas persolvisset: Aristo Pellæus narrat, universæ genti, ex illo tempore prorsùs interdictum, nè pedem in agrum Hierosolymitanum aliquandò inferrent, & legis decreto, institutisque Hadriani (ille planè sic in mandatis dederat) ne vel ex edito loco, paternum solum, oculis aliquandò aspicerent. Hierusalem ergò cum ita esset Iudæorum gente orbata, & veteribus incolis prorsùs destituta, genereque frequentata externorum hominum; deinceps cùm esset à Romanis occupata, nomen commutavit;

avit; & in honorem Aelii Hadriani Imperato-
is,qui eam devicisset, illustrandum, Aelia ap-
ellata est. Hæc de bello Iudaico sub Hadriano
usebius. Sic itaque ultus est Hadrianus (in-
uit Orosius *lib. 7.c.13.*) Christianos, quos Bar-
hohebas, dux illorum, quòd sibi adversus Ro-
nanos non assentirentur, excruciabat. De ea-
emque clade Iudæorū S. Hieronymus *in Z. ch.*
p. 1. hæc addit: Legamus veteres historias, & tra-
tiones plangentium Iudæorum, quòd in ta-
ernaculo Abrahę, ubi per singulos annos mer-
tus celeberrimus exercetur; post ultimam e-
rsionem, quam sustinuerūt ab Hadriano, mul-
millia hominum venundata sint: & quæ ven-
non potuerint, translata in Aegyptum, & tàm
ufragio & fame, quàm Gentium cæde trunca-
Isti ergo victores, & Domini ultores, qui oc-
lebant, & non dolebant, vendebant pecora, at-
e dicebant: Benedictus Dominus, divites fa-
sumus. Hæc Hieronymus. Porrò apud Ori-
nem, *contra Cels. tit. 8. prope fin.* Celsus Epicureus,
n Iudæorum, tum etiam Christianorum ho-
infensissimus, quòd illi nec domum, vel ter-
vestigium amplius possiderent, & Christiani
que terrarum peterentur ad necem, expro-
ns hæc ait: Non dicturus es, quòd Romani
persuasi, relictis cæremoniis ritibusque pa-
s, tuum Altissimum (aut quomodocunque
ellandus est) invocaturi sint, ut descendens
net pro eis, nec opus sit aliis viribus. Idem
n Deus, jam anteà tum hoc ipsum, tum alia
ora suis pollicitus, ut vos ipsi fatemini; vi-
s, quantùm vel illis, vel vobis profuerit: cùm
prosperato terrarum dominio, nè gleba

quidem, aut domicilium factum sit reliquum: vos ubicunque per latebras erratis, quæramini ad supplicium. Hæc Celsus; quem eruditè, fortiterque, in iis, quæ ad Christianos pertinent, Origenes redarguit. Sed revertamur ad Hadrianum: & ipsum quidem non tantùm in Iudæos, sed etiam in Christianos infensum. Non solùm enim (quod scribit Dio *in Hadriano*) in contumeliam Iudæorum, ex adverso Templi, ædem Iovi excitavit; sed in odium Christianorum ibi degentium, quæ sanctissima habebantur loca, æquè polluit simulacris. Nam de his hæc tradit S. Paulinus *epist. 2 ad Severum*: Hadrianus, existimans se fidem Christianam, loci injuriâ peremptuꝛum, in loco passionis simulacrum Iovis consecravit; & Bethlehem Adonis fano, profanata est: ut quasi radix & fundamentum Ecclesiæ tolleretur, si in iis locis Idola colerentur, in quibus Christus natus est, ut pateretur; passus est, ut resurgeret; surrexit, ut regnaret, judicatus est, ut judicaret. Me miserum! etiam ista pro me Dominus omnipotens perpeti non recusavit: ut ubi pro salute generis humani, crucifixus pependerat, ibi hominum sacrilegio sperneretur: & super crucem, ad quam Orbe concusso, & Sole refugo, & dissilientibus mortuorum excitatione monumentis, rerum natura nutaverat, stabat simulacrum dæmonis, & in arâ simulacri, pecudum busta fumabant, & Dei nomen deferebatur statuis mortuorum; cùm ipse vivorum DEVS, qui & resurrectio mortuorum est, non solùm mortui, sed crucifixi hominis blasphemaretur opprobrio. In Bethlehem quoque, ubi Isaiæ 2. agnoverat bos possessorem suum, & asinus præsepe

Domi-

Domini sui; ibi principes hominum, inficiati
Salvatorem Deum, infames hominum amores
mortesque coluerunt. Prodita novo sidere Re-
gis æterni, ubi cunabula supplices cum suis o-
pibus adoraverunt Chaldæi, ibi barbaras libidi-
nes sacraverunt Romani. Vbi natum Salvato-
rem, cum exercitu Angelorum concinentes cœ-
lesti gaudio salutaverunt, illustratâ nocte pasto-
res; ibi Veneris amasium, mixtæ semiviris plan-
gere meretrices. Proh dolor! quæ pietas homi-
num, hanc impietatem compensare poterit? Vbi
sacra nati Salvatoris infantia vagiebat, illic Ve-
neris lamenta fingentium lascivis luctibus, in-
famis ritus ululabat: & ubi Virgo peperit, adul-
teri colebantur. Mansit hoc sæculi prioris nefas,
in tempora nostris proxima Constantini. Huc-
usque Paulinus: Ad quem hæc S. Hieronymus
l.13. Ab Hadriani temporibus, usque ad Impe-
rium Constantini, annos circiter centum octo-
ginta, in loco resurrectionis, simulacrum Iovis,
in crucis rupe, statua ex marmore Veneris, à Gen-
tibus posita colebatur; existimantibus persecu-
tionis auctoribus, quòd tollerent nobis fidem
resurrectionis & crucis, si loca sancta per Idola
polluissent. Bethlehem nunc nostram, & augu-
stissimum Orbis locum, de quo Psalmista canit,
Veritas de terra orta est; lucus inumbrabat, Tha-
muz, idest, Adonidis: & in specu, ubi quondam
Christus parvulus vagiit, amasius Veneris plan-
gebatur. Severus *hist. lib. 2.* etiam meminit simu-
lacri dæmonum, in loco passionis Dominicæ
constituti. Et S. Ambrosius *in Psalmum quadragesimum tertium*, planè significat, locum passionis,
quem Calvariæ dicimus, mutato nomine, fuisse

Venerarium nominatum, à Veneris ibi posito simulacro. Sed quod ad Bethlehem pertinet, Origenes contra Celsum *lib.1.* qui longè, antequàm à Constantino loca illa expurgarentur, claruit; cùm agens contra Celsum, Bethlehem meminit, nihil tale de eo loco attingit; quem fama celebrem etiam Gentilibus fuisse tradit, cum ait: In Bethlehem speluncam ostendi, ubi ille sit natus; quod utique & in illis locis percelebre est, vel apud eos quidem, qui à fide sunt alieni. Famâ & nomine circumfertur, eâdem in speluncâ, IESVM quendam, quem Christiani adorant & demirantur, genitum esse. Hæc ipse: Quibus apparet, nequaquàm valuisse Hadrianum suis artibus, Christi cunabulorum memoriam obliterare; quin apud Gentiles quoque, eadem essent illustria. Quòd autem ad extructionem Aeliæ pertinet, Epiphanius *lib.d.de mensur.* rem gestam, occasione Aquilæ Pontici, sacrorum librorum interpretis, his verbis enarrat: Reperit Hadrianus civitatem totam, solo æquatam, & templum Dei conculcatum; exceptis paucis domibus, & Ecclesiâ Dei, quæ parva erat eo loco: ubi reversi discipuli, quando Salvator assumptus est ab Oliveto, ascenderunt in cœnaculum; illic enim ædificatū fuerat; hoc est, in parte Sion, quæ à devastatione relicta erat, & partes domiciliorum circa ipsam Sion, & septem synagogæ, quæ solæ in Sion stabant, velut tuguria: ex quibus una relicta fuit, usque ad tempus Maximonæ Episcopi, & Constantini Regis, veluti tentorium, ut scriptum est. Itaque animo versat Hadrianus, extruere urbem, non tamen templum. Et adeptus Aquilam hunc prædictum interpretem, qui

Græcus erat, & socium ipsius à Sinope Ponti o-
riundum, constituit ipsum illic operarum ex-
ruendæ urbis præfectum. Imposuit autem urbi
proprium suum nomen, & regii nominis appel-
ationem: sicut enim ipse Aelius Hadrianus no-
minatus erat, sic etiam civitatem, Aeliam nomi-
navit. Itaque cum Aquila degeret in Hierusa-
em, & videret discipulos discipulorum ipsorum
apostolorum, florentes fide & magna signa o-
erantes, sanationum & aliorum miraculorum
erant enim reversi ab urbe Pellâ, in Hierusa-
em, isticque docebant: nam cum urbs Hiero-
lymorum capienda esset, præmoniti fuerunt
mnes discipuli ab Angelo, ut migrarent ab ur-
e funditùs perdendâ; hi itaque transmigrârūt,
habitaverunt in dictâ urbe Pellâ, ultra Iorda-
em. Ac post devastationem Hierusalem, rever-
velut dixi, multa signa perficiebant.) Aquila
itur mente compunctus, Christianismo credi-
t: & cum petiisset progressu temporis, signa-
lum in Christo, idipsum assecutus est. Cùm
tem à pristino suo habitu non discederet, à
edendo videlicet vanæ astrologiæ, quam exa-
e edoctus erat; sed quotidiè positionem nativi-
is suæ spectaret, redargutusque à Doctoribus,
increpatus, se non corrigeret, sed potiùs con-
tiosè opponeret, & non consistentia confir-
aret; fatum videlicet & narrationes de ipso:
pulsus est rursus ab Ecclesiâ, veluti inutilis ad
utem. Ex quo facto, amarulentiam, veluti i-
ominiâ affectus, mente concepit, & ad æmu-
onem elatus est; & abnegato Christianismo,
usque vitâ, proselytus fit, & circumciditur
æus: atque tunc laborioso studio, tradidit se-

 ipsum

ipſum ad diſcendum Hebræorum linguam, & ipſorum elementa. Vbi verò hanc ſummè didiciſſet, interpretatus eſt S. ſcripturam; non rectâ ratione uſus: ſed irruens in ſeptuaginta duorum interpretationem, ut teſtimonia de Chriſto in Scripturis probata aliter ederet. Hæc de Aquila Epiphanius. *Baronius A.C 137.n.1 4.5.& ſeqq.*

12. Anno Chriſti 326. Conſtantinus Magnus, ſtabilita anno ſuperiore in Nicæno Concilio fide Catholicâ, & hæreſibus atque ſchiſmatibus (quantùm licuit) legibus profligatis: ad extirpandum idolorum cultum, & Dei Eccleſiam in Oriente (quod in Occidente fecerat) ædificiis illuſtrandam, animum addixit. Quàm porrò multus in his fuerit Ethnicus auctor, Chriſtianis rebus infenſus, Eunapius Sardus, *de vita Philoſoph.* teſtatur; cùm de Aedeſio ſic ſcribit: Fieri namque poteſt, ut iſtud occultum habuerit Aedeſius, ob temporum iniquitatem: quod tum Conſtantinus Imperium regeret, qui Fana toto orbe celebratiſſima evertebat, & Chriſtianorum ædificia extruebat. Ait etiam Socrates: Imperator poſt confectum Concilium, in magna lætitiâ ætatem degit: & ſimul ut feſtum ſolemne, ad vigeſimum annum Imperii ſui, ut aſſolet, celebraverat; nullâ interpoſitâ morâ, ad Eccleſias conſtruendas omne ſuum ſtudium contulit. Hæc ipſe. Quantum autem fuerint iſtæ, ex Euſebio lubet enarrare, qui ſic exorditur. *in vit. Conſt. l. 3. c. 24. & ſeq.* His rebus hunc in modũ conſtitutis, aliud quoddam opus, maximè memorabile, apud Palæſtinorum gentem, divinus iſte Imperator efficere aggreſſus eſt. Sanctiſſimum nempè illum ſalutaris Chriſti reſurrectionis locum, Hieroſoly-

mis.

nis existimavit ita à se illustrari debere, ut omnibus eximius, & veneratione dignus videretur. Idcircò mandavit, in eo statim templum construi: neq; istud opus aggredi absq; divino impulsu, imò verò ipso Salvatoris Spiritu incitatū, in animū induxit. Olim enim viri impij, imò verò istorum subsidio universum dæmonum genus, omni studio incubuit, ut divinum illud immortalitatis monumentum tenebris obrueret, oblivioneq; penitùs deleret: ad quod quidem angelus de cœlo delapsus luminis claritate refulgens, non solum lapidem revolvebat ab illis, quorum animi, instar lapidis, obduruissent; verum etiam quem ipsi inter mortuos adhuc versari putabant, cum mulieribus vivere annunciavit; & ad vitam & resurrectionem illius, qui quærebatur, illustrandam, incredulitatis lapidem ab eorum mentibus amovit. Istud Salvatoris sepulchrum, impii quidem & scelerati homines, ex hominum memoria delere cogitabant, & (quæ eorum inscitia fuit) censebant veritatem ad hūc modum se posse occultare. Itaq; primùm permultum capere laboris cæperunt, in terrâ aliundè & extrinsecùs invehendâ, quâ locum universum obducerent. Deindè cum molem terræ immensam in altitudinem erexissent, constravissentq; lapidibus; divinum sepulchrum, ingenti aggere superiecto, obtegēre. Pòst cùm nihil jam illis ad opus explendum deesset, super eum terræ cumulum, nefandum reverà & execrabile bustum animarum construere, & recessum lasciviæ Veneris dæmoni unà ædificare, simulacrisq; mortuis complere: tum detestabiles ei victimas, super impuras aras, & omni nequi-

tiæ labe pollutas immolare. Nam non aliter illud, quod instituerant, se putabant ad exitũ posse perducere, quàm ut per ista nefanda scelera, salutare illud sepulchrum penitùs obruerent. Verùm miseri illi, neutiquàm illud poterant intelligere, quod Sol ipse (modò terram suo splendore collustrare, & consuetum sibi cursum in cœlo obire pergeret) nõ posset præclarum illud facinus Christi, qui contra mortem tam plæclara victoriæ trophæa fuisset adeptus, ita in obscuro relinquere, illudq; universum hominum genus prorsùs celare. Imò verò salutaris & divina huius rei potentia, & virtus, quæ non corpora, sed animos hominum maximè solet illuminare, suæ lucis fulgore universum orbem terrarum complevit. Verumtamen impiorum, & nequam hominũ molitiones, contra veritatem paratæ, longinquo temporis spatio processerũt. Nemo enim vel ex Præfectis, vel Ducibus, vel ex ipsis Imperatoribus, ad eorum conatus evertendos, satis idoneus repertus est, præter unum solum; qui quidem, utpotè Deo omnium gubernatori carus, & divino eius afflatus Spiritu, locum illum, qui suprà est demonstratus, per fraudulentos hostium conatus, omni impurâ materiâ obductum, & oblivione ignorationeq; obrutum iri, non passus est; neq; auctorum eius facinoris cessit malitiæ, sed, Deo adiutore invocato, illam terræ particulam, hostium scelere contaminatam, inprimis purgari iussit. Confestim igitur eius mandato, machinamenta ad homines in errorem inducendos comparata, de sublimi ad solum prosternere, & ædificia falso cultui consecrata, unà cum statuis & dæmonibus distur-

disturbare, diruereque cœpit. Neq; his rebus gestis, alacre Imperatoris studium acquievit, sed de integro mandatum dedit, ut materia eorum, quæ erant dejecta, sive lapidea esset, sive lignea, tolleretur penitùs, & quàm longissimè extra loci fines eijceretur. Cui quidem mandato rei exitus planè respondebat. Neq; satis habebat Imp. in istis solis rebus expediundis progredi, sed rursum divini numinis instinctu impulsus, jubet, ut ipsum solum ad ingentem altitudinē defossum (quippè impurâ dæmonum cōtagione infectum erat) foràs procul cum ipso aggere exportaretur, quod è vestigio effectum est. Simulatq; verò solum terræ oppletū sordibus, egestum fuit, & aliud solum, id est, locus ille monumenti, ex abditis terræ sedibus eminebat; ipsum etiam venerandū & sacrosanctum salutaris Christi resurrectionis monumentum, præter omnium spem unà emersit, & sepulchrum, quod meritò sanctissimum appellatur, resurrectionis Salvatoris aptè propterea expressit effigiem: quod post tenebrarum caliginem, quibus quasi sepultum jacuisset, in lucem denuò prodiit, & illustrem sanè miraculorum ibi editorum visum (qui re verà omni voce clariùs, Salvatoris resurrectionem testificatus est) sub aspectu, qui ad illud ipsum contemplādum veniebāt, subiecit. His rebus in hunc modum confectis, extemplò Imperator, non modò sacratis legibus sancivit, ut Templū augustum circa salutare illud antrum extrueretur, verùm etiam subsidiis ad eam rem suppeditatis (quippè hoc opus longo jam tempore apud animum proposuerat, attentioreq; cogitatione prospexerat, quod erat futurum) il-

illud magnificè ac splendidè exædificandum curavit. Gentium igitur præfectis Orientem versus habitantium mandat, ut adiumentis necessariis, abundanter & copiosè administratis, opus eximium, amplum & magnificum fabricandum curarent, Quin etiam, ad Episcopũ, qui id temporis ecclesiæ Hierosolymitanæ præerat, tales misit literas; quales sinceram & salutarem de fide nostrâ doctrinam, planè & apertis verbis complexæ sunt. At quid post hæc factũ sit, idem Eusebius subdit: Ista (inquit) ab Imperatore præscripta fuerunt; rerumq; nullâ interpositâ morâ, prosperè successit eventus. Atq; ad illud salutare Christi monumentum, nova Hierusalem ædificata est, è regione veteris illius, quæ hominum sermone jam diu celebrata fuisset; quæq; post cruentam cædem Domini, ad extremam vastitatem prolapsa, pro impietate civium eam incolentium pœnas dederit. Imperator itaq; huic ex adverso, salutare victoriæ Christi contra mortem comparatæ monumentum, liberali & abundanti sumptus magnificentiâ erigendum extruendumq; curavit. Et primùm omnium, sacrum antrũ, divinum illud videlicet monumentũ, ad quod olim Angelus, fulgore enitẽs, delapsus, spẽ regenerationis, quæ est à Salvatore nobis illic ostentata, omnibus annunciavit: primũ, inquã, omnium Imperatoris magnificentia istud, velut totius ædificii caput, eximiis columnis illustrare, & ornatu splendido maximoq; decorare, atq; adeò variis cuiusq; generis insignibus illuminare cœpit. Deindè ad amplissimũ templi locum, libero cœlo patentem, exornandum se contulit: cui & solum lapide eximio constratum, & porticus

ticus longis ambulacrorum spatiis, ex tribus lateribus circumdati, per multum decoris attulerunt. Adverso autem lateri antri, quod Solem orientem spectabat, regale & augustale Sanctuarium adiunctum fuit, opus planè eximium ad infinitam altitudinem erectum, longitudine & latitudine immensâ patens. Cuius ædificii partes interiores, marmoris versicoloris materiâ incrustatæ: exterior autem parietum superficies, politis lapidibus, qui commissuris quibusdam inter singulos interiectis colligabantur, exornata; singularē quandam pulchritudinis speciem, tamq; non minus ad aspectum illustrem, quàm si marmore obducta fuisset, præbuit. Quod autem ad ipsa tecta in sublimi posita attinet, exteriores eorum partes, plumbeâ obtexit materiâ; quæ tanquàm firmum munimentum tempestuosos imbres depelleret. Interiores verò cælatis laquearibus affabrè inter se compactæ, & tanquàm vastum quoddam pelagus, per universum sanctuarium, coagmētationibus quibusdam inter se continenter cohærentibus, diffusæ, dilatateq;, & fulgente auro passim coopertæ, totum templum, velut lucis claritate, mirè illuminârunt. Duabus porticibus, partim subterraneis, partim supra terram eminentibus, Xysti gemini ex utroq; latere adiecti, in longitudinem sanctuarii porrigebantur: quorum testudines erant, auro insigniter & vario artificio illustratæ: ex quibus alter à fronte interioris templi, columnis ingentibus suffulciebatur; alter introspectans, substratis postibus, magno extrinsecùs ornatu decoratis, erigebatur: tres portæ ad orientem Solem, aptè & eleganter dispositæ, mul-

titudini ingredientiũ patuerunt. Istis ex adverso erat fornix, dimidiati universi cœli circuli speciem adumbrans, in summo sanctuario in orbem ductus: quem duodecim columnæ, Salvatoris Apostolis numero pares, tanquàm corona, cingebant, crateribus ex argento confectis circa fastigia concinnè expolitæ, quas Imperator Deo illic pro munimento pulcherrimo dicavit. Istud verò templum, quo tanquam testimonio salutaris Domini resurrectio, illustris & nota fiebat, extruxit Imperator: & quo totum illud magnifico & regali ornatu decoraret, insignibus, quæ oratione explicari nequeunt, & monumentis auri, argenti, & lapidum pretiosorum, materie distinctis, & quasi depictis, quæ erant numero ferè infinita adornavit. Hucusq; Eusebius de templo Hierosolymitano. Cęterùm quod ad nomen templi huius spectat, Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 14. scribit, nominatum fuisse MARTYRION; hoc est, Testimonium; nempè Christi resurectionis monumentum & testem. Dictum idem reperitur ab aliis pluribus Basilica Constantiniana. Eusebius porrò, eâ oratione, quam in Constantini Tricennalibus habuit in laudem Imperatoris; tria ab eo tradit Hierosolymis templa erecta esse. In media nempè urbe, quæ apud Hebræos primas obtinet; non modò Ecclesiam amplissimã, quæ ad memoriam Christi passionis ædificata fuit, verùm etiam templum sanctum salutari signo Crucis dedicatum, magnificis sumptuosisq; insignibus exornavit: quin etiam monumentũ Salvatoris, quod sempiternæ memoriæ commendandum est, illiusq; trophæa contra mortem statuta, ornamentis,

quæ

quæ dicendo exprimi nõ possunt, cohonestavit. Subdit Eusebius *vid. Const. lib 3. c. 40 & seq.* eundem Constantinum, in matris suæ memoriam, eius scilicet nomine; duo alia celeberrima templa ibidem ædificari jussisse; Bethlehem, ubi Christus natus est, alterum; alterum verò in vertice montis Oliveti, ubi idem Dominus ad cœlos ascendit. Ait enim: Eodem tempore, cùm alia duo loca, quibus duo abdita & quasi mystica antra, multũ honoris & dignitatis afferebant, reperisset; ea magnifico apparatu sũptuq; honestare instituit. Ac primũ illud, in quo primũ Salvator noster divini numinis virtute in carne apparuit, honoribus decenter affecit: deindè alterũ, quod fuit in cœlos ascẽsionis monumentum, in summo montis vertice situ, præclaris ornamentis illustravit: atque ita tam splendidè decoravit loca, quo mâtris suæ memoriam, quæ tantùm benignitatis hominum vitæ detulisset, immortalitati commendaret. Ipsam namque divino instinctu, licet senio prægravatam, pietatis ergò Hierosolymam petiisse, idem Eusebius narrat.

13. Anno Christi 363. Iulianus, in odium Christianorum, Iudæis Templum Hierosolymitanum denuò extruere permisit. Huncque immensum Iuliani conatum, Ammianus *lib. 23.* describit hisce verbis: Licet accidentium varietatem, sollicitâ mente præcipiens, multiplicatos expeditionis apparatus flangranti studio perurgeret, diligentiæ tamen utique diffidens. Imperiique sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare; ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa & internecina certamina obsidente Vespasiano, po-

steà Tito, ægre est oppugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis: negotiumq; maturandum Alipio dederat Antiochensi. Hæc quidem, de causâ iterùm excitandi templi, cùm Ammianus recenseat, haud veritatis scopum collimâsse penitùs visus est. Nec sanè studium erga Iudæos, ad hoc ipsum Apostatam impulit; quorum doctrinam, patriamq; religionē, æquè ac Christianorum cultum, editis commentariis exagitavit. Verùm illa causa potissima intercessit; ut sic adversus Christianam religionem, veluti munitionem ædificans, ac Iudæos super exaltans, eam penitùs sterneret. Quanti enim esset momenti, tales in Christianos hostes immittere, qui semper, cùm occasio se offeret, acriùs, quàm Gentiles ipsi, sævissent in Christianos: quorum quidem immanium scelerum exciderint licet Acta; quæ tamen S. Ambrosius, paucis perstringit verbis, *ad Theodosium scribens epist 28.* haud obscurè significant, cum ait: At certè, si jure gentium agerem, dicerem quantas Ecclesiæ basilicas Iudæi tempore Imperii Iuliani incenderint. Duas Damasci, quarum una vix reparata est, sed Ecclesiæ, non Synagogæ impendiis, altera basilica informibus horret ruinis. Incensæ sunt basilicæ Gazis, Ascalone, Berythi, & illis ferè locis omnibus; & vindictam nemo qværsivit. Incensa est basilica & Alexandriæ à Gentilibus, & à Iudæis, quæ sola præstabat cæteris. Hæc Ambrosius. S. Iohannes Chrysostomus, hæc eadem tempora revocat in mentem; dum de Iudæis agens, sic ait *hom. 44. in Matth.* Nemo vestrũ ignorat, memoriâ nostra, quãdo Iulianus, qui omnes homines impietate superavit, cõtra Christianos

sæviret;

ret; quo modo plerique ex Iudæis, Genti-
adhærebant, & cultum idolorum præfere-
t. Quare si aliquo modo, modestiùs nunc
ere videntur, formidine Principum id simu-
: quæ si nulla esset, crudeliora quàm anteà
uàm, auderent cum omni pravitate atq;
itiâ priscos nimiùm antecedant: maleficas
s atq; magicas, petulantiam, audaciam, cæ-
q; vitia supra modum colentes. Et quam-
anto freno coerceantur, sæpenumerò tamen
incipes conspirârunt, & in extremas indè
nitates inciderunt. Hæc Chrysostomus:
k in destructione templorũ, prodigia quæ-
magna accidisse testatur *In hom. vlt.* 4. licet
quod obiter illa tractaret) quænam fuerint,
mè recensuerit. Hâc igitur unâ ex causâ, Iu-
s erga Iudæos, quos ut diis gentium adver-
s oderat, visus est, aut videri voluit, esse
ensior. Ad quos etiam, officii plenam, tunc
epistolam, quæ extat inter *Epistolas Iulian.*
25. Et meminit huius epistolæ Sozome-
l.5.c.21. dùm ait: Scripsit ad populum Iudai-
ut pro se, suoq; regno, preces funderent. Sed
nstructionẽ templi revocemus orationem,
x Ammiano petamus auctoritatem; non
m, quòd Ethnici auctoris fides nostrorum
cationi sit præferenda; sed ut nulla, vel
ous possit dubitatio exoriri. Subdit igitur,
recitatis hæc Ammianus, *lib.23.* Cùm itaq;
fortiter instaret Alipius, juvaretq; provin-
ector, metuendi globi flammarum propè
imenta, crebris assultibus erumpentes, fe-
ocum, exustis aliquoties operantibus in-
um. Hocq; modo, elemento destinatiùs
repel-

repellente, ceſſavit inceptum. Hæc de his ſummatim Ammianus. Sed & his conſentientia, pluribus in locis ſcribit Ioannes Chryſoſtomus: quòd enim ipſo puero hæc geſta ſint, altioribus fixa radicibus eius memoriæ, tenaciùs inhæſerunt: factusque vir, pro concione eadem crebrius, licet nota omnibus, in deſtationem Iudæorum perfidiæ, Fidelium auribus inculcavit; nam inter alia, hæc ait, *adverſus Iudæos orat. 2.* Cum Iulianus, qui Imperatores omnes ſuperavit impietate, vocaret Iudæos ad ſacrificandum idolis, & ad ſuam impietatem pertrahere conaretur; ac mox obiicerent illi, priſcum culturæ ritum, dicentes: A noſtris majoribus Deus hoc modo cultus eſt; etiam nolentes tum fatebantur hæc, quæ nos nunc demonſtravimus, quod fas non eſſet extra civitatem immolare victimas. Sed totam, inquiebant, religionem violant, quicunque ſacrificant in terrâ aliena. Proindè ſi vis nos videre ſacrificantes, redde nobis civitatem, reſtitue templum, exhibe nobis ſancta ſanctorum, colloca aram; & ſacrificabimus nunc, quemadmodùm olim. Nec puduit ſceleratos & effrontes, hæc poſcere à viro impio, Paganoque, & impuras manus vocare ad extructionem ſanctorũ: nec intelligebant ſe conari impoſſibilia: neque perpendebãt, quòd ſi homo illa demolitus eſſet, potuiſſet homo illis ea reſtituere: verùm cùm Deus eſſet, qui civitatem illorum ſubverterat; fieri nequaquam poſſe, ut quæ Deus decreverat, unquam verteret humana potentia: Nam quæ Deus ſanctus, inquit, ſtatuit, quis diſſipabit? ac manum illius excelſam quis avertet? Sicut enim quæcunque ille ſtabilierit, volueritque manere,

nul-

lus homo potest demoliri; ita quæcunque
ruxerit, volueritque manere diruta, nemo
erit instaurare. Et paulò post. Nihilominùs
omnia obcæcati, obsecrabant, ac supplicabāt,
um ipsis susciperet & aggrederetur instaura-
nem templi. At is, qui & pecunias impendit,
præfectis dedit negotium; viros primates ar-
es, undiquaque accersi jussit, nihil non fecit,
il non tentavit: paulatim ac sensim hoc agēs,
ansque futurum, ut si posset istos ad sacrifi-
dum inducere, facilè illos revocaret ad cul-
simulacrorum. Simul & illud fore sperabat,
nus ille ac vecors, ut Christi sententiam fru-
retur, quę non patitur templum illud instau-
. Verùm is, qui comprehendit sapientes in
orum astutiâ, protinùs ipsis factis declaravit
quòd Dei decretum omnibus est potentius,
odque valida sunt opera sermonum Dei. Nā
ul atque tentâssent hunc impium conatum,
oissentque nudare fundamenta, multamque
am exhausissent, restaretque ut jam structu-
i aggrederētur; protinùs ignis exiliens è fun-
nentis, exussit multos, & intempestivam per-
iciam interrupit. Hęc ubi rescivit Imperator,
mquàm tantâ vesaniâ deditus erat illi nego-
; veritus tamen, nè ultrà progressus, in suum
us caput ignem accerseret, destitit. Et nunc,
edeas Hierosolymam, conspicies nuda fun-
nenta. Quòd si causam quæras, haud aliam,
ìm hanc, audies. Hujus rei nos omnes testes
nus. Nostrâ enim ætate, hæc non ita pridem
iderunt. Iam considera victoriam insignem.
n hoc accidit sub piis Cæsaribus: ne quid di-
e possint, quòd Christiani supervenietes, opus
perficii

repellente, cessavit inceptum. Hæc de his summatim Ammianus. Sed & his consentientia, pluribus in locis scribit IoannesChrysostomus: quòd enim ipso puero hæc gesta sint, altioribus fixa radicibus eius memoriæ, tenaciùs inhæserunt: factusque vir, pro concione eadem crebrius, licet nota omnibus, in destationem Iudæorum perfidiæ, Fidelium auribus inculcavit; nam inter alia, hæc ait, *adversus Iudæos orat. 2.* Cum Iulianus, qui Imperatores omnes superavit impietate, vocaret Iudæos ad sacrificandum idolis, & ad suam impietatem pertrahere conaretur; ac mox obiicerent illi, priscum culturæ ritum, dicentes: A nostris majoribus Deus hoc modo cultus est; etiam nolentes tum fatebantur hæc, quæ nos nunc demonstravimus, quod fas non esset extra civitatem immolare victimas. Sed totam, inquiebant, religionem violant, quicunque sacrificant in terrâ aliena. Proindè si vis nos videre sacrificantes, redde nobis civitatem, restitue templum, exhibe nobis sancta sanctorum, colloca aram; & sacrificabimus nunc, quemadmodùm olim. Nec puduit sceleratos & effrontes, hæc poscere à viro impio, Paganoque, & impuras manus vocare ad extructionem sanctorũ: nec intelligebant se conari impossibilia: neque perpendebãt, quòd si homo illa demolitus esset, potuisset homo illis ea restituere: verùm cùm Deus esset, qui civitatem illorum subverterat; fieri nequaquam posse, ut quæ Deus decreverat, unquam verteret humana potentia: Nam quæ Deus sanctus, inquit, statuit, quis dissipabit? ac manum illius excelsam quis avertet? Sicut enim quæcunque ille stabilierit, volueritque manere, nul-

ullus homo potest demoliri; ita quæcunque
estruxerit, volueritque manere diruta, nemo
oterit instaurare. Et paulò post. Nihilominùs
d omnia obcæcati, obsecrabant, ac supplicabãt,
t cum ipsis susciperet & aggrederetur instaura-
ionem templi. At is, qui & pecunias impendit,
Præfectis dedit negotium; viros primates ar-
fices, undiquaque accersi jussit, nihil non fecit,
ihil non tentavit: paulatim ac sensim hoc agẽs,
eransque futurum, ut si posset istos ad sacrifi-
andum inducere, facilè illos revocaret ad cul-
is simulacrorum. Simul & illud fore sperabat,
sanus ille ac vecors, ut Christi sententiam fru-
raretur, quę non patitur templum illud instau-
ri. Verùm is, qui comprehendit sapientes in
sorum astutiâ, protinùs ipsis factis declaravit
li, quòd Dei decretum omnibus est potentius,
uodque valida sunt opera sermonum Dei. Nã
mul atque tentâssent hunc impium conatum,
epissentque nudare fundamenta, multamque
rram exhausissent, restaretque ut jam structu-
m aggrederẽtur; protinùs ignis exiliens è fun-
mentis, exussit multos, & intempestivam per-
naciam interrupit. Hęc ubi rescivit Imperator,
uamquàm tantâ vesaniâ deditus erat illi nego-
o; veritus tamen, nè ultrà progressus, in suum
sius caput ignem accerseret, destitit. Et nunc,
redeas Hierosolymam, conspicies nuda fun-
menta. Quòd si causam quæras, haud aliam,
uàm hanc, audies. Hujus rei nos omnes testes
mus. Nostrâ enim ætate, hæc non ita pridem
ciderunt. Iam considera victoriam insignem.
on hoc accidit sub piis Cæsaribus: ne quid di-
re possint, quòd Christiani supervenietes, opus
perfici

perfici vetuerunt: sed tum, cùm res nostræ afflictę, cùm omnes de vitâ periclitaremur, cùm omnis libertas esset sublata, cùm floreret Paganismus: cùm Fideles alii quidem in ædibus suis latitabant, alii verò in solitudines demigrârant, forasque fugerant, tum demum hæc acciderunt: nè qua istis, vel impudens reliqua fieret occasio tergiversandi. Etiam nè adhuc dubitas, Iudæe, cùm perspicias & ex Christi prædicatione, & ex prophetarum vaticiniis, & ex ipsarum rerum demonstratione, testimonium adversus te confirmatum? &c. Hæc ibi Chrysostomus: eadem quoque habet, *in oratione adversus Gentiles:* quippè prodigium illud adeò patens, ingensque fuit, ut nisi obstinata pertinacia obstitisset, potentissimum censeretur, non ad Iudęos tantùm, quorum causâ præcipuè ea divinitùs agi videbantur; sed & Gentiles, ad Christianam fidem pertrahendos. Porro *eâ oratione adversus Gentiles*, se hæc scripsisse testatur, non ampliùs quàm anno vigesimo, à temporibus Iuliani. Inculcat eadem ipse, *in commentariis in Matthæū, homil. 4. nec non & homiliis in Acta Apostolorum.* At multa alia tunc contigêre portenta; quæ hoc ipso anno, quo acciderunt, S. Gregorius Nazianzenus, luculentâ illâ prosecutus est oratione, quam, mox ut Iulianus numine ulciscente, extinctus est, scripsit: eaque posteris in hæc verba tradidit. *ille, orat. 2. in Iulian.* Cùm per omnia alia grassatus, atque omne genus tyrannidis, in nos & crudelitatis, ut leve, & abjectum aspernatus esset (neque enim ulla unquam natura, præ illius ad malorum inventionem excogitationemque, uberior ingeniosiorque extitit) ad extremum Iudæorum quoque nationem in

nos

; immisit, tùm veteri eorum levitate, tùm an-
uo nostri odio ipsorum pectoribus inusto, ad
juod moliebatur, perficiendum adjutoribus
s; fatale nimirùm ipsis ex eorum libris & ar-
is esse affirmans, in patriam redire, ac tem-
m instaurare, patriorumque rituum vigorem
integrare, ac benevolentiæ specie consilium
ıns. Postquam autem hæc in animū induxit,
sque persuasit (facilè enim imposturam fa-
quod delectat) tum verò illi ad templi extru-
ınem se comparare, atque in id opus, & manu
ltâ, & animi alacritate, laboreque incumbe-
Illud quidem narrant, qui eorum facta, lau-
us & admiratione prosequũtur: uxores quo-
: ipsorum, non modò matronalem omnem
ndum, corporisque ornatum, prompto ani-
detraxisse, atque in operis structuram, labo-
tiumque opem contulisse; verùm eo quoque
mo fuisse, ut terram sinu efferentes, ac nè ve-
us præclaris & sumptuosis, nec teneris mem-
; parcentes, pietatis officio sese fungi existi-
rent; omniaque hoc conatu inferiora duce-
t. Vt verò à sævo turbine, ac repētino æstuan-
erræ tremore compulsi, ad propinquū quod-
n templum perrexerunt, partim orationis
sâ, partim (ut ejusmodi rebus accidere so-
) eo, quod offerebatur, ac periculi propulsa-
ıem utentes, partim cum tumultu abrepti,
ue incitato cursu sese mutuò protrudentes:
t, qui ne à templo quidem eos admissos fuis-
:ommemorent; sed cùm ad apertas fores ac-
issent, repentè easdem clausas, pessuloq; ob-
tas offendisse, potentiâ quadam obscurâ &
.sibili, quæ ad impiorum terrorum, piorum-
que

que confirmationem hujusmodi prodigia designat. Hoc verò uno jam ore omnes referunt, ac pro certo habent, quòd eos per vim obnixamq; contentionem, ingressum sibi aperire conantes, ignis è templo occurrens inhibuit, eosque partim exussit & absumpsit; partim insignioribus corporis partibus demutilatos, vivam columnã, divinę adversus sceleratos indignationis testem, reliquit. Atque hoc quidem in hunc modum se habuit: nec fidem deroget quisquam, nisi qui eâdem ratione, aliis quoque Dei miraculis, nullam fidem habendam putet. Quod autem hoc etiam mirabiliùs clariusque fuit: lux in cœlo stetit, Crucem in orbem describens; ac nomen illud & figura, quæ in terra priùs impiis contemptui fuerat, in cœlo nunc omnibus æquè ostenditur: Deoque victoriæ, de impiis relatę trophęum efficitur, trophęo omni sublimius & pręclarius. At post alia in eos dicta, hęc subdidit: At cœli quidem, & terræ hæc ostenta fuerunt: cæterùm homo, hujusmodi tempore nihil portendit, nec passionis Christi signis sanctificatus est? Proferant nunc quoque vestes suas, qui hujus miraculi spectatores & discipuli extiterunt; illas, inquam, Crucis notis tunc consignatas: simul enim atque quisquam hæc commemorabat (sive nostræ doctrinæ esset, sive à religione nostrâ abhorreret) aut commemorantes audiebat; statim hoc miraculum in se ipso experiebatur, vel in proximo fieri perspiciebat, stellatus nimirum ipse, notisque distinctus, vel illum talem in vestimentis intuens, omnem textorii artificii elegantiam, ambitioseque elaboratam picturam, varietate superantem. Quæ res spectantium animis

ātum terroris iniecit, ut omnes fermè quasi
;no uno, atque unâ voce, Christianorum
n invocarent: cumque multis laudibus,
busque placare studerent: multi etiam non
ıgiùs rem extrahentes, sed eodem ipso tē-
quo hæc acciderunt, ad sacerdotes nostros
rentes, multumque obsecrantes, & obte-
:s, in Ecclesiam admitterentur, sublimiori-
ıc mysteriis imbuerentur, sacro baptismate
cati, ac timoris beneficio adjuti, utilita-
; consecuti. Ac hucusque Gregorius. Ruf-
verò (qui & hoc seculo vixit, & Hieroso-
; diu versatus, eadem ab accolis novisse
it) *lib. 1. cap. 38. & 39.* addit: Porticus quoque
icæ, in quibus Iudæorum multitudo, quæ
videbatur insistere, commanebat, ad solū
:tæ, nempe ex ingruente terræ motu; omnes
os, qui reperti sunt, oppressêre. Luce vero
:ùm se mala crederent effugisse, ad requi-
os eos, qui oppressi fuerant, reliqua multi-
concurrit. Aedes erat quædam, in inferio-
templi dimersa, habens aditum inter duas
cus, quæ fuerant complanatæ, in quâ ferra-
a, aliaque operi necessaria servabantur: è
ubitò globus quidam ignis emicuit, & per
um plateæ percurrens, adustis & exanima-
ii aderant, Iudæis; ultrò citroque ferebatur.
terùm sæpiusque, & frequentissimè per to-
lam diem repetens; pertinacis populi te-
atem, flammis ultricibus coercebat. Cum
m pavore ingenti, & trepidatione, omnes
derant, deterriti; solum verum Deum Iesum
tum confiteri cogebantur inviti. Et nè hæc
ieri crederentur, sequenti nocte, in vesti-
mentis

mentis omnium, signaculum Crucis ita evidens apparuit, ut etiam qui diluere pro sui infidelitate voluisset, nullo genere valeret abolere. Sic deterriti Iudæi, atque Gentiles, locum simul & inaniter cæpta reliquêre. hæc Ruffinus. Quod autem spectat ad ferramenta, de illis Theodoretus sic ait *l.3.c 17.* Ferunt autem, Iudæos ligones ex materiâ argenteâ, palas etiam & sportas confecisse. Quæ omnia, quo modo conflagrarint, sic refert Socrates *l.3.c 17* Itaque cùm adessent plurimi, aliud prodigium contigit. Ignis namque cęlitùs demissus, omnia opificum instrumenta absumpsit. Etenim licebat videre malleos, scalpra, ferras, secures, ascias, denique omnia, quæ opifices habebant ad opus perficiendū idonea, flammæ incendio vastata: totum diem ignis ita depastus est. Iudæi igitur, gravissimo timore perculsi, etiam inviti, Christum Deum cōfessi sunt; non tamen ejus voluntati gesserunt morem, sed opinione Iudaismi mentibus anteceptâ, omninò tenebantur astricti. hæc ipse: qui & subdit, quæ suprà sunt dicta, de notatis signo Crucis, invisibili Dei virtute, vestimentis. At non tantùm terræmotu & igne, exturbatum divinitus fuisse opus; sed vehementi ventorum vi obortâ, materiam præparatam esse disjectam, Theodoretus affirmat, dum addit: Verùm postquam infinitos calcis & gypsi modios in unum congesserant; ex improviso ventos vehementes cæpisse spirare, turbines ingruere, tempestates ac procellę oriri, quæ totam illam materiam penitùs dissipaverunt. Addunt his Ruffinus ac Socrates, dum hæc agere, cùm Iulianus, tum Iudæi aggrederentur, Cyrillum Hierosolymorum Episcopum, qui ab

io in patriam remeaverat;divinæ prædictio-
illius firmitate confisum, quæ apud Danie-
legitur cap.9. Vsque ad consummationem,
finem perseverabit desolatio: Sed & verbo-
Christi roboratum constantiâ, quibus di-
it: Matth.24.non mansurum in templo lapi-
, super lapidem, spe erectum, rem tacitum
lâsse,finemque magnâ fiduciâ præstolatum
: quem, qualis futurus esset, ex utrisque o-
è perspectis divinis oraculis, intellexerat;
tot prodigiis ingruentibus cœptum opus
penitùs destitutum: sed & quod desiderari
e videbatur in Christi vaticinio, non relin-
dum lapidem super lapidem; istud ipsum
ndamentis etiam spectavit impletum; mu-
m,qui super terram fuerant,subversis à Ti-
nspexit,inquam,impletum; cùm admiran-
iâdam terræ concussione, & excussione re-
sunt, & foràs emissa templi vetera funda-
a; ut sic nec in fundamentis relictus esset
super lapidem. Tradit quoque S. Hierony-
aliquos esse interpretatos alium Danielis
n,quo dicitur Dan.11. Cumque corruerint,
vabuntur auxilio parvulo, & applicabun-
plurimi fraudulenter: esse intelligendum
tu Iudæorum sub Iuliano; quò visi sunt Iu-
ublevari auxilio parvulo, favente eis mi-
modum,eodem Imperatore:cùm scilicet
(subditur) applicati sunt eis plurimi frau-
ter; cùm nimirum, Gentiles visi sunt, ju-
Iuliano,causam agere Iudæorum:sed frau-
ter profectò, cùm haud esset in Imperato-
mo exaltatio Iudæorum, sed per eos pro-
depressio Christianorum. Hæc quidem
miri-

mirificè respondere videntur Prophetæ sententiæ; licet (ut idem S. Hieronymus ait *in Daniel. lib.1.c.11.*) diversi habeantur verborum illorum sensus & interpretationes. At licet perfidia Iudæorum, tot convicta prodigiis, minimè (ut par erat) penitùs cederet: complures tamen, quorum mens obstinationis pravitate, haud omninò erat infecta, dedère manus, Christique gloriam confessi, eiusdem fidem sunt avidè consectati: de quibus Sozomenus *lib.5.c.u t.* rem egregiè testatam relinquens, eorum testificatione, qui tam horrendo spectaculo præsentes fuerunt: Quo factum est, inquit, ut alii eorum, Christum Deum esse existimarent, iniquoque animo tulerint, quòd templum de integro ædificare constituerant: alii paulò pòst, ad Ecclesiam se transferrent, initiarentur mysteriis, hymnis & precibus Christum pro suis improbè factis placarent. Istis rebus si quis fidem minimè adhibendam putaret, si persuasus saltem ab iis, qui eas ab eorum spectatoribus acceperunt, quique adhuc in hâc vitâ manent: sit etiam persuasus, cùm à Iudæis ipsis, tum à Gentilibus, qui opus inchoatum reliquerunt, imò verò ne inchoare quidem potuerunt. Hactenus Sozomenus. At tandem ut his apponamus coronidem, quæ tradit Oros. *lib.7.c.30.* superioribus adnectamus, qui ait: Iulianum ex congestâ ad extruendum augustissimum templum materiâ (postquam impossibile visum est niti adversus Deum velle) præcepisse ædificari theatrum, in quo reversus è Perside, Episcopos, monachos, cæterosque ejus loci accolas Christianos, traderet bestiis laniandos. Meritò ergò Constantinus L'EMPEREVR *in notis*

ad

Itinerarium Benjamini, eundem errare dixit; qui
ert, ex priscis Hierosolymorum reliquiis, ac
deribus, aliquid supeesse: cùm omnia, non
um à Tito, ac ab Adriano eversa; sed & tem-
e impii Iuliani, vetera templi fundamenta,
raculo quodam fuerint in præceps data.

4. Anno Christi 530. (ut Procopius de ædi-
is Iustinianis scribit.) Hierosolymis tēplum
Genitrici, Iustinianus Imperator locavit; cui
lum planè aliud æquiparari potest. Novam
lesiam incolę vocant. Hęc autem urbs, fermè
collibus abundat, & collibus quidem, non
aceis, sed asperis, duris, ac præcipitibus; per
s biviæ & semitæ ad graduum similitudi-
, ex arduo in declive protenduntur. Cætera
r urbis ædificia universa, in uno loco con-
ta sunt; in colle videlicet, aut in plano, se-
um terræ aperturam. Solum templum hâc
ne nō exurgit. Mandavit enim Iustinianus
llud fieri in radice collium: præter cætera
ue declarans, quantam fore oportere tem-
titudinem & longitudinem. Non sufficie-
illis, Regis mandato, & operis inchoandi
sitati: nempe ad Meridiem & Solem orien-
bi sacerdotes sacra obire convenit, quarta
empli defectura videbatur. Quapropter ii,
s opus commissum erat, istæc excogitave-
uper fundamenta in extremas partes sub-
erræ deiecta, structuram erexerunt in alti-
m scôpuli assurgentem: deindè in summo
murorum testudinibus collocatis, ædifi-
pplicant alii terræ pavimento. Hâc ratio-
plum, hinc in solidâ petrâ firmatur, indè
e erectum est; dum Regis potentia, colli

 aliam

aliam molem artificio imposuit. Inprimis autem excellentes duæ columnæ, stant ante fores templi, nullis fortasse columnis totius Orbis secundæ. Deindè altera quædam porticus excurrit, à ferula (ut opinor) nomen habens, quod scilicet in latum non protendatur: post hanc atriũ similibus columnis, in quadrangulo exurgens. Atrii fores adeò magnificæ sunt & decentes, ut iis, qui extra vagantur & deambulant, palàm significent, quale spectaculum sint adituri. Vestibula indè admirationis plena, nempe veluti fornix quidam duabus columnis evectus, immensam atque inexplanabilem altitudinem procul accedenti ostentans; & duo semicycla adversas inter se facies habentia; & paulo post: Hoc templum Dei Genitrici cõsecratum Iustinianus Rex magnarum pecuniarum reditu honoravit.

15. A.C. 614. à Cosrhoe, Persarum Rege, Syrias cum exercitu devastante, sacrosancta Hierosolymitana civitas capitur; & qui in eâ erant Christiani, captivi misere ducti sunt, Iudæisque vili pretio venundati: qui ab ipsis non more gẽtium, in servitute retenti sunt, sed diversis innumerisque afflicti suppliciis, dirè admodùm trucidati. Luctuosa quidem historia, lugubrisque tragœdia, quæ tamen quàm brevissimè *in Annalibus* à Theophane, ita reperitur esse descripta. Anno quinto Imperii Heraclii, cœperunt Persæ bello Palæstinam, & sanctam civitatem, & multos in eâ, per Iudæorum manus interfecerunt; id est (ut quidam ajunt) millia nonaginta. Isti enim ementes Christianos, prout unusquisque habere poterat, occidebant eos. Zachariam verò Hierosolymitanum præsulẽ, comprehensum, &

pre-

osa & vivifica ligna sanctę Crucis cū multâ
lá abduxerunt in Persidem. Si quæ autem in
i vastitate inveniri potuit consolatio, sub-
istrata est ea quidem à magno illo Alexan-
o Patriarchâ Ioanne, de quo scribit ita Le-
us : Cùm Persæ populati essent universam
am; qui eorum manus potuerunt effugere,
laici, qui magistratum gerebant, & privati,
clerici, cum Episcopis confugiunt Alexan-
am Quibus omnibus, dives ille, & minimè
astus cōvivator quotidiè suppeditabat, quæ
t ad usum necessaria; non ad indigentium
ciens multitudinē, ut aliquid faceret, quod
sordidi & illiberalis animi; sed ad eum, qui
it manum, & omne animal implet benedi-
ne. Cum autem exercitus Cosrhois vastâsset,
epopulatus esset veneranda loca Hierosoly-
um; postquàm hoc audivit ille homo Dei,
uod omnia sancta fuissent igni tradita, de-
quidem non secùs ac Hieremias, id quod fa-
n fuerat. Non hactenus autem constitit eius
miseratio, sed mittit etiam Chrysippum
ndam virum pium, tradens ei multum auri,
mentumq; & alia alimenta & indumenta,
d ea vehenda jumenta plurima, tum ut aspi-
et vastitatem, tum etiam ut eos, qui remansé-
t ex captivitate, satis per ea, quæ dicta fue-
t, recrearet. Prætereà autem Theodorū quo-
Amathuntis Episcopum, & Anastasium Præ-
tum magni montis Antonii, & Gregorium
iscopum Rinocurorum, emittit ad eos reci-
ndos, qui abducti fuerant in captivitatem;
n auri præbens propè innumerabilem: hæc
ontius obiter. Non defuit eiusmodi Hiero-
 soly-

solymitano excidio præter Ioannem Episcopum Alexandrinum, alius, qui proximè cuncta vidit, lamentator: & qui non solùm ipse Threnos scripserit, sed& ad lugendum pariter alios invitarit. Fuit iste Antiochus monachus Palæstinus, vitæ sanctitate mirificus, & doctrinâ celebris (cuius extant homiliæ centum undetriginta) qui sparsim eiusmodi cladem, in suis homiliis deplorâsse apparet, ut cum ait *homil. 107. tom. 2. Bibliothec. SS. Patr.* Debemus lachrymas profundere amaritudinis plenas. Primùm quidem, quòd civitas sancta incendio conflagrarit; Crux quoque sancta Christi Dei nostri, in Persidem transmigrârit. In eorum item gratiam, qui tot attriti bellis perierunt: nobis enim erant concorpores, & eâdem nobiscum insigniebantur fide. Ad quem modum Ioel Propheta clamat: Plangite sacerdotes, qui ministratis altari; quia miserè afflicta est omnis terra. Flete sacerdotes, qui ministratis Domino, & dicite: Parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur iis nationes, ut ne dicant: Vbi est Deus eorum? *Baron. A.C. 614. n. 14. & seqq.*

16 Fuit quoq; clades hæc prodigiis prænunciata à S. Theodoro cognomento Sitiotâ, quâ de re, ità Baronius *tom. 8. sub A.C. 607. n. 7. & seq.* Cùm in oppidis finitimis supplicationes fierent, & Cruces, quæ gestari solent, horribili miserandoque spectaculo per se concuterentur, & commoverêtur, interrogatus vir divinus Theodorus, quid sibi vellet, respondit: Deum, ô filii, precibus placate; quoniam magnæ mundo imminent calamitates. Domitius autem Patricius vir clarissimus, promiserat se auream Crucem, ad supplicatio-

onis adorationisque usum effecturum. Itaq;
it vir sanctus, Epiphanium diaconum ad il-
. Qui cum aurifici aurum dedisset, diaconū
avit, ut tantisper moraretur, dum aurifex o-
conficeret. Et sanctissimus Patriarcha Tho-
, qui post beatæ memoriç Cyriacum in Pon-
ia regiæ civitatis sede (Constantinopolita-
succeslerat; laudatâ viri gloriosi pietate, de-
tiam ipse particulam venerandi ligni san-
Crucis, & particulam sancti sepulchri Salva-
s nostri Dei, & veli particulam sanctissimæ
Genetricis, cōjiciendas in umbilicum illius
cis, quæ ex auro conflabatur. Quæsivit au-
ex ipso diacono, utrum verus fuisset ille
cium motus, qui in regione Galatarum fa-
fuisse dicebatur. Cumque diaconus id affir-
ſſet, valdè timuit beatissimus Patriarcha, &
citudine plenus, epistolam scripsit ad servū
, rogans eum, ut quàm celerrimè ad se in ci-
item Regiam proficisceretur. Annuit vir san-
. Ingressus igitur in urbem Regiam, (Theo-
us) à beatissimo Thomâ Patriarcha, honori-
, & magno cum gaudio est susceptus. Phocas
m Imperator eum accersendum curavit: ma-
m enim ac pedū doloribus excruciatus ja-
at. Sancto igitur viro ingresso, & manus suas
imponente, atque precante; sublevatus Im-
ator rogavit eum, ut pro se, proque Imperio
caretur. Quamobrem admonuit eum vir san-
s, ut ab hominum afflictione & sanguinis ef-
ione temperaret, si preces suas à Deo vellet
udiri. Cùm autem ab Imperatore discessisset,
avit eum beatissimus Thomas Patriarcha, ut
suâ in illum benevolentiâ apud se diverte-

ret, & Deum obsecraret, ut in cœlesti vitâ simul invenirentur. Et quæsivit ab eo, an verus fuisset admirabilis ille Crucium, in supplicationibus motus. Quod cùm verum fuisse intellexisset: cœpit orare virum sanctum, ut indicaret, quid signum illud portenderet. Tum sanctus recusare, seque abjectum atque humilem dicere, nec scire, quid respōderet ad interrogata. Prostratus ille ad pedes ejus, se surrecturum negavit, nisi in eâ re sibi morem gereret. Cùm igitur se desiderio ejus satisfacturum promisisset CHRISTI servus, eum surgere coegit, & lachrymans: Nolebam, inquit, te affligi; neque enim expedit hæc te scire. Verùm quandò ita vis, scito eâ Crucium concussione, multa nobis gravia, molestaq; prænunciari. Significat enim plurimos à religione nostrâ defecturos, & barbararum gentium incursiones, & magnam sanguinis effusionem, & ingens exitium, & in universo orbe seditiones fore, & sanctas Ecclesias desertum iri; & divini cultus atque Imperii interitum, & adversarii adventum appropinquare. Reliquum est, ut tanquā gubernator Ecclesiæ, & populi pastor, Deo totis viribus assiduè supplices, ut ignoscat populo; & pro misericordiâ suâ hæc omnia moderetur. Prædictum autem prodigium, à Theodoro generatim tantùm Patriarchæ petenti, explicatū fuit, ne timentem ipsum, nimio terrore concuteret: sed eventa ipsa, quæ paucos post annos cōtigerunt, quot quantaque mala portenderit, declararunt. Etenim præter immanes Christianorum cædes, à grassantibus Persis ubiq; in Oriente patratas; sancta civitas Hierosolyma ab eisdem capta est, & sanctissimâ cruce spoliatâ, quæ

ab

ipsis in Perside translata fuit. His accessit no-
rum hæreticorũ,post annos irẽ paucos, ab in-
is portis eruptio:fuerunt hi Monothelitæ,qui
iversæEcclesię Oriẽtali gravissima damna de-
rũt. Sed &, quod his omnibus funestius, acer-
isque videri potest; hoc pariter sæculo,ex Ne-
rianis,Arianis, Iudæisque,conflatum est im-
ne illud monstrum, quod universum penè
orbem subegit:atq; in dies magis magisque
joribus accessionibus crescit, armorumque
entiâ, adversus Cruces bella sæva. Hoc e-
a fuisse videtur, quod dicebat sanctus, Ad-
sarii adventum appropinquare; nempe ne-
dissimum Mahometem, sectæ Mahometa-
um principem: quæ deploratissimo illo sæ-
o,paucos post annos sumpsit exordium; tan-
ntea significata portento.

7. Anno vigesimo sexto Imperii Heraclii,a-
ir direxit Haumar Princeps Arabum, atque
acenorum contra Palæstinam; & obsidens
ftam civitatem biennii tempore, tandem
cepit. Eodem quoque anno, misit Haumar
yriam,& subegit totam Syriam, Sarrazenis.
ius item Romanorum exercitus Dux, Cæ-
â Palæstinæ veniens, cum exiguâ militum
u, primus ipse cum exercitu interficitur.
d autem ad ipsam obsidionem sanctæ civi-
pertinet; de eâ meminit ejusdem civitatis
copus Sophronius (qui extat *tom. 2. Biblioth.*
m.) in homiliâ,quam habuit in die Natalis
ini hoc eodem tempore, dum luget, quod
oco celebrare cum suis non posset Natalitiũ
ini (Bethlehem scilicet) eò quòd obsessa à
zenis civitas,& Bethlehem in manibus ho-

ſtium eſſet. Nos, inquit, propter innumera peccata noſtra, earum rerum contemplatione indigni effecti, curſu illuc contendere, præſtòque adeſſe prohibemur, ſed vel inviti & nolentes, domi manere cogimur; nullis ſanè corporis vinculis adſtricti, verùm Sarracenico metu abſterriti & compediti: triſtitiaque, noſtrâ quidem infelicitate dignâ, indignâ autem bonis, quæ nobis alioqui debebantur; veluti tempeſtate quâdam jactati. Quandoquidem, ſi miſeria noſtra, bonis illis digna fuiſſet, omninò nos quoque, prope loca illa poſiti (nec enim à longinquo illa aſpicimus) cum paſtoribus choros duceremus, & cum Magis, Dona Deo afferremus, & cum Angelis, odam illam, Gloria in excelſis Deo, & in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis, decantaremus. Verùm enimverò, ejusmodi voces, vel hoc loco depromere inoffensè ſinimur; at ipſum verò præſepe, & ſpecum illam verè ſublimem, cæleſtemque contueri, & cœli terræque Regem, coràm iſtic contemplari, tanquam ſpectaculo hujusmodi indigni, omninò vetamur. Verè generis noſtri principem, primumque parentem Adamum, à Paradiſi habitatione miſerabiliter proſcriptum, hic imitamur: etenim ob nefaria peccata, lapſusque, quæ pravâ præpoſteraque mente ſubindè deſignamus; tàm gravia, vel multò quoque graviora, triſtioraque patimur, quàm ille. Nam ut ille, è Paradiſi deliciis proſcriptus, exulque factus, & graviſſimâ, irrevocabilique Dei ſententiâ indè ejectus; oculis quidem Paradiſi hortum uſurpabat (è regione enim illius habitabat) ad ipſum autem denuò regredi non valebat; ut qui flammeam illam, verſatilemque

mque romphæam, quæ aditum ad hujusmod
cum præcludebat, ipsumque ob designatu
ævaricationis peccatum, bono illo ardenter
pito, orbabat, ob oculos versari cerneret: ità
s quoque hodiernâ die mulctamur. Quando-
idem civitatem Bethlehem, quæ Deum exce-
, vicinam habemus, neque in ipsam tamen
gredi permittimur; non quidem ardentem il-
, versatilemque Paradisi romphæam conspi-
tes: sed efferatum, planèque barbarum; atque
ni re verâ crudelitate plenum Sarracenorum
dium extimescentes. Hic enim gladius, hor-
dùm fulminans, cædemque spirans, & inten-
, beatæ illius visionis exortes nos reddit;
ique citra ulteriorem progressionem ma-
compellit. At verò licet Agarenorum sica
è nunc fulminet, ac romphæa illa, quæ Pa-
si ostium quondam asservabat: attamen, si
voluerimus, hoc est, si conversi, Deum no-
ausâ natum, per studiosa opera ex animo
iverimus, ut anteà fuerat, sedata mox & mi-
adet. Si, inquam, nos peccatorum flam-
per pœnitentiam restrinxerimus, & Deum
num Maximum, propter nos, & secúdum
atum, religiosè coluerimus, operumque,
lle execrari solet, studium intermiserimus,
is sui sensum facilè deponet. Quâ, quæso,
, ad Deum accedere audemus, qui nullam
animi fæcunditatem, neque corporis ca-
niam muneris loco deferimus? Quomodò
propinquare non veremur, qui operum,
li lætitiam & voluptatem parere digno-
r, suaveolentiam nullam obtinemus; præ-
cùm flagitiosorum operum graveolen-

tiam, infestissimè odisse non ignoremus? Metuo autem, magnoque tremore constringor, ne qui Orthodoxam fidem habere videmur, non secundum illam quoque laborare deprehendamur: ut qui eam solam, hoc est, ab honestarum actionũ conjugio sejunctam, bonorumque operum comitatu destitutam, oberrare permiserimus. Si enim fides, studiosa fragrantium operum actione orbata, secundum Iacobum. c.2. fratrem Domini, qui hujus quoque gregis pastor aliquando extitit, est mortua; quomodò nos rectum cursum tenebimus, qui fidem operibus, quasi alis quibusdam exornare non curamus? Et inferiùs, in eâdem sententiâ perstans ista subdit: Si itaq; paternam illius voluntatem fecerimus, veramque & Orthodoxam fidem constanter retinuerimus, Ismaelitarum romphæam, facili negotio amoliemur, Sarracenicamque sicam à nobis avertemus, & Agarenorum arcum cõfringemus, & divinam Bethlehem non longo pòst tempore contemplabimur, & quæ in illa sunt admirabilia contuebimur. Et inferiùs, post multa de incarnationis mysterio sapienter dicta, in eodem versatus argumento, hæc addit. Fratres, festum diem nos hodie obimus, etiamsi magnâ cum tristitiâ illud faciamus: ut qui locum, in quo Deus Verbum, & Dominus per exortum, qui verbis explicari nequit, apparuit, propinquum habeamus, neque ad illum tamen accurrere valeamus. Sanè idẽ ferè hîc nobis usu venit, quod divinissimo Moysi. Hic enim in montem præcelsum subvectus, promissionis terram, oculis quidem usurpabat; avidissimèque in illam ingredi cupiebat: verùm quod virgæ suæ verbere, aqua-

arum fluenta, & rivos è petrâ educturus, De
benedixisset, nequaquàm hûc ingredi per-
ũs est. Et ille quidem ad eum modum, terrâ
tùm desideratâ orbatus, mæroreque exhau-
, hinc ad Deum migravit. Nos autem, qui
on dissimilia patimur, quid faciemus? Nam
e cœlestibus donis, animo voluptatem ca-
is & lætamur, & religiosè nos oblectamus,
asi continuum gaudium haurimus: contri-
ir tamen, & turbamur non parùm, quòd lo-
ominùs aspicere non licet, ibiq; festivum
ntum agitare: ubi vera illa lux orta est, ubi
vita floruit, ubi tandem donorum & gra-
omnium thesaurus, aspectabili formâ
ns, omnes, qui cum fide & pietate intuen-
istrat & recreat, cœlestique gaudio uber-
tatiat; ac tales eis opes impertitur, quæ
lefluunt, neque deficiunt, efficitque, ut
que gaudio & oblectatione, cum Ange-
toribus, & Magis. Gloria in altissimis
in terra pax hominibus bonæ volunta-
inant. *Baronius A. C. 635. n. 2. & seq.*

Ergò Annus redemptoris sexcentesimus
us sextus Christianæ religioni lugu-
tit; quo civitas sancta, in quâ operatus
salutem in medio terræ, Anno, ut dixi-
undo obsidionis, capitur à Sarracenis,
æ religionis infensissimis hostibus: ab
on paucis annis, ut à Persis, captiva te-
d usq; ad annum Domini millesimum
mum nonum; post annos quadrin-
xaginta tres, ex quo à fidei hostibus
upata: quæ & (proh dolor) nunquàm
rannicum jugum excussisset, neque

excussura fuisset unquàm, armis Imperatorum Orientalium torpore languentium; nisi ab extremis orbis partibus, Francorum ardens pietas, cœlesti munita auxilio, magnâ animi fortitudine, id aggressa feliciter perfecisset. Sed quid de his nobis Annales Theophanis recensent, audiamus. Haumar obsidens sanctam civitatem, cepit eam verbo; pactis conventis scilicet. Sophronius namque Hierosolymitanus summus sacerdos, verbum accipit ad totius Palæstinæ securitatem. Egisse enim ipsum liquet, ut Christianis liceret securè, quæ sunt Christianæ religionis, sacra peragere. Ita Tyrius Episcopus, & alii tradunt. Sed pergit Theophanes. Cùm Haumar sanctam civitatem fuisset ingressus, ciliciis ex camelis, & sordidis indumentis amictus, simulationemq; satanicam ostentans, templum exquisivit, quod Salomon construxerat, ad blasphemiæ suæ oratorium construendum videlicet. Hoc advertens Sophronius, ait: In veritate, istud est abominatio desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stans in loco sancto. Multisq; lachrymis hic pietatis propugnator, Christianam deflevit plebem. Puto equidem, sanctissimum Patriarcham, aliquid ampliùs mente spectasse, quàm oculis, prænovisseque gentem illam Mahometicam, verè abominationem esse desolationis (quantùm videlicet à Deo permissum esset) Christianæ religionis. Haumar autem, utpote affinem genti Hebræorum luxisse templi Salomonis destructionem, habitu corporis in vestibus luctuosis: quamobrem ut eas deponeret, vix tandem idem Sophronius persuasit. Nam subdit Theophanes: Dum verò illic

laumar esset, rogavit eum Episcopus acci-
sindonem cum indumento, & indui: at ille
patiebatur ea portare. Vix ergò persuasit
estiri, donec sua lavarentur, & iterùm red-
: ea Sophronio, & vestitus est propriis.

Quis verò fuerit status Hierosolymorũ, sub
icenis, patescit ex literis Theodosii Hieroso-
itani Patriarchæ, A.C.869. ad Patriarchã Cõ-
inopolitanum perscriptæ. Significatur n. ex
Hierosolymorũ Ecclesiam, sub Sarraceno-
jugo positam, eo tempore pace frui; non si-
men trepidatione, ne aliquâ levi occasio-
b hoste Christianæ religionis arrepta, per-
ıretur. De pace autem docet his verbis: No-
tem utique, Sanctissime, causam, ob quam
e scribere, neq; mittere potuimus ad vos;
rte fieremus penes potestatem, quæ nos te-
existimationis malæ, vel suspicionis. Ete-
nultam benevolentiam, & compassionem
dunt in nos, licentiam nobis præbentes
candi Ecclesias nostras, & tenendi sine
ibitione mores nostros, justè agentes, &
llo nobis injuriam vel violentiam infe-
s. Et paulò pòst, quo prætextu vel colore
it legatos ad Synodum, ita declarat: No-
tem utique, Sanctissime, quia multâ teme-
, & ausu hos transmisimus præcipitan-
audacter ad ereptionem, quasi quorũdam
cenorum, apud vos in custodiâ consisten-
Precamur igitur, & rogamus; ut loquaris
res à Deo coronati piissimi domini nostri,
donet nobis, quotquot voluerit magnifi-
ıs dominatio, Sarracenos; ad satisfactionẽ
orum, & in suspectam repræsentationem

meorum, quin imò & salutem nostram, & tegmen omnium nostrûm. Si enim tàm ab Imperiali, quàm à vestrâ providentiâ non fuerit hoc taliter ordinatum, pavor non modicus erit, in omnimodam perditionem nostram, cùm opportunitatem invenerint. *Baronius A.C. 869 n.16.*

20. A. C. 1095. in Galliis, ad Clarum montem, Synodum generalem congregavit Vrbanus Pontifex II. Sed præcipuum fuit illud, cuius causa potissimùm illud Concilium indictum & collectum fuit; ut in eo indiceretur expeditio in Terram sanctam. Vrbanus igitur Papa, quòd sciret, sæpe à prædecessore suo, Gregorio Septimo, id esse tentatum; sed schismaticis intercedentibus, variisq; bellis, fuisse impeditum: urgentibus litteris Alexii Imperatoris, paulò antè in Placentino Concilio lectis, rem naviter agere cæpit; ut ex fidelibus Christianis cogeretur exercitus, in auxilium periclitantis Orientalis Ecclesię, potissimùm verò Hierosolymorum; à cuius Patriarcha Simeone, deferente Petro Eremitâ, natione Gallo, patria Ambianensi, litteras commiseratione dignas acceperat; quibus Christi incunabula, eiusque Sepulchrum, atq; reliqua loca sancta, eiusdem Redemptoris nostri memoriâ consecrata, ab infidelibus Turcis profanata, omnique genere contumeliarum affecta deplorabat. Iste enim, teste Wilhelmo Tyrio Archiepiscopo, *lib.1.c.11.& 12.* qui eam de bello sacro historiam texuit, cum petiisset Hierosolymam, & litteras ad Vrbanum Papam, & ad Christianos Principes accepisset; à Christo quoque per visum, dum oraret ad sacrosanctū templum Resurrectionis, ad tanti muneris obeundum

m legationem (ita ille asserebat) accessit. Hic
tur, ad tantum opus missus à Deo, ad sacrum
lum, afflatus divino spiritu, classicum poten-
intonuit; cuius divinæ tubæ clangore, ab u-
erso penè orbe Occidentali, ad arma concur-
ar. Attamen primarius dux verbi, atq; pro-
itor tantæ molis operis, Vrbanus Pontifex
t, qui in hoc ipso Claramontensi Concilio,
fratres eiusmodi, quam recitat *ibid. cap. 15.* Ty-
s, habuit concionem. Vbi inter alia, ita ait:
Vrbem sanctam, peccatis inhabitantium id
gentibus, justo judicio suo, in manus impi-
m sæpiùs tradi permiserit Dominus, & duræ
um servitutis ad tempus eam sustinere pas-
sit: non tamen arbitrandum est, quòd eam
si à se repudiatam abjecerit, cùm scriptum
Hebræ. cap. 12. Flagellat Dominus omnem fi-
n, quem recipit: illi verò thesaurizat iram,
dicitur. *Ezechiel. cap. 16.* Recessit zelus meus à
jam ampliùs non irascar tibi. Diligit ergò
, nec intepuit erga eam dilectionis fervor,
dicit: *Isaia cap 28.* Eris corona gloriæ in manu
mini, & diadema regni in manu Dei tui, &
vocaberis ampliùs desolata, sed vocaberis
intas mea; quia complacuit Dominus in te.
igitur salutis nostræ cunabula, Domini pa-
n, religionis matrem, populus absq; Deo,
llæ filius Ægyptiæ, possidet violenter, & ca-
itatis liberæ filiis, extremas imponit condi-
es; quibus, versâ vice, meritò servire tene-
r. Sed quid scriptum est *Gen. 21.* Eiice ancil-
, & filium eius. Sarracenorum enim gens
ia, & mundanarum sectatrix traditionum,
sancta, in quibus steterunt pedes Domini,
jam

jam à multis retrò temporibus, violentâ premit tyrannide: subactis Fidelibus, & in servitutem damnatis, ingressi sunt canes in sancta; profanatum est Sanctuarium, humiliatus est cultor Dei populus, angarias patitur indignas genus electum, servit in luto & in latere, regale sacerdotium: princeps provinciarum facta est sub tributo, civitas Dei. Cuius non liquefiat anima, cuius non tabescant præcordia, iis ad animum recurrentibus? Quis hæc siccis oculis audire potest, fratres charissimi? Templum Domini, de quo zelans *Lucæ cap 19.* Dominus vendentes ejecit, & ementes, ne domus Patris eius fieret spelunca latronum; facta est sedes dæmoniorum. Id ipsum enim, & Matthiam sacerdotem magnum, sanctorum progenitorem Machabæorum ad zelum accendit commendabilem, sicut ipse testatur, dicens *1. Mac. 2.* Templum Domini quasi vir ignobilis, vasa gloriæ eius abducta sunt captiva. Civitas Regis Regum omnium, quæ aliis regulas intemeratæ tradidit Fidei, Gentium superstitionibus cogitur invita deservire. Sanctæ Resurrectionis Ecclesia, requies dormientis Domini, eorum sustinet imperia, fœdatur spurcitiis eorum, qui Resurrectionis non habebunt participium; sed stipulæ ignis æterni, perennibus deputabuntur incendiis. Loca venerabilia, divinis deputata mysteriis, quæ Dominum in carne susceperunt hospitem, signa viderunt, senserunt beneficia; quorum omnium in se plenâ fide prætendunt argumenta; facta sunt gregum præsepia, stabula jumentorum. Laudabilis populus, cui benedixit Dominus exercitnum, sub angariarum & sordidarum patratio-

num

um pondere, gemit fatigatus, rapiuntur eorum
ii, matricis Ecclesiæ chara pignora, ut Gentiû
nmunditiis deserviant, & nomen Dei vivi ab-
egent, vel ore blasphement sacrilego, compel-
ntur: aut imperia detrectantes, cæduntur gla-
is, more bidentium, sanctis Martyribus soci-
idi. Non est sacrilegiis locorum differentia,
on est personarum respectus. In sanctuariis
ciduntur sacerdotes & Levitæ, coguntur vir-
nes fornicari, aut per tormenta perire, nec ma-
onis ætas maturior suffragatur. Væ nobis,
ui in hanc tàm periculosi temporis descendi-
us miseriam; quam in spiritu prævidens, ele-
us à Domino David, Rex fidelis, deplorat, di-
ns *Psal.78.* Deus venerunt Gentes in hæredita-
n tuam; polluerunt templum sanctum tuum.
item *Psal.93.* Populum tuum humiliaverunt,
hæreditatem tuam vexaverunt? *Psal.78.* Vt quid
omine irasceris in finem, accendetur velut i-
iis ira tua. *Psal.88.* Vbi sunt misericordiæ tuæ
tiquæ Domine? verumne est, quod dicitur:
on obliviscetur misereri Deus; non cõtinebit
ira sua misericordias suas. *Thren.5.* Recordare
omine, quid acciderit nobis, intuere, & vide
pprobrium nostrum. *1.Mac.2.* Væ nobis, ut quid
ti sumus videre corruptiones populi nostri, &
tritionem civitatis sanctæ; & sedere illic, cùm
ntur in manibus inimicorum sancta? Vt au-
n indictam in Synodo expeditionem, promo-
ret Vrbanus Papa, permansit in Galliis. Epi-
opi verò ad sua reversi, haud otiosi perstitêre:
d in suis diœcesibus, singuli singula circum-
ntes oppida, Hierosolymitanam expeditio-
m, magno animi fervore, litteris pontificiis
indi-

indicebant. Porrò eorum, qui eiusmodi cœlesti tubâ excitati nomina dabant, infinita erat propemodùm multitudo; ut opus fuerit dehortari plurimos, quorum vel ætas, vel sexus, vel valetudo, ponderi militari subeundo, impar esse, manifestis indiciis videbatur: adeò ut magnus fuerit delectus habendus. Pro stipendio erat Indulgentia peccatorum proposita, eratq; pro militari, signum sanctissimæ Crucis: Et ad huius rei evidens indicium, communi consilio, signum sanctæ Crucis, super scapulam dexteram, impressère vestibus. *Baronius A. C. 1095. n. 33. & seqq.*

Hiero-

CAP. II.

e Variis, pro recuperandâ terrâ sanctâ, à Christianis susceptis expeditionibus.

Vbi

Ubi etiam quid sit Cruciata, ac de cruce signatis, eorumque charactere:

EA de re, quæ habet Abrahamus Bzovius, *Annal. tom. 18* sub A. C. 1410. hûc referre placet. Post annum Domini millesimum, pontificibus visum fuit, non ære, sed voce ciere viros; sacrumque Martem, non cantu, non sonitu, non clangore tubarum, sed piis exhortationibus accendere. Quem, quod in Christi, vel Ecclesiæ sponsæ Christi inimicos excitarent; prædicationem eā, Crucis vel Cruciatæ significatione, appellaverunt, quandò Christianos pro fidei, vel Ecclesiæ defensione, ad arma corripienda, nomenque in militiam dandum, publicis privatisque concionibus, & monitionibus, etiam per litteras convocabant: subditisque piæ orationis facibus, inflammabant, & quasi quoddam classicum, ad prælia Domini alacriter præliandа, canebant. Putaverunt enim, quòd ea prædicatio, quæ pro conservatione & propagatione religionis Christianæ, proque defensione & tutelā Fidei, Sacrorum, Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum sive personarum, sive libertatum instituitur; nihil aliud sit, quàm professio Crucifixi: qui Religionem, fidem, Sacra, Ecclesiam & Ecclesiastica cōdidit, & in quo Religio & Ecclesia Catholica, liberè gloriatur, exclamans cum Paulo: Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi; per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Dicebatur etiam prædicatio crucis; vel quòd primùm ad recuperationem crucis, & loci, ubi crux Redemptori nostro decreta

& fixa

fixa fuit, esset introducta: vel quòd hi, qui no-
ina sua in sacram militiam dabant, crucis si-
to insignirentur, & hoc charactere, palàm pro-
terentur; se jam in exercitum Crucifixi coopta-
s esse, jamque sub crucis auspiciis se merere,
stipendia facere velle. Functi sunt hoc mune-
prædicandæ crucis, ipsi pontifices, ore & la-
re proprio non semel: aliquandò per diplo-
ata, & Brevia, ac literas (quas vocant) Apo-
licas: aliquandò per Legatos Cardinales, E-
copos, & alios Prælatos: aliquandò per alios
os, pietate, vitę integritate, doctrinâ & eloquē-
conspicuos. Sacræ militiæ character, ut dixi,
Crux: nota distinctionis & agnitionis; quæ,
ecenset Gretserus *lib. 2. de S. Cruce*, apud Histo-
s, illis locutionibus occasionem dedit: Si-
ri, cruce signari, crucem sumere, assumere,
pere, & id genus aliis. Otto Frisingensis An-
s, de Saxonibus, cum crux cōtra Sarrazenos
ria, tempore Conradi Imperatoris prædi-
tur: Saxones, inquit, quia quasdam gentes,
itiis idolorū deditas vicinas habent, ad O-
ē proficisci abnuentes, cruces itidem, easdē
es bello attentaturi, assumpserunt, &c. Et
, *de Frid. lib. 1. c. 36 & 40* de Ludovico Franco-
Rege loquens: Ludovicus, ait, Francorum
crucē, à prætextato Abbate Bernardo, cum
i mentis alacritate sumens, militiam trans-
iam professus est. Arnoldus Lubecensis
hron. cap. 9. de expeditionibus adversus Li-
idololatras: Prædicationis instāriâ, non-
sublimes & nobiles, signaculo S. Crucis
iti; ad deprimendas gentiliū vires, vel po-
l cultum Christi perdomandas, iter pere-
grina-

grinationis arripiunt. In gestis Ludovici Regis, quæ Pithæus edidit, *fol. 138.* Nec defuit ibi S. Bernardus, Claræ vallis Abbas; qui cum quibusdam Prælatis, de assumptione crucis prædicans; monuit Barones & populum, ut ad vindicandas Christi injurias, viribus totis insurgerent &c. Rex primus prosiliens, cum magno devotionis ardore, signũ S. Crucis assumpsit, & post ipsum Regina &c. Petrus Blesensis, *in tractat. de peregrinat. Hierosol.* de nonnullis, sacram hanc militiam professis, sed vitam cruci divinæ non consentaneam agentibus: Quidam signati sunt, sed non est in eis signatum lumen vultus tui, Domine, &c. Ad huc dico, signati sunt, sed non ab eo, qui filium suum Iesum signavit & misit. Sigebertus, & ex illo Vincentius; *specul. Historial. libr. 25.* Signo sanctæ crucis signati & armati, ultum ire parant injurias Dei in hostes Christiani nominis. Hinc milites isti, absolutè dicebantur signati. Abbas Vrspergen. *in Chronico.* Vndecunque augebatur quotidiè circa circum signatorum numerus. Etiam cruciati. Godefridus *in Annalibus.* Et quicunq; cruciati sunt, ad hoc iter expediti occurrant. Ipse exercitus crucifer. Vrspergensis. Designata sunt ad præsens in Domini militiam, circiter centum millia virorum, ex Aquitaniâ scilicet atque Nortmaniâ, &c. Crucis quoq; signaculum in vestibus, ille crucifer exercitus, ad mortificationis præferebat commonitorium. Propter idem signum, appellat idem Chronographus, exercitum istum, cœlestis militiæ stigmate insignitum. Ab eodemq; crucis signo, ipsi expeditioni, cruciatæ nomen venit. Sigonius *lib. 9. de regno Italiæ.* Qui in eam expeditionem profe-

rofecti sunt, cruce signati, & ipsa expeditio ruciata vocata est. Ferebatur autē crux palàm n vestimento, ad humerum dextrum, idque nandato summi pontificis. Bertoldus Constantien. *i. Chron.* Omnes, qui se ad hoc iter devoveunt, signo crucis, seipsos in vestibus notare fecit Vrbanus pontifex. Sic enim ille, oratione d Synodum Claromontanam, apud Malmelsuriensem. Ituri, specimen crucis vestibus inguant: ut intestinæ fidei foràs amorem prændant. In fragmento historiæ Francicæ, edito Pithæo: Hierosolymam tendunt, cruce Christi insignitis desuper vestibus. Sic enim præceerat Dominus Apostolicus, ut quicunque ad oc bellum, faciente Christi gratiâ, proficiscentur, crucem eiusdem in unâ suarum ferrent estium. Wilhelmus Tyrius. *lib. 1. belli sacri cap. 16.* onvenerat apud omnes, & idipsum de mandato Domini Papæ, injunctum fuerat; ut quotiot prædictæ viæ voto se obligarent, vivificæ rucis salutare signum vestibus imprimerent: in humeris illius portarent memoriam, cuius assionis locum visitare proposuerant. Otto risingensis, de Saxonibus, qui adversus idolotras, cruces assumpserant. A nostris in hoc dibant, quod non simpliciter vestibus assutæ uces; sed a rotâ subterpositâ in altum protenbantur. Sigonius *lib. 9 de regno Italiæ.* Signum us expeditionis fuit crux, è purpureo panno nfecta, quam primus è pontificibus Vrbanus, lutaris in signum expiationis indulsit, vestiis super dextram scapulam affigendam. Iacous de Vitriaco *lib. hist. Orient.* Signo salutiferæ ucis affixo, sese voto peregrinationis Domino obli-

obligaverunt. Neq; semper crux ejusdem omnibus coloris. Rogerus Hoveden. *in annalibus*. Rex Franciæ & gens sua, susceperunt cruces rubeas: & Rex Angliæ cum gente suâ, suscepit cruces albas. Et Philippus Comes Flandriæ cum gente suâ, suscepit cruces virides. Et hoc etiã propterea, ut quivis princeps suos agnosceret. Auctor stemmatum Lotharingiæ Ducum. Illorũ dextrũ humerum, cruce laneâ rubrâ pontifex decoravit: quâ in ipso conflictu uterentur, insutamque paludamento, præ se ferrent. Apud Robertum Monachum, monet Vrbanus pontifex, profecturos ad bellum; crucem in fronte, aut pectore præferre, qui verò inde compos voti regredi voluerit, inter scapulas retrò ponat; inquit pontifex. Idem Robertus: Cum requireret Boamundus, quod signum gestarent peregrinationis, didicit, quòd aut in fronte, aut in scapulis dextris, signum ferebant sanctæ crucis. Rodericus Toletanus *lib. 16. de rebus Hispaniæ c. 16.* de Vrbano II. Qui primus instituit euntes in subsidium terræ sanctæ, in dextro humero crucis signaculo insigniri. In dextro igitur humero gestabant crucem, vestibus affixam; vel in fronte, scilicet in anteriori parte pilei, ita ut crux fronti immineret. Porro quidam ipsimet crucem assumebant, vestibusque assuebant, ut ex Tyrii & Ottonis verbis ostendimus: alii de manu Episcopi, vel alterius, qui aut Ecclesiasticâ dignitate emineret, aut crucem prędicasset, illam accipiebant. Anonymus de Friderico I. in terram sanctam expeditionem parante. Ipse Christianissimus Imperator, & filius ejus Dux illustris Sueviæ, multi quoque Episcopi & Principes, cum aliis viris sublimibus, de manu ipsius

fius Godefredi Episcopi Herbipolensis, assu-
entes crucis signaculum, ibi publicè se voto &
omissione itineris astrinxerunt. Ludovicus
x Franciæ Ludovici Crassi filius, cum aliis
amplurimis Ecclesiasticis & politicis princi-
ous, prædicante S. Bernardo crucem, eâdem
eunitate assumpsisse videtur: ut in gestis il-
s, à Pithæo publicatis, legimus; in quibus &
: produntur. Rebus, quas prælibavimus, sic
actis, venerabilis Pontius Abbas de Verzelia-
it locus ille, in quo sancta congregatio cru-
assumpserat, tàm nobilis facti memoriam
erpetuum retineret; in honorem S. Crucis
esiam construxit: quam posteà divinâ provi-
iâ ac potentiâ voluit multis miraculis illu-
e. Rigordus, de loco, ubi Philippus Franciæ,
enricus Rex Angliæ cruces assumpserant. In
m loco, in monumentum hujus facti, isti
Reges, devotè erexerunt crucem ligneam:
antes ibi Ecclesiam, & inter se fœdus perpe-
ercutientes, & vocantes ipsum locum san-
agrum, eò quod ibi sacris crucibus sint in-
i. Benedicebantur porrò cruces, sacris mi-
s solenni ritu distribui & affigi solitæ. Nec
i tantùm ex sacerdotum manibus, cum cer-
:atione & benedictione accipiebant, sed &
Abbas Vrspergen. Omnibus ultra, quàm
otest, catervatim currentibus ad Ecclesias
is, novo ritu, gladios, cum fustibus, & ca-
, sacerdotalis benedictio dispartivit. Fortè
tes & capsellas, intelligit baculos & spor-
egrinorum. Nam & has non sine sacerdo-
edictione, iter ingressuri accipiebant. Ri-
de gestis Philippi Regis Franciæ, de eo-

dem Hierosolymam profecturo. Cum lachrymis ab oratione surgens, sportam & baculum peregrinationis de manu Guilhelmi Rhemensis Archiepiscopi, avunculi sui, Apostolicæ sedis Legati, devotissimè accepit. In gestis Ludovici Regis, filii Ludovici Crassi. Venit Rex, ut moris est, ad Ecclesiam beati Dionysii à Martyribus licentiam accepturus: & ibi post celebrationem missarum, baculum peregrinationis & vexillum beati Dionysii, quod *Oriflambe* Gallicè dicitur, valdè reverenter accepit. Rogerus *in annalibus Anglicanis*. Perrexit Rex Angliæ Richardus, Turonim, & ibi recepit peram & baculum peregrinationis suæ, de manibus Willhelmi Turonensis Archiepiscopi. Dumq; Rex se baculo fulciret, fractus est baculus. Quod mali ominis loco habitum fuit à plerisque. Nec arma duntaxat & insignia, seu symbola peregrinantium benedicebantur, sed & ipsi peregrinantes. Abbas Vrspergensis, de Adamario Episcopo Podiensi. Insignitum cœlestis militiæ stigmate exercitum Apostolicâ benedictione consignans, condicto ab universis tempore profectionis, ipse cum non modicâ expeditionis turmâ, Italiam rediit. Et extat in Rituali libro, qui Sacerdotale Romanũ inscribitur, peculiaris formulæ; quâ Hierosolymam abituris benè precari moris est. Addebatur etiam armis aliquando crux. Helmoldus *lib. 1. chron. cap. 60.* de expeditione Conradi Imperatoris, & Ludovici Franciæ Regis. Fuerunt signati titulo crucis, in vestibus & armaturâ. Voto sese astringebant, crucis recuperandæ desiderio inflammati, adeò ut ipsa solennis assumptio crucis, votum quodammodò existimaretur. Tyrius

us de prima in Palæstinam expeditione. Non at in regnis Occidentalibus, qui aut ætatis, aut xus, aut conditionis, aut status vellet esse me- or, aut aliquibus persuasionibus deterritus ab cepto desisteret; sed omnes indifferenter ma- is dabant, omnes unanimiter corde & ore vo- m profitebantur. Iacobus de Vitriaco. Signo lutiferæ crucis, humeris suis affixo, sese voto regrinationis Domino obligaverunt. Bertol- is Constantiensis. Omnes qui se ad hoc iter voverunt, signo crucis seipsos in vestibus no- re fecit. Anonymus de Friderico Imperatore, filio ejus, aliisque Principibus: Assumentes icis signaculum, ibi publicè se voto & promis- ne itineris astrinxerunt. Compellebantur et- n ad voti executionem Sicque Innocentius I. Andream Ducem, Regis Hungariæ filium, am anathematis, & regni amittendi metu pposito, adegit. Licet, inquit, universis libe- ũ sit arbitrium in vovendo; usq; adeò tamen utio necessaria est post votum, ut sine proprio utis dispendio, alicui non liceat resilire. Ac- imus siquidem, quòd cùm Rex Hungariæ, pa- tuus, agens in extremis, votum, quod vove- Domino, Hierosolymitanam provinciam, in ti manu, humili corde visitare; sub intermi- ione maledictionis paternæ commiserit tuæ i exequendum: & tu assumpto crucis signa- o, te id impleturum sine dilatione qualibet misisti &c. Mandamus, quatenus postpositis eris sollicitudinibus, usque ad festum Exal- onis Sanctæ Crucis, debitum acceptæ crucis olvens, propositum iter arripias, & humiliter sequaris: ne si onus tibi à patre injunctum,

& à te sponte susceptum, occasione qualibet detrectaveris, paternâ te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumento priveris, cujus recusâveris onera supportare; Sciturus ex tūc anathematis te vinculo subjacere; & jure, quod tibi, si dictus Rex sine prole decederet, in Regno Hungariæ competebat ordine geniture, privandum: & regnum ipsum, ad minorem fratrem tuum, appellatione postpositâ devolvendum. *cap. licet. Extra de voto &c.* Idem Innocentius in Cōstitutione, seu ordinatione pro recuperandâ terrâ sanctâ, ex sententiâ Concilii Lateranensis. Ne hoc, inquit, sanctum propositum impediri, vel retardari contingat; universis Ecclesiarum Prælatis, districtè præcipimus, ut singuli per loca sua, illos qui signum crucis disposuerunt resumere, ac tàm ipsos, quàm alios cruce signatos, & quos adhuc signare contigerit, ad reddenda vota sua Domino, diligenter moveant & inducant: & si necesse fuerit, per excommunicationis in personas, & interdicti sententias in terras eorum, omni tergiversatione cessante, compellant. Illis duntaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod, secundum sedis Apostolicæ providentiam, votum eorum commutari debeat meritò, vel differri. Indulgētiis itidem alliciebantur ad eam profectionem. Vrbanus Pontifex, *in oratione quam ad Concilium Claromontanum habuit*: Nos autem de misericordia Dei, & beatorum Apostolorū Petri & Pauli authoritate confisi; fidelibus Christianis, qui contra eos (Sarracenos) arma susceperint, & onus sibi hujus peregrinationis assumpserint, injunctas sibi pro suis delictis pœnitentias relaxamus. Qui autem in

verâ

verâ pœnitentiâ decesserint, & peccatorum indulgentiam,& fructum æternæ mercedis, se non dubitent habituros. Matthæus Westmonasteriensis *de Vrbano Pontifice,& Synodo Claromontana.* Nec adhuc soluto Concilio, concessa est à Papa, generalis indulgentia peccatorum, se cruce signaturis, & jam signatis. Vitriacus, *de eodem Vrbano Pontifice.* Non multo autem tempore pòst, venerabilis Pater Apostolicę sedis Antistes Vrbanus, prædictum Petrum in Galliam subsequutus; cōvocato generali Concilio apud Clarum montem,Alverniæ civitatem, calamitates & oppressiones fidelium in terrâ sanctâ commorantium, & tàm Dominicum sepulchrum,quàm alia loca sancta,ab immundis canibus conculcata & profanata diligenter exposuit omnibus;quos spiritus sanctus ad ultionem injuriarum Crucifixi, & ad terræ sanctæ liberationem inspiraret, in remissionem omnium peccatorum, tàm sanctam Deo placitam peregrinationem injungens. Bertoldus Constantiensis. His temporibus,maxima multitudo de Italiâ, & omni Galliâ, & Germaniâ, Hierosolymam,contra Paganos,ut Christianos liberarent, ire cœpit: cujus expeditionis Dominus Papa Vrbanus maximus auctor fuit. Nam & in præteritis Synodis, studiosissimè omnes de hâc expeditione promovit, eamque eis remissionem omnium peccatorum faciēdam firmissimè commendavit. Abbas Vrspergensis, *eodem Vrbano Pontifice.* In hoc eis Doctor egregius remissionem omnium condonat peccatorum, si, renunciatis omnibus, quæ possidebant, crucem post Christum unanimiter portantes, periclitantibus Cōchristianis ferrent auxilium.

Eugenius Pontifex, *apud Ottonem Frisingensem lib. 1. de gestu Friderici Imp. c. 35.* in epistola, quâ Christianos ad sacrum bellum cohortatur. Nos autem vestrorum quieti, & ejusdem Ecclesiæ destitutioni paternâ sollicitudine providentes: illis, qui tàm sanctum, tàmque pernecessarium opus & laborem, devotionis intuitu, suscipere & perficere decreverint, illam peccatorum remissionẽ, quam præfatus prædecessor noster Papa Vrbanus instituit; auctoritate nobis à Deo concessâ, concedimus & confirmamus. &c. Peccatorum remissionem & absolutionem, juxta præfati prędecessoris nostri institutionem, Omnipotentis Dei, & beati Petri principis Apostolorum auctoritate, talem concedimus; ut qui tàm sanctũ iter devotè inceperit, & perfecerit, sive ibidem mortuus fuerit, de omnibus peccatis suis, quibus corde contrito & humiliato confessionem susceperit, absolutionem obtineat, & sempiternæ retributionis fructum, ab omnium remuneratore percipiat. Innocentius III. in Concilio Lateranensi. Nos de omnipotentis Dei misericordiâ, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi; omnibus qui laborem propriis personis subierint, & expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confessi, veniam indulgemus, & in retributione justorum, salutis æternæ pollicemur augmentum. S. Bernardus, *in epistola ad Episcopum, Clerum, & populum Spirensem.* Suscipe signũ Crucis, & omnium pariter, de quibus corde contrito confessionem feceris, indulgentiam obtinebis. Petrus Blesensis, *tractatu de peregrinatione Hierosolymitanâ accelerandâ.* Privilegio siquidem

Petri

'etri Apostoli, & auctoritate Ecclesiæ generali,
ropofuerat Dominus in hoc signo verbum re-
onciliationis, ut viæ Hierosolymitanæ assum-
tio esset pœnitentia consummata, & sufficiens
tisfactio de commissis. Thomas Cantipraten-
s *lib. 2. Exemplorum cap. 2. sectione 10* De indulgentiâ,
uæ Crucem suscipientibus prædicatur, nulli
delium (ex sententia quidem Cantipratensis)
ibitare permittitur; quin integraliter, verè pœ-
tentes & confessi, Indulgentiam recipiant o-
nium peccatorum, & in ea desiderii volunta-
, quâ pro fide, si se obtulerit locus, mori ge-
unt, totaliter à pœnâ simul absolvantur & cul-
. Extendebantur indulgentiæ, etiam ad illos,
ii aliquid in subsidium terræ sanctæ contri-
iissent; licet ipsimet eam peregrinationem nõ
irent. Innocentius III. *in Concilio Lateranensi.* Eis,
i non in personis propriis illûc accesserint;
l in suis duntaxat expensis, iuxta facultatem
qualitatem suam, viros idoneos destinârint;
llis similiter, qui licet in alienis expensis, in
opriis tamẽ personis accesserint, plenam suo-
n concedimus veniam peccatorum. Hujus
oque remissionis volumus & concedimus es-
articipes, juxta qualitates subsidii & devo-
nis affectum, omnes, qui ad subventionem
us terræ, de bonis suis congruè ministrabũt,
consilium, & auxilium impenderint oppor-
um. Ejusdem indulgentiæ participes efficie-
itur hi, qui cõtra hæreticos militabant. Idem
ocentius III. Pontifex *cap. Excommunicamus, e hæreticis.* Catholici, qui crucis assumpto cha-
cere, ad hæreticorum exterminium se accin-
nt, illâ gaudeant indulgentiâ, illoque sancto

privilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceduntur. Martyrii itidem titulum adscribebant illis, qui in sacro bello pro fide Christianâ morerentur. Vrbanus Pōtifex, *ad Synodū Claromontanam, apud Malmeelsburiensem:* Habituri post obitum felicis Martyrii commercium. S. Bernardus *ad Templarios.* Quàm gloriosi, si revertuntur victores de prælio? quàm beati, si moriuntur Martyres in prælio? Tyrius *lib. 3. cap. 5.* Instar Martyrii reputabant, in agone hujusmodi vitam amisisse. Vitriacus de eodē exercitu Hierosolymam obsidente. Maxima frequenter Dei Martyres perpessi sunt detrimenta. In gestis Ludovici Regis Franciæ, filii Ludovici Crassi, ubi agitur de quadam clade, Christiano exercitui à Turcis illatâ: Multi fuerunt, qui illâ die pro Christo martyriū receperunt. Innocentius III. Pontifex *in epist. ad Alexium Imperatorem Constantinopolitanum. fol. 520* Inter arcanas & inscrutabiles causas invasionis & detentionis terræ Orientalis, hāc etiam Dominus suâ forsan miseratione previdit, ut multi, relictis parentibus & amicis, imò etiam omnibus quę habebant, Christum, assumpto salutiferæ Crucis signo, sequentes, in defensione terræ ipsius martyrio coronentur, & indè triumphans Ecclesia lætetur & augeatur in cœlis, unde militans dolere ac minorari videtur in terris. Nonnulli etiam à Sarracenis capti, atrocibus suppliciis interfecti fuēre. Inter quos etiam fuit Ernestus Abbas Zuifaltachensis Suevus, cujus vitam & martyrium ex Archivis illius Monasterii vulgavit Georgius Eiselin conventualis ibidem. Cruce autem signati, multis pariter privilegiis, ex parte rerum temporalium concessis,

invi-

nvitabantur. Vrbanus Papa, *in Concilio Claromontano, apud Tyrium lib.1. cap.15.* Eos, qui ardore fidei ad expugnandos illos (Sarracenos) laborem istum peregrinationis) assumpserint, sub Ecclesiæ defensione, & beatorum Petri & Pauli protectione, tanquam veræ obedientiæ filios recipimus, & ab universis inquietationibus, tàm in rebus alienis, quàm in propriis statuimus manere securos. Si verò quisquam molestare eos interim, ausu temerario præsumpserit per Episcopum loci excommunicatione feriatur, & tamdiu sententia ab omnibus observetur, donec & ablata reddantur, & de illis damnis congruè satisfiat. Episcopi verò & presbyteri, qui talibus fortiter non restiterint, officii suspensione mulctentur, donec misericordiā sedis Apostolicæ obtineant. Eugenius Pontifex, *epist. ad Ludovicū Francorum Regē.* Vxores & filios eorum (cruce signatorum) bona quoque & possessiones, sub sanctæ Ecclesiæ, nostrâ etiam, & Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiæ Dei protectione, manere decernimus. Auctoritate etiam Apostolicâ prohibemus, ut de omnibus, quæ cùm Crucem acceperint, quietè possederint, nulla deinceps quæstio moveatur; donec de ipsorum reditu, vel obitu certissimè cognoscatur. Quicunque verò ære premuntur alieno, & tàm sanctum iter, puro corde inceperint, de præterito usuras non solvant; & si ipsi, vel alii pro eis, occasione usurarum adstricti sunt Sacramento vel fide, Apostolicâ authoritate eos absolvimus. Innocentius III. & cùm illo universa Synodus Lateranensis, eadē planè habet; & addit: Quòd si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit

 usu-

usurarum, cum ad restitutionem earum, Ecclesiasticâ censurâ cogi mandamus. Judæos verò ad remittendas usuras, per secularem compelli præcipimus potestatem; & donec illas remiserint, ab universis Christi fidelibus, per excommunicationis sententiam, eis omninò communio denegetur. His autem, qui Iudæis debita solvere nequeũt in præsenti, sic principes seculares, utili dilatione provideant, quòd post iter arreptum, usquequò de ipsorum obitu vel reditu certissimè cognoscatur, usurarum incommoda non incurrant: compulsis Iudeis proventus pignorum, quos interim ipsi perceperint, in sortem, expensis deductis necessariis, computare. Porrò Ecclesiarum Prælati, qui in exhibendâ justitiâ, cruce signatis & eorum familiis negligentes extiterint; sciant se graviter puniendos. Voluit insuper Innocentius, & cum illo pariter Synodus magna Lateranensis, ut cruce signati immunes essent à collectis, talliis, aliisque gravaminibus: in quorum etiam gratiam, anathemate percussit adjutores, & fautores prædonum & piratarum; qui peregrinis in itu, redituque multum detrimenti inferebant. Excommunicavit præterea illos falsos & impios Christianos, qui cõtra ipsum Christum, & populum Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina galearum deferebant; ut & illos, qui eis galeas, vel naves vendebant: quique in piraticis Sarracenorum navibus, curam gubernationis exercebãt, vel in machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendebant consilium, vel auxilium, in dispendium terræ sanctæ. Adjungebãt pro Ecclesiasticis. Clericis indulgemus, ut beneficia sua integra percipiãt per trien-

nium,

tium,ac si essent in Ecclesiis residentes; & si ne-
esse fuerit,& per idem tempus pignori valeant
obligare.Sic & in eam expeditionem belli sacri
taxationes indicebantur.Innocentius III. *in Constitutione de recuperatione terræ sanctæ* Ex communi
Concilii approbatione statuimus; ut omnes o-
mninò Clerici,tàm subditi,quàm Prælati, vice-
simam partem Ecclesiasticorum proventuum,
usque ad triennium conferant in subsidium ter-
ræ sanctæ: per manus eorum, qui ad hoc Apo-
stolicâ fuerint providētiâ ordinati. Quibusdam
dūtaxat religiosis exceptis, ab hac prætaxatione
meritò eximēdis;ac illis similiter,qui assumpto,
vel assumēdo Crucis signaculo,sunt personaliter
profecturi. Idem Pontifex,scribens ad Archiepi-
scopum Magdeburgensem, eiusq; suffraganeos,
mandabat;ut ab omnibus Clericis & Religiosis,
quadragesimam redituum partem, pro subsidio
terræ sanctæ exigerent. In eandem sententiam
diplomata miserat,per totam Alemanniam, per
Tusciam,per Lombardiam, per regna Franciæ,
Angliæ,Hungariæ,perSclavoniam,Hyberniam,
Scotiam,Hispaniam,Poloniam, Boemiam. Ab
â contributione neque Pontifex ipse Maximus
liber erat,neque Cardinales. Quod laicos atti-
net, hæc in Concilio Lateranensi decreta sunt.
Volumus & mandamus,ut Patriarchæ, Archie-
piscopi,Episcopi,Abbates,& alii,qui curam ob-
tinent animarum,studiosè proponant sibi com-
missis Verbum Crucis,obsecrantes per Patrem,
& Filium & Spiritum Sanctum, unum, solum,
verum,æternum Deum,Reges,Duces,Principes,
Marchiones,Comites,& Barones, aliosque Ma-
gnates,necnon Communitates Civitatum, vil-

usurarum, cum ad restitutionem earum, Ecclesiasticâ censurâ cogi mandamus. Iudæos verò ad remittendas usuras, per secularem compelli præcipimus potestatem; & donec illas remiserint, ab universis Christi fidelibus, per excommunicationis sententiam, eis omninò communio denegetur. His autem, qui Iudæis debita solvere nequeunt in præsenti, sic principes seculares, utili dilatione provideant, quòd post iter arreptum, usquequò de ipsorum obitu vel reditu certissimè cognoscatur, usurarum incommoda non incurrant: compulsis Iudęis proventus pignorum, quos interim ipsi perceperint, in sortem, expensis deductis necessariis, computare. Porrò Ecclesiarum Prælati, qui in exhibendâ justitiâ, cruce signatis & eorum familiis negligentes extiterint; sciant se graviter puniendos. Voluit insuper Innocentius, & cum illo pariter Synodus magna Lateranensis, ut cruce signati immunes essent à collectis, talliis, aliisque gravaminibus: in quorum etiam gratiam, anathemate percussit adjutores, & fautores prædonum & piratarum; qui peregrinis in itu, redituque multum detrimenti inferebant. Excommunicavit prætereà illos falsos & impios Christianos, qui cõtra ipsum Christum, & populum Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina galearum deferebant; ut & illos, qui eis galeas, vel naves vendebant: quique in piraticis Sarracenorum navibus, curam gubernationis exercebãt, vel in machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendebant consilium, vel auxilium, in dispendium terræ sanctæ. Adjungebat pro Ecclesiasticis. Clericis indulgemus, ut beneficia sua integra percipiãt per triennium,

nium,ac si essent in Ecclesiis residentes; & si necesse fuerit,& per idem tempus pignori valeant obligare.Sic & in eam expeditionem belli sacri exactiones indicebantur.Innocentius III. *in Constitutione de recuperatione terræ sanctæ* Ex communi Concilii approbatione statuimus; ut omnes omninò Clerici,tàm subditi,quàm Prælati, vicesimam partem Ecclesiasticorum proventuum, usque ad triennium conferant in subsidium terræ sanctæ: per manus eorum, qui ad hoc Apostolicâ fuerint providētiâ ordinari. Quibusdam dūtaxat religiosis exceptis, ab hac prætaxatione meritò eximēdis;ac illis similiter,qui assumpto, vel assumēdoCrucis signaculo,sunt personaliter profecturi. Idem Pontifex,scribens ad Archiepiscopum Magdeburgensem, eiusq; suffraganeos, mandabat;ut ab omnibus Clericis & Religiosis, quadragesimam redituum partem, pro subsidio terræ sanctæ exigerent. In eandem sententiam diplomata miserat,per totam Alemanniam, per Tusciam,per Lombardiam, per regna Franciæ, Angliæ,Hungariæ,perSclavoniam,Hyberniam, Scotiam,Hispaniam,Poloniam, Boemiam. Ab eâ contributione neque Pontifex ipse Maximus liber erat,neque Cardinales. Quod laicos attinet, hæc in Concilio Lateranensi decreta sunt. Volumus & mandamus,ut Patriarchæ, Archiepiscopi,Episcopi, Abbates,& alii,qui curam obtinent animarum,studiosè proponant sibi commissis Verbum Crucis,obsecrantes per Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum, unum, solum, verum,ęternum Deum,Reges,Duces,Principes, Marchiones,Comites,& Barones, aliosque Magnates,necnon Communitates Civitatum, vil-

larum, oppidorum, ut qui personaliter non accesserint, in subsidium terræ sanctæ, competentem conferant numerum bellatorum, cum expensis ad triennium necessariis: secundum proprias facultates, in remissionem peccatorum suorum. In eandem expeditionem, eleemosynæ conferebantur, quibus recipiendis gazophylacium in Ecclesiis erectum fuit ab eodem Innocentio, *in epist. ad Archiepisc. Magdeburgens. & Viennens.* In singulis Ecclesiis truncum concavum poni præcipimus, tribus clavibus consignatum; prima penes Episcopum, secunda penes Ecclesiæ Sacerdotem, tertia per aliquem religiosum laicum, conservandis: & in eo fideles quilibet, juxta quod eorum mentibus Dominus inspiraverit, suas eleemosynas deponere, in remissionem suorum peccaminum moneantur. Fecit etiam potestatem Episcopis, ut circa eos, qui de bonis suis terræ sanctæ voluissent subvenire, de discretorũ virorum consilio, qualitate personarum & rerum facultate pensatis, ac considerato nihilominus devotionis affectu, opus injunctæ pœnitentiæ commutare possent, in opus eleemosynæ faciendæ.

2. Primus autem, qui Crucem adversus Sarracenos, pro recuperatione terræ sanctæ prædicavit, fuit Vrbanus II. Pontifex Max. convocato Concilio Claromontano, ad annum Domini M. XCV. collecto & recensito ad Nicæam universo exercitu, reperti sunt peditum promiscui sexus, sexcenta millia, equitum verò loricatorum centum millia, ut Tyrius numerabat. Præcipui fuere Dux Nortmannorum: Comites, Tholosanus, S. Aegidii, & Flandrensium, Blesen-

ſenſium, & Carnotenſium, Hugo frater Regis Francorum, Godefridus Dominus de Bullion, Dux Lotharingiæ, cum fratre ſuo Balduino. De regno etiam Siciliæ, Boemundus cum Tancredo cognato ipſius, ut Vitriacus memorabat. Inter Eccleſiaſticos potiſſimùm claruerunt, Ademarus Epiſcopus Podienſis, qui primus in Concilio Claromontano Crucem aſſumpſit, vir vitæ venerabilis, ut ait Tyrius; & Guilhelmus Auraſicenſis Epiſcopus, vir verè religioſus ac timens Deum. Adeoq; Henricus Huntidonius *lib. 7. hiſt.* miraculum ſeculis inauditum, id temporis factum eſſe aſſueverat; ut tàm diverſæ gentes, ex omnibus ferè regnis, tot fortiſſimi Proceres, relictis poſſeſſionibus ſplendidis, uxoribus & filiis, omnes unâ mente, loca ignotiſſima, ſpretâ morte, petierint. Excitabantur ad eam expeditionem portentis cæleſtibus. Germanis, ſignum in ſole viſum, multaque tàm in aëre, quàm in terris portenta apparuerunt; quæ ad huiusmodi exercitia, non paucos, anteà torpidos excitaverunt, ut refert Tyrius. Aliquos proficiſcentes, Crucis ſignum, cælitùs ſuper eos apparens, ab imminente nece liberavit, ut memorat Vrſpergenſis. Iam explicatis in hoſtē ſacris vexillis, ſacro exercitui alacriter tendenti non defuit cæleſtium miraculorum conſolatio. Quidam enim ros ſuaviſſimus, immiſſus deſuperiùs, inquit Tyrius, modicus, ſed gratiſſimus, ſuper Cruce ſignatorum exercitum deſcendit: ita placidus, ut quaſi in eo benedictionem & gratiam ſuam, videretur Dominus infudiſſe. Quicunq; enim eo imbre cælitùs immiſſo, conſperſus eſt; ita plenam mentis & corporis hilaritatem, & integrita-

gritatem sospitatis, suscepit, tanquam nihil laboris, nihil molestiæ, totâ illa ex peditione passus esset. Nec solùm hominibus, verùm etiam equis, vigor pristinus adeò restitutus est in integrum; ut qui per multos ante dies, nonnisi folia & cortices arborum habuerunt pro pabulo, hostium equos hordeo pastos & paleâ, totâ illâ die & celeritate vincerent, & laboris patientiâ. Tanta ergò ex illius benedictionis rore, Cruce signatis legionibus victoriæ spes & fortitudinis gratia videbatur accessisse, ut de eis videretur esse dictum: Pluviam voluntariam segregabit Deus hæreditati suæ; & Spiritus sancti gratiam manifestè se non dubitarent accepisse. Tanta porrò divina virtus, Turcis timorem incusserat, ut vel resistere, vel à se insectantium propulsare injurias, nec attentarent. Decem enim ex Cruce signatis, videbantur eis quasi multa millia: nec erat, qui à facie piorum, fugientibus posset ministrare consolationem. Impletum nempè tum est etiam hoc promissum Dei: Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia. Cadent inimici vestri gladio, in conspectu vestro. Addit Anonymus, de Turcarum Principe. Nequaquàm suis fugitivis & attritis sociis, ad opem contendere poterat Corbahon. Nam illi Podiensis Episcopus, cum omni manu provincialium, fortiter in faciem resistebat; eique lanceam Dominicam opponebat. Vnde colligendum est, quòd Deo & Domino nostro Iesu operante, virtus illius, divinitùs sibi timore immisso elanguit, & corda suorum tremuerunt. Quia sic immobilis perma-

permanebat in obstaculo, & visione cælestis armaturæ, ut si omnis pugnæ immemor, cum infinito suo satellite, haberetur. Accesserunt & ista divinæ potentiæ argumenta. Cùm enim quadam die exercitum desperatio invasisset, omnibus machinamentis, quæ capiendæ Vrbi Hierosolymæ adhibebātur, in irritum recidentibus; adfuit divina virtus, inquit Tyrius; quæ rebus desperatis necessariam, & pro votis hilariter intulit consolationem. Nam de monte Oliveti, miles quidam, qui tamen posteà non comparuit, splendidum & refulgentem vibrando clypeum, signum dabat Cruce signatis legionibus, ut redirent in idipsum, & congressionem iterarent. Quo signo exhilaratus Dux Godefridus, qui cum fratre suo Eustachio, in superiore castelli cænaculo ad urbem impugnandam, & ad cautiùs tuendum ædificium erat constitutus, populum, & majores, cœpit ingentibus revocare clamoribus. Factumq; est prævià Domini misericordiâ, quòd universus Exercitus, cum exultatione ad pugnam reversus est; cum tanto fervore, ut tanquam viribus integris, de novo incipere prelium viderentur. Denique qui prius aut fessi, aut læsi vulneribus, operam subtraxerant; tunc receptis animis, & viribus geminatis, ultrò se offerebant, animosiùs instantes. Illud etiam miraculi accessit: Ademarum Podiensem Episcopum, qui Antiochiæ obierat, à multis in sanctâ Civitate visum esse; ita, ut multi viri venerabiles, & fide digni, eum super Civitatis murum, primùm omnium ascendisse, & cæteros animâsse ad congressum, oculis corporeis se vidisse constanter asseveraverint. Quæ

etiam

etiam posteà, plurimis loca venerabilia circumeuntibus, eâdem die manifestus apparuisse dicitur: aliique quamplures, qui in toto itinere divinis mancipati obsequiis, in Christo dormitionem acceperant, multis in eâdem civitate apparuerunt. Animavit tunc in ea victoria obtinendâ, sacri Ordinis cætus quamplurimùm: cum Podiensis Episcopus, Dominicam lanceam præferebat, Sacerdotes verò sacris induti vestibus, turmas circumeuntes, crucem deferebant in manibus: & sanctorum patrocinio, peccaminum promittentes indulgentiam, & plenam delictorum remissionem his, qui fortiter in acie desudarent, & paternarum traditionũ, & Christianæ fidei vellent esse defensores. Episcopi nihilominus, Principes & exercitus Primicerios, tam seorsùm, quàm in publico exhortantes, quantâ eis divinitùs dabatur exhortationis gratia, instabant: benedicentes populum, & Domino commendantes. Et erant immixti procedentibus ad prælium, devoti Sacerdotes & Levitæ, stolis amicti albis, signum Crucis mirabile deferentes in manibus. Iuvit & vitæ innocentia, ad trophæa de hostibus referenda. Nam ex communi Principum ad Antiochiam decreto, fatuas & leves mulierculas, ab exercitu sequestraverant, adulteria & omne fornicationis genus, sub pœnâ mortis inhibentes: commessationes, & ebrietates, & periculosum alearum ludum, incauta juramenta, in pondere & mensura fraudes, & omnem circumventionem, furtum & rapinam interdicentes. Præcipuum erat videre miraculum, ait Malmesburiensis; cùm tàm infinita multitudo, sensim per terras Christiano-

ſtianorum, & non prædabunda procederet, & non eſſet, qui coërceret. Fervebat in omnibus alterutra dilectio: ut ſi penes aliquem quid repertum eſſet, quod ſuum non eſſe cognoſceret, per multos dies paſſim agnoſcendum proponeret: ſuſpendebaturque interim inventoris aviditas, dum fortè illius, qui perdiderat, corrigeretur neceſſitas. Hæc orant caſtra Dei, hæc acies verè ex Chriſtianæ militiæ diſciplinâ ordinata; cui meritò accini poterat illud. *Numer. cap. 4.* Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael; ut valles nemoroſæ, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula, quæ fixit Dominus, quaſi cedri prope aquas Huic militiæ debetur recuperatio Palæſtinæ, & inſtitutio Regni Hieroſolymitani, cui Godefridum Bullionium præfecerunt.

3. Altera expeditio ad Annum Domini, M. C. I. indicta, penè priori poterat numero æquari: quamquàm non ordine, non pietate, non religione, non denique proſpero ſucceſſu. Ex ſolâ Longobardiâ, Mediolanenſis & Papienſis Epiſcopi, ad quinquaginta millia ſignatorum ducebant. Wilhelmus Comes Ninive, ſeu Navers, cum quindecim millibus equitum, & peditum ibat. Wilhelmus Comes Pictavienſium, cum Duce Bavariorum Welfone, ſupra 160. millia trahebant. Thiemo Salisburgenſis Archiepiſcopus 70000. adduxerat. Conradus, Stabularius Henrici III. Romanorum Imperatoris, duo M. Theutonicorum: alii Principes alias legiones. PerConſtantinopolitanum Imperatorem ſtetit, quò minùs aliquid feliciter geſſerint, & Turcarum acinacibus confecti ferè omnes ceciderint: ut Vr-

ut Vrspergensis, & auctor vitæ Thiemonis narrant.

4. Tertiam expeditionem indixit Eugenius III. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLV. atque eam, Conradum Imperatorem, & Ludovicum Galliarum Regem evocavit: usus operâ præcipuè S. Bernardi, Abbatis Clarævallis, & Rudolphi Monachi. Et sanè Bernardus in Comitio Spirensi, auctoritate Conradi Imp. congregato, Friderico fratris eius filio, aliisq; Principibus & viris illustribus, crucem accipere persuasit: plurima in publico, vel occulto faciendo miracula. Ad prædicationem quoque Adami Eberacensis Abbatis, quem vice S. Bernardi duxerat secum Conradus ad aliud comitium in Bojaria indictum; accepêre crucem tres Episcopi, videlicet Henricus Ratisbonensis, Otto Frisingensis, Reginbertus Pataviensis; & Dux Noricorum Henricus, frater Regis; deq; Ordine Comitum, nobilium, virorumq; illustrium innumerabiles. Guelfo quoque, Henrici prioris Ducis frater, de nobilissimis Regni Optimatibus, in ipsâ Nativitatis Dominicæ nocte, in propriâ villâ Bittengou, eandem militiam, cum multis professus fuerat. Sed & Dux Boemorum Ladislaus, & Stirensis Marchio Odoacer, & Carinthiæ illustris Comes Bernardus, nō multò pòst, cum magno suorum comitatu, Cruces accepêre. Apud Verzeliacum Galliæ oppidum, ad S. Bernardi prædicationem, Ludovicus Francorum Rex, unâ cum Reginâ, crucem ab eodem sancto, cum multâ mentis alacritate sumens, militiam transmarinam professus est, cum Theodorico Flandrensi, & Henrico Theobaldi Blesensis

fensis filio, Comitibus; aliisq; de regno suo Baronibus, virisque nobilibus. Nec politici tantùm, sed & Ecclesiastici Principes, Regis & Reginæ vestigia secuti, crucem assumpserunt; inter quos Simon Episcopus Noviomensis, Godefridus Episcopus Lingonensis, Arnulphus Episcopus Lisinensis. Ex Abbatibus, Herberthus Abbas S. Petri, vici Senonensis, Theobaldus Abbas S. Columbæ Senonensis. Metis similiter Crucem assumpsit, Comes Moriennæ, avunculus Ludovici Regis Franciæ, multique cum eo Principes & Barones. Et tum (ut quoque suprà dictum fuit) Petrus Abbas de Verzeliaco, ut locus ille, in quo sancta Congregatio Crucem assumpserat, tàm nobilis facti memoriam in perpetuum retineret, in honorem S. Crucis Ecclesiam construxit, quam posteà divina potentia, miraculis voluit illustrare. Conradus quoque Imperator, in hanc militiam nomine dato, septuaginta millia bellatorum, in loricis & equis duxit: exceptis aliis equitibus levis armaturæ, & exceptis peditibus, quorum erat numerus infinitus. A Gręcorum perfidiâ plurimi ex eis ceciderunt; cùm calcem farinæ venali immiscerent Græci, & Turcas præterea concitassent ad bellum eis inferendum. Residuos à prælio commisso, legatus Imperatoris Constantinopolitani, dolo malo, in desertum quoddam duxit, ubi universi fame & siti, adeò contabuerunt, ut incursantibus Barbaris, ultrò cervices præbuerint. Conradus Imper. & Ludovicus Rex, fugâ vix evaserunt: non tamen deterreri potuerunt, quòminus iterùm apud Carnatum comitio indicto,

expe-

expeditionem decreverint, præfecto exercitui colligendo designato, S. Bernardo Abbate.

5. Quarta expeditio generalis suscepta fuit à Friderico I. Imperatore, à Philippo Rege Galliarum, ab Henrico Rege Angliæ, & ab aliis Principibus Europæis: A. C. M. C. LXXXVIII. pro Hierosolymâ, de manibus Saladini recuperandâ. Eam Deus voluit illustrare ingentibus miraculis. Apud Iconiũ, Melichum magni Soldani filium, cum quadringentis millibus equitum, occurrentem; cùm vix sexcenti equites essent, qui sub signo vivificæ Crucis exercitum præibant, fuderunt. Ibi S. Georgius (ut ajunt) eâ die, sicut & prius, aciem Cruce signatorum præcedere visus est; impendens auxilium exercitui Signatorum. Tageno dicit, Episcopos excitâsse populum ad implorandum Deum & S. Georgium: qui cum S. Victore, visus sit aliquoties cum agminibns Angelorum, Signatos comitari, & adjuvare. Idem Tageno, Decanus Passaviensis, qui interfuit, testatur: cuidam religioso laico apparuisse Angelum hastâ protegentem Turcas, cum filii Soldani collectis trecentis millibus equitum, exercitui Imperatori occurrerunt. Quidam vir magnus ex Turcis, teste Anonymo, suadebat Melichio, ne cum signatis confligeret; tum alias ob causas, tum propter terribilem candidatorum aciem, Angelorum & Sanctorũ cœlitum videlicet: quos ipse inter copias Signatorum conspiciebat. Causa tàm frequentis è cœlo auxilii, fuisse fertur, quòd universi auditâ missâ, singuli sacram communionem accepissent, & hoc viatico armati, in hostes movissent.

6. Quin-

6. Quinta expeditio indicta fuit, à Cœlestino III. ad Annum Domini M. C. X C V. Ad eam Henricus Imperator, eius nominis 6. quanquàm non ivit; misit tamen & commeatum & viros: Conradum Archiepiscopum Moguntinũ, & Conradum Episcopum Herbipolensem. Imperatoris zelo plurimi incensi, tàm magnates, quàm militares, signum Dominicæ passionis in remissione peccatorũ suorum, ut tunc temporis persuasi erant, susceperũt: Fridericus Dux Orientalis, Henricus Palatinus Rheni, Henricus Dux Brabantiæ, Ottho Marchio Brandeburgẽsis, Hermannus Landgravius Thuringiæ, Walrauen Comes Limburgensis, Adolphus Comes Schavvenburgius, Hartuicus Archiepisc. Bremensis, Rudolphus Verdensis, & alii quàm plures. Rex Franciæ ivisset, nisi Sarraceni Mauritaniam incolentes, in ulterioremq; Hispaniam traijcientes, capto Rege Castellæ, Bæticam, quæ hodiè Granata dicitur, omninò cepissent. Non enim quieturos barbaros Galli arbitrabãtur tantâ victoriâ elatos; sed illaturos bella finitimis. Hanc itaque ob rem, militem in Europâ retinebant.

7. Sexta expeditio decreta fuit ab Innocentio III. contra Græcos schismaticos. Septima ab eodem, pro recuperatione terræ sanctæ, ex sententiâ magni Concilii Lateranensis. Ad eam, non tantùm Europæos Principes & Reges, verùm & Imperatorem Constantinopolitanum, & Regem Armeniæ, Pontifex invitavit. Andreas Rex Hungariæ, Leopoldus Dux Austriæ, Dux Moraviæ, Otto Episcopus Babergensis, Wilhelmus Comes Hollandiæ, Henricus Comes Nivernensis, Gualterus Regis Franciæ Camerarius,

Geor-

Georgius Comes de Widde, & alii complures nobiles & Comites; cum manu validâ transfretarunt: neque semel victoriam de Sarracenis retulerunt, ope de cœlo allata, cum Sarraceni viderent, quandam candidissimam aciem, Cruces rubeas in pectore gerentem, adversum se dimicare. Dum verò in obsidione Damiatæ essent, nocte sanctæ Agathæ, Deus innovans virtutis suæ miracula, tantum pavorem Soldano Babylònis, & Satrapis eius incussit, ut relictis castris, ignorantibus etiam Aegyptiis, quos ad resistendum ordinaverat, in solâ fugâ spem poneret. Non minoris momenti fuit alia expeditio, ab eodem Innocentio III. contra Albingenses, qui universam ferè Galliam, suis opinionibus imbuerant, publicata: & à Simone Montfortio suscepta. Ad C. M. hostium desiderata fuerunt. Quos prædictus Comes, sub signis Crucis, auspiciis S. Deiparentis, cuius Rosarium id temporis S. Dominicus ad obtinendum victoriam efficacissimum esse venditabat, fudit; & ita Galliam liberavit. Suscepit & Fridericus Rex Siciliæ, qui posteà præfuit imperio, una cum innumerabilibus principibus, & populis, Crucem, in subsidium terræ sanctæ, ab adhortatione eiusdem Innocentii Pontificis. Cui cùm Honorius III. successisset, & is Gregorium IX. successorem accepisset, uterque suo tempore non destitit sacrum istud classicum Friderico canere, recuperandæ Palæstinæ. Non detrectarunt eam militiam profiteri, Theobaldus Rex Navarræ, Aimericus Montfortius, Henricus Bari, & Campaniæ Comes, Ludovicus Thuringorum Landgravius; cum quibus multi Archiepiscopi, Epi-

pi, Episcopi, & Principes, aliique Christi fideles, zelo fidei contra inimicos Christi accensi, Cruce ipsius signati sunt, contra gentiles fideliter pugnaturi. Friderico porrò Imperatore, persecutore Ecclesiæ Romanæ effecto, Innocentius IV. bellum sacrum contra eundem indixit: quo etiam tempore aliud in Concilio Lugdunensi, in terram sanctam promulgavit; adque illud suscipiendum, sanctum Ludovicum Galliarum Regem excitavit. Accessit ad secundam eius expeditionem Theobaldus Rex Navarræ, Alphonsus filius Regis Castellæ, Eduardus filius Regis Angliæ, cum aliis Proceribus. Prædicaverunt Crucem, & reliqui succedentes Pontifices, Nicolaus IV. Bonifacius VIII. Clemens V. Ioannes XXII. Innocentius VI. & Vrbanus V. Nec tantùm contra infideles, sed etiam contra Ecclesiæ Romanę prætensos rebelles: ut Clemens IV. contra Conradinum, & Petrum Aragonium: Bonifacius VIII. contra Philippum pulchrum, Ioannes XXII. contra Ludovicum Boium, Vrbanus VI. contra Ioannam & Carolum Neapoleos Reges &c.

8. Strictiùs hæc omnia contraxit Aubertus Miræus, Bruxellensis, *in fastis Belgicis, f.422. & seqq.* qui decem Cruciatas expeditiones recenset. Prima A. C. 1096. contra Sarracenos, Vrbano II. Pontifice suscepta est, Petro Eremitá incentore: in quâ Godefridus Bullonius, Lotharingiæ Dux & S. R. I. ad Scaldim Marchio, eminuit. Is castrum suum Bulloniense, in usum belli sacri, Otberto Episcopo Leodicensi vendidit, Antuerpiæ collegium XII. Canonicorum, in honorem S. Michaelis (quod nunc est Cathedrale Marianum)

num) instituit; & primos ibidem equites XII. sacræ militiæ adscripsit. Præter fratres suos germanos, Balduinum & Eustatium, socios habuit Robertum Flandriæ, & Balduinum Hannoniæ Comites, aliosque Belgas nobiles plurimos. Hierosolymitana urbe (quam A. C. 636. Sarraceni, Christianis eripuerant) à nostris, Anno demùm 1099. receptâ, Godefridus, communi omnium suffragio, Rex est renũciatus. SECVNDAM expeditionem A.C.1101. Insubres, Germani ac Galli susceperunt: cui Stephanus Burgundiæ Dux, & Guilielmus Comes Nivernensis, interfuerunt. Quorum exemplo, & Godefridus Comes Lovaniensis, A.C.1106. crucem assumpsit. Tertiam A.C. 1146. Eugenius Papa, per S. Bernardum, Claræ Vallis Abbatem publicavit. Ordines in [ea] duxerunt Conradus Imperator, Ludovicus Galliæ Rex, Theodoricus Flandriæ Comes, & Gualterus Bertoldus, Grimbergæ Dominus. Illud memoriâ dignum, nostrates & Anglos, versus Syriam navigantes, in Hispaniam deflexisse, & Olisiponem A.C.1147. Mauris eripuisse, post quatuor mensium obsidionem: ut Robertus Abbas Montensis, illorum temporum scriptor, in Chronico suo, narrat, vid. eundem Miræum in iisdem Fastis Belgicis, *fol. 620. &c.* Quarta, A.C. 1188. contra Saladinum, qui Hierosolymam nostris abstulerat, est instituta; in qua primi fuêre Fridericus Cæsar, Philippus Galliæ Rex, Leopoldus Austriæ Dux, Philippus Flandriæ Comes. Contra eundem Saladinum, A. C. 1183. à Godefrido Brabantiæ Duce, Henricum filium primogenitum missum fuisse, Divæus & alii tradunt. Quinta sub Cœlestino. P. M. An. C.

1195.

nos. ductu Henrici Imperatoris. Aderant Fridericus Leopoldi filius, Henricus I. Brabantiæ Dux, Walleramus Limburgi Dux, Henricus Comes Palatinus Rheni, & Hermannus Hassiæ Landgravius. Cæsa innumerabilis hostium turba, captis duobus Saladini filiis. SEXTA, sub Innocentio III. Papa, Constantinopolim Latinis subdidit; cui Balduinus, Flandriæ Hannoniæque Comes, A.C. 1204. datus est Imperator. Birflitani, turrim, portui imminentem occupârunt, & muros captæ urbis, ex primis conscenderunt, ut Io. Zonaras narrat. Vndè in vexillo, ac sigillo, hodieq; præferunt quatuor B. Græca, quæ sunt urbis Constantinopolitanæ insignia. SEPTIMA, sub Honorio III. A. C. 1217. ductore Andreâ Hungarorum Rege, S. Elisabethæ Patre. Interfuerunt Leopoldus Austriæ Dux, Henricus Comes Nivernensis, & Guilielmus Hollandiæ Comes: quorum posterior, in Lusitaniam delatus, quatuor Maurorum Reges fugavit; quatuordecim millibus hostium cæsis. Henricum Brabantiæ Ducem, biennio anteà crucem suscepisse, auctore Iohanne Scholastico Santensi, accepimus. OCTAVA A. C. 1228. à Friderico II. Imp. instituitur. Secuti sunt Henricus Brabantiæ Dux, & Ludovicus Thuringiæ Princeps, S. Elisabethæ maritus: Hierosolyma Sarracenis erepta. NONA, sub Innocētio IV. A. C. 1245 duce S. Ludovico Galliæ Rege: cui comes fuit frater Robertus, Artesiæ Comes. Damiata tunc expugnata. DECIMA A. C. 1268. ab eodem Ludovico Rege suscepta, cum tribus filiis: Theobaldo Navarræ Rege, & Guidone Flandriæ Comite. Medio in cursu Tuneti moritur Ludovicus.

cus. Exindè per Nicolaum IV. Bonifacium VIII. Clementem V. Pium II. aliosq; Pontifices, aliæ plures contra Sarracenos expeditiones sunt publicatæ; sed irrito ferè conatu. Recensui & ego *in discursu Politico de increm. Imp. cap. 3. n. 4.* Duodecim expeditiones contra Sarracenos, sub auspiciis sanctæ Crucis susceptas. At plura qui volet, consulat Guil. Tyrium, Iac. Vitriacum, & alios bellorum sacrorum scriptores; uno volumine congestos, & sub tit. Gesta Dei per Francos, editos typis Wechelian. itemq; Gretserum in libris de Cruce.

9. Solet etiam quæri de Iustitia, num prudenter susceptæ fuerint illæ expeditiones Hierosolymitanæ? Eas, sanè ut stultissimi classici, ità tristissimi eventus fuisse, dicit Iohannes Cammannus, *D sput. de Iurib. Majest. 3 thes. 22.* Ac illis bellis, etiam iniquior esse videtur Estienne Pasquier, *5. des Recherches, cap. 21.* ubi ait: Transfretationes eas ferè ruinam attulisse Ecclesiæ, tàm in temporalibus, quàm spiritualibus: eoq; nomine esse improbandas, quòd Pontifices voluerint Religionem nostrâm propagare per arma; quam Salvator noster voluerit crescere per preces, exhortationes, jejunia, obedientiam & paupertatē. Eversas item fuisse hac occasione quàm plurimas familias illustres, eorũq; patrimoniã ad alios pervenisse possessores. Reineccius item *in præfatione, Historiæ Orientali præfixâ.* ex professo Argonautas hosce oppugnat, & inter alia scribit: Imò nec illa ipsa religiosa affectio pura puta fuit; sed tali quapiam persuasione contaminabatur: Qui sic militarent, & in eâ militiâ mortem oppeterent, martyribus sanctis accenseri, & beatitatis

uitatis cœlestis participes fieri. Inseruiit etiam suæ quasi fabulæ Pontifex Romanus: atq; invenias, qui propterea bellum hoc Ecclesiæ Christianæ afflictionibus, quarum Pontifices auctores extitêre, annumerandum putent. Sanè flabellum Vrbanum II. fuisse constat; sic ut è parvâ scintillâ, ingens incendium excitârit. Nam cum Petrus eremita utcunq; fomitem præparasset, ipse deindè pro eâ, quâ Pontifices armatos esse auctoritate & potestate, tàm creditum fuit, flammam collucere fecit. Si causas scrutere, ea procul dubio princeps deprehendetur; quòd Romano solio major potentia quærebatur: præsertim pendente tum adhuc lite de Ecclesiasticis dignitatibus, à Gregorio VII. Vrbani decessore, motâ. Undè mox & Hierosolymitanus, & Antiochenus, Patriarchæ, Pontificis jugum subiêre: & hodiè etiamnum Maronitæ Christiani, Libani montis incolæ, eidem subjecti sunt; nam Patriarchæ illis ad Byzantini auctoritatem redierunt. Ferè eadem habent Centuriatores Magdeburgenses, *cent.12.cap.10.* sub Cœlestino tertio, hisce verbis Commune hoc seculo fuit hisce diaboli vicariis studium; ut primarios Europæ Principes, pro Hierosolymis in Christianorum potestatem vindicandis, in Asiam exercitũ ducere splendidissimis promissionibus, licet illæ essent vanissimæ, permoverunt; quò ipsi posteà cæteris, quorum potentia minùs suo fastui obesse poterat, liberiùs dominari, suasque artes exercere possent. Et quoq; jam eo tempore, quo susceptum & gestum bellum illud sacrum fuit, diversa de eo diversorum iudicia fuerunt; quod non dissimulant Tyrius & Vrspergensis.

gensis. Et in Chronico Hierosolymitano Albert. Canonici Aquensis, *lib.4. cap.25.* habetur: Alii dicunt, à Deo & Domino nostro Iesu Christo hanc in omnibus peregrinis suscitatam fuisse voluntatem: alii pro levitate animi, hanc Francigenas primores, plurimumq; vulgus insistere: & ob hoc in regno Vngariæ, & aliis regnis, tot peregrinis occurrisse impedimenta, nec ideò intentionem illorum, ad effectum posse pertingere putant. At qui sacra hæcce bella defendūt, fatentur equidem, multa ibi errata fuisse commissa, impietatemq; & emulationem ex nostratibus nonnullorum, res ibi turbâsse, & tandem evertisse. Sic enim Albertus *Canon. ac custos Eccles. Aquensis. Chronici Hierosolymitani lib.1. c.2* Sacerdos quidam, Petrus nomine, quondam eremita, ortus de civitate Amiens, quæ est in occidente de regno Francorum, omni instinctu, quo potuit, huius viæ constantiam primùm adhortatus est, in Beru, regione præfati regni, factus prædicator in omni admonitione & sermone. Huius admonitione assiduâ & vocatione, Episcopi, Abbates, Clerici & Monachi, deinde laici nobilissimi, diversorum regnorum Principes, totumq; vulgus, tā casti quā incesti, adulteri, homicidæ, fures, perjuri, prædones; universum scilicet genus Christianæ professionis, quin & sexus fœmineus, pœnitentiâ ducti, ad hanc lætanter concurrunt viam. De eadem re ita Guilhelmus Tyrius *lib.1. cap.16.* Nec tamen apud omnes, inquit, erat in causa Dominus, & virtutū mater, Discretio, votum excitabat: Sed quidā ne amicos deserer ent, quidam ne desides haberentur, quidā solâ levitatis causâ, aut ut suos creditores, quibus mul-

multorum debitorum pondere tenebantur obligati, declinantes eluderent, aliis se adjungebant &c. Quales etiam ab hoc tempore ex Occidentalibus Regionibus, Palæstina Christianos incolas habuerit, docet his verbis Brocardus Monachus: Sunt in terra promissionis, homines ex omni natione, quæ sub cœlo est, & vivit quælibet gens juxta ritum suum. Et ut verum loquar, in nostram magnam confusionem; nulli in ea pejores & in moribus corruptiores inveniuntur, quàm Christiani, cujus hanc esse rationem arbitror. Quandò aliquis in Hispaniâ, Galliâ, Germaniâ, Italiâ, aut aliis Christianitatis nationibus malefactor deprehensus fuerit, utpotè homicida, latro, fur, incestuosus, adulter, fornicator, proditor; & timet proptereà, à judice condignam sibi irrogari pœnam, fugit & transfretat in terram sanctam: quasi hoc contractum aboliturus malum; & cum illuc venerit, non animum, sed locum mutavit, & evenit sibi id, quod scriptum est: Nunquid Aethiops potest mutare pellem suam? Tales sunt hodiè in terrâ sanctâ non pauci, qui spoliant peregrinos, & conterraneos suos, ad se bonâ fiduciâ divertentes, & nihil mali de eis suspicantes: detestabilesq; illi patres, detestabiliores post se relinquunt filios; qui pollutis pedibus cōculcant loca sancta, & sua pessimâ vitâ id efficiūt, ut sancta Dei in magnū veniant cōtemptum. Et Dodechindus, qui illo tempore vixit: Mirabilis inquit spiritus illius temporis homines impulit, ad hoc iter aggrediendum. Nam fœminæ ad hanc expeditionem exeuntes, virili utebantur habitu, & armatæ incedebant; & immunditiæ fornicationum & abominationum factæ sunt

inter eos. Auctor item Gallicus Ioan Sire *in hist. Ludovici S. Galliarum Regis c. 22. ad finem*, qualis ejusdem Regis, aliàs admodùm pii, exercitus fuerit, quem contra Sarracenos duxit, hisce verbis describit. Les Barons, Chevalliers, & autres Seigneurs, qui estoient au Camp, qui devoient sagement garder leur bien, & espargner icelui pour s'en aider, & l'emploier à la necessitè, commencerent a le despendre follement: faisans grands & exquis banquets, les uns aus autres, prenans tous les plaisirs & passetemps dont ils se pouvoient adviser: en sorte qu'en per de tẽps, tout leur argent fut despendu; puis commencerent a opprimer & forcer le commun peuple, & les piller par tous moiens. Il n'y avoient femme ne fille, qui ne fust violee, & mise à honte. Les bourdeaux estoient espandùs par tout le Camp; en sorte, que le Roi mesmes trouva plusieurs bourdeaus que ses gens tenoient a l'entour de son pavillon, a un iet de pierre: & de ce adverti le Roi, donna congé a plusieurs de se officiers. Et tant d'autres maus estoient commis, & perpetrés au Camp, qu'il servit chose de grand horreur, qui les voudroit racompter. Ainsi donques, tout le monde estoit mal vivant: mais nous en endurasmes la peine. Nocuit etiã in hisce expeditionibus quamplurimùm perfidia Græcorum; ut jam alibi, *in hist. sc: Impp. Constantinopolitanorũ* dixi, qui jam diu est, quòd imprudentiæ suæ pœnas luunt. Et ideò Græcorum Historici, quæ de Argonautis nostris immiscent, cum judicio legendi sunt. Siquidem id præcipuè agunt, ut pessimis gentis suæ artibus patrocinentur. Contrà verò nostros homines, quos nunc

nunc Francos, nunc Latinos vocant, exagitent. Cum simultatis illius, quæq; indè nata incommoda fuêre, veros fontes simul Tyrii & Vrsperg. veriores expositiones aperiant. Ac certa quidem ista, inter Græcos, & Latinos animorum alienatio, eò usq; processit, ut illi Turcas amicos, & confœderatos habere maluerint. Ita enim de Manuele Comneno Imp. Alexii è Iohanne Porphyrogenito F. N. Nicetas *lib.7.* Haud ignarus, copias occidentales, Romanis (Byzantinis) longè esse superiores, multò antè quovis modo se contra illas muniebat. Nam orientales quidem Barbaros, licere sibi & pecuniâ conciliare, & armis intra fines suos continere, sed occidentalium gentium multitudinem timere se; quòd viri superbi sint, indomiti, sanguinarii: nec tantùm opibus & armis abundent, sed irreconciliabili etiam odio Romanos prosequantur &c. Omitto vel in servitute Turcica, quâ hodie Græcorum natio premitur, eos ad mentionem dominatus familiæ Balduini Flandrici, infrendere; & alium sibi dominari, quàm Turcas, ne Christianum quidem, nolle, ut alicubi in Turcogræcia Martinus Crusius testatur. Sed inprimis Iustitiam horum bellorum evincit; quòd infideles oppugnare licet; si ii Christianos offendant: vel etiam detineant provincias eas, quæ olim ad Christianorum Principum Iurisdictionem pertinebant, *can. dispar. caus. 23. quæst. 8.* Et sic tum, haud temerè arma expedita fuêre; sed Patriarchæ Simeonis, & cæterorum Ecclesiæ Hierosol. Christianorum rogatu. Hi enim communibus ad Papam, ad reliquos occidentis Reges & Principes perscriptis literis, opem eorum

implorârant; easq; literas Petro eremitæ, perferendas dederant: quemadmodùm habet Tyrii historia *lib.1.cap.11.* & Vrspergensis, nō has solùm literas, sed plurimas alias, à se visas, denique & legationes frequentissimas intervenisse, atq; adeò Alexium Comnenum, Imp. Constantinopol. bellum hocce sollicitâsse, ait. Sic & tradit Aventinus, Henricū IIII. Cæs. Imperii proceres ad sacram militiam cohortatum, de eiusq; auctoritate cùm alios, tùm Welfum IV. hanc professum. Nam primùm Sarraceni Arabes, deindè Turcæ, Scythiæ populus, imperium Romanum ad orientem Solem, seu per Asiam, & illi etiam per Africam, immaniter vexârant ac dilacerârant; ipsamq; Hierosolymam Annos 490. possederant, ut Tyrius *lib.1.cap.10.* atq; ita possederant, ut quàm à Sarracenis factum esset, Christianos acerbiùs affligerent, ut idem Tyrius *ibidem cap.5.* Et porrò Bella hæc suasa fuerunt à viris Sanctis, ab ipsoque etiam S. Bernhardo, Claræ vellis Abbate, ut refert Cardinalis Bellarminus, *lib.3. de Pontif. cap.17. fol. mihi 296. Col.2. Christoph.* Lehmann. in der Speyrischen Chronick/ *lib. 5. c. 52.* Videbant enim ii, Christianos bello carere non posse; maluerunt ideò ea geri contra infideles, & per illa fideles liberari. Fuerunt item expeditiones hæ miraculis multis adprobatæ: quæ Guilhelmus Tyrius, de Bello sacro, *lib 6.* & Paulus Aemilius, *histor. Franciæ lib. 4.* habent; quorumque etiam suprà mentio facta fuit. Et ostendit certè Deus Opt. Max. in hocce bello, quid contra fidei hostes, & facere possit ac velit, si nos non peccatis nostris impedimenta ei obiiceremus. Fuitque tandem bellum id, fortissimè susceptum,

ſceptum, & ſingulari exemplo conſtantiæ, fortitudinis, pietatis, Religionis, Zelique verè Chriſtiani, repetitis expeditionibus maximis, iteratum: ab Anno Chriſti M. XCIV. usque ad Annum M. CC. XCI. nec ullum ſimile in Hiſtoriis reperitur. In principibus inprimis hujus expeditionis, varia variarum rerum documenta proponuntur. Godefridus ſemper ſuì ſimilis, id eſt: *ἀμφότερον βασιλεὺς, τ' ἀγαθὸς, κρατερὸς τ' αἰχμητὴς*, & tantā pro exercitu; quantam pro liberis ſolicitudinem gerens, ut Tyrius *lib. 5. c. 5.* tum in ſociorum vitiis & injuriis tolerandis parientiſſimus, in offenſis remittendis, & ſanandis facillimus & ſolertiſſimus: æquè difficulter à pietatis & recti ſtudio dimoveri potuit, ac Sol de curſu ſuo, ut de Fabricio hoſte Pyrrhus Rex pronūciavit, teſte Eutropio. Taceo heroicū corporis robur, quod ab Alberto Aquenſi, Roberto Monacho & Tyrio prædicatur. Balduini fratris cum magnanimitate par felicitas, prudentia, moderatio reperitur. Et inſtar pulcerrimæ gemmæ hæc ornamēta decorabat in literis eruditio. Nec aliud ferè in eo reprehendas, quàm in Tancradum & Boemundi militem improvidam aſperitatem; & cū Rogerii Siculi viduâ nuptias intempeſtiviores. Et ſi, uti has juſto divortio dirimi paſſus fuit, ita illam aliena ambitio excitavit. In Boemundo planè Vlyſſeum ingenium agnoſcas: atque ut in Tancrado rei militaris ſcientiam, animum excelſum, induſtriam, in Reymundo Sanctægidiano prudentiam, & ad extremum perſeverantiam laudes; ſic in utroque ſæpè fidem deſideres, & jure immodicā *πλεονεξίαν* culpes. Robertus Flandrenſis, præter ea, quæ maximâ cum gloriâ geſ-

sit,egregium cum Godefrido amicorum par exhibet: quemadmodum Balduinus Burgius, ut genere & sanguine cum Godefrido & Balduino conjunctus fuit; sic quoque ad virtutes utriusq; quàm proximè accessit. Atque hi quidem inter proceres, quantùm ad rerum gestarum celebritatem & famam attinet,præcipuè enituêre. Nam Hugo Magnus, & Robertus Normãnus, licet Regiæ stirpis splendore antecesserint; eâ tamen in parte inferiores extitêre. Nec Welfus IV. cùm profectionem suam seu casu, seu consultò, gravi tamen,ut apparet, de causâ distulisset, optatam laborum metam, ut cum Poetâ loquar, contingere potuit; sed graviter à Fortunâ afflictus, vel potiùs ab Alexio Imp. proditus (nam is se totum ab Argonautarum amicitiâ averterat, occultè tamen, cum apud familiares æquè insolenter ac impudenter jactaret, se Francos, cum Turcis præliantes, tanti facere, quanti canes, se invicẽ mordentes, ut memorat Vrspergensis) non multò pòst morte interceptus fuit. De virtutibus item, & miraculosis victoriis, horum Argonautarum, sequentia habet Carolus Scribanius *in Orig. Antuerp. c. 2. fol. 39. & seq.* eaq; Gedeonis & Machabæorum non inferiora deprædicat. Godefridus ait Bullonius, alterum naturæ miraculum, Brabantiæ Dux; Græciæ, Aegypto, Palæstinæ intulit victricia sacrata Deo signa, non tàm humanæ dexteræ, quàm præpotẽtis Dei adjutus ope; quæ, ut aliàs sæpè, adfuit Duci nostro. Nicæa expugnata (A. C. 1096.) primùm laboris & tanti itineris præmium: fusi hîc subsidiarii Turcæ; pauciores tamen cecidêre ob propinqua suffugia. Rursus prælium: ingens numerus; ducenta mil-

lia numerat Tyrius, *lib.3.cap.12.* trecenta supra sexaginta millia, Wilhelmus Malmesburiensis. Aequata pugna, dum missilia mittuntur; ut ventum ad ferrum, deturbati hostes, ruinæ modo præcipitati. Quæsitum deindè, quam urbem aggrederentur. Antiochia potior visa: hanc auferre Turcæ, in rem famamque videbatur. Ardua res, imminentia in orbem turrium iuga, ferrati portarum obices, ac tantùm non iustus in urbe exercitus. Adversus quæ omnia fortior animus: tantusque ad Bullonii verba, crucem, nec aliud ostentatis, certantis exercitus ardor; ut levi momento, nudata propugnatoribus mœnia, portarum obices subversi, capta ascensu munimenta fuerint. Cessit dehinc civitas victori. At in illâ victrice sede sua, à trecentis Turcarum millibus obsessum victorem reperio: ingens planè multitudo. Bullonius, quanquàm consideret virtuti, ac super omnia Deo, tamen exhortationes precibus miscet: Spernerent numerum, & inanes barbarorum minas; cessuros ubi crucem ferrumque toties fusi agnovissent: ac in multis paucos esse, qui prælia profligarent, ipsamq; adeò multitudinem non semel exitio sibi fuisse: gloriæq; ipsorum, ac inprimis cruci accessurum, quòd modicâ manu, omnem hanc turbam dejecissent. *Malmesburiens, lib.6.cap.22.* Fusus mox hostis, tanquam à vento, palea. Signa deindè Ierosolymæ illata, copiâ defensorum, propugnaculis ac magnitudine validæ. Ineratque miles, & provisi antè commeatus. Omnia cesserunt virtuti, *Tyrius, lib.9.cap.9.& 12.* Capta Ierosolyma, tantorum merces bellorum: sequitur pugna; erant equitum in exercitu nostro millia quinque, peditum quin-

decim: hoſtium equitum millia centum, peditum quadringenta. Ferox hoſtilis acies, & novi decoris avida, poſt tot ſuorum cædes, tot ſecunda noſtrorum prælia; inſultare, provocare, jactare minas. Et trepidabant noſtri, nec ſatis conſilia expediebant; obſidionem tolerarent, an in hoſtem irent? Placuit tandem ire. Inſtructa acies, educta mœnibus, neque deerat hoſtis toties impatiens vinci. Et Bullonius fortiſſimi nuſquam militis, nuſquam Conſtantiſſimi ducis officium omiſerat: occurſabat paventibus, retinebat cedentes: & ubi plurimus labor, ſpesque aliqua, conſilio, manu, voce, crucisque memoriâ ſuos animabat, terrebat hoſtes. Atrox hinc cædes; donec Turcarum cohortium præfecti, ſuſtentatâ nonnihil acie, telis obruuntur: indè effuſa fuga, ſupra centum millia cęſa, tradidit Vrſpergenſis. Maior ſecuta clades, cùm mare fugam inhiberet: integri hic cum Sauciis, Semineces cum valentibu volvuntur fluctibus, variâ pereuntium formâ, & omni imagine mortuorum; ac plures longè mare, quàm ferrum hauſit. Clara, & antiquis quorumcunque Imperatorum victoriis parcâ die laus parta: Deo inprimis, pòſt Duci. Quippè ſunt, quipaulò, minus quàm quadringenta Turcarum millia cecidiſſe narrent, ut nō immeritò Malmesburienſis inclamet: Cedant poëtarum præconia, nec priſcos Heroas vetus attollat fabula; nihil unqnam horum laudi comparabile, ulla genuêre ſæcula. Moritur poſt hæc Godefridus, nulli veterum pietate, animis, victoriis inferior: Succedit Balduinus, alter Ieroſolymorum Rex, & ſecuta bella, ita nulla ab hoſte quies. Quadraginta fuiſſe millia refert Vrſpergenſis; cùm

tûm apud noſtros, non niſi millia octo. At Balduinus, crebris proſperisq; ſucceſſibus exercitatum eduxerat militem : hoſtis per catervas & turbas ſuos diſpertiens, agmina noſtrorum circum fuderat, non ignaro Duce noſtro, qui huic pugnæ compoſuerat aciem. Vt ventum ad manum, hortatur Balduinus ſuos, ferro rem agerent; prædæ immemores, partâ victoriâ, cuncta ipſis ceſſura. Indè crucem vertit in hoſtem; qua ductrice, latè barbaris terror immiſſus, noſtris additus animus: ac primò equitatus perfundit, quod obvium & validum in hoſte erat, cæteri terga præbuêre. Vertit poſt hæc ſuos, ad hoſtilia paſſim propugnacula, exſcindit pleraq; plana ac edita; validos, invalidosque, pari omnes metu complet; cætera terrore incolarum in deditionem veniunt: parvaq; manu & vix fidem repertura, quadraginta equitibus, peditibus ducentis, viginti Sarracenorum millia fundit. Steterant attoniti noſtri: ſenſerat Balduinus; ergò hæc ad ſuos, ut ex audiri ab omnibus poſſet: Ne dubitarent, ſtare eos ſuper veſtigia gloriæ, cineres oſſaque Sarracena calcantes. Quocunque hoſtes intenderent, clades priores & dira omnia obverſari. Ne terrerentur nudo apparatu; veteranis cæſis, facilem tironi fugam fore. Quod roboris fuerat, tot antè proſperis ſuorum præliis periiſſe; ſupereſſe qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant: ſed & Deum ipſum in aſpectu eſſe, cuius nutu capeſſerẽt pugnam, Belgicæ virtutis memores. Illum diem glorioſiſſimum fore, quo parvâ manu, & qualis lecticam oblectantium ſe Principum, non armatos circumſtare ſoleat, magnam hoſtium manum fudiſſent.

cus Exindè per Nicolaum IV. Bonifacium VIII. Clementem V. Pium II. aliosq; Pontifices, aliæ plures contra Sarracenos expeditiones sunt publicatæ; sed irrito ferè conatu. Recensui & ego *in discursu Politico de increm. Imp. cap.3.n.4.* Duodecim expeditiones contra Sarracenos, sub auspiciis sanctæ Crucis susceptas. At plura qui volet, consulat Guil. Tyrium, Iac. Vitriacum, & alios bellorum sacrorum scriptores; uno volumine congestos, & sub tit. Gesta Dei per Francos, editos typis Wechelian. itemq; Gretserum in libris de Cruce.

9. Solet etiam quæri de Iustitia, num prudenter susceptæ fuerint illæ expeditiones Hierosolymitanæ? Eas, sanè ut stultissimi classici, ita tristissimi eventus fuisse, dicit Iohannes Cammannus, *D sput. de Iurib. Majest.3 thes.22.* Ac illis bellis, etiam iniquior esse videtur Estienne Pasquier, *5. des Recherches, cap.21.* ubi ait: Transfretationes eas ferè ruinam attulisse Ecclesiæ, tàm in temporalibus, quàm spiritualibus: eoq; nomine esse improbandas, quòd Pontifices voluerint Religionem nostrâm propagare per arma; quam Salvator noster voluerit crescere per preces, exhortationes, jejunia, obedientiam & paupertatē. Eversas item fuisse hac occasione quàm plurimas familias illustres, eorūq; patrimoniā ad alios pervenisse possessores. Reineccius item *in præfatione, Historiæ Orientali præfixâ.* ex professo Argonautas hosce oppugnat, & inter alia scribit: Imò nec illa ipsa religiosa affectio pura puta fuit; sed tali quapiam persuasione contaminabatur: Qui sic militarent, & in eâ militiâ mortem oppeterent, martyribus sanctis accenseri, & beatitatis

titatis cœlestis participes fieri. Inseruiit etiam suæ quasi fabulæ Pontifex Romanus: atq; invenias, qui propterea bellum hoc Ecclesiæ Christianæ afflictionibus, quarum Pontifices auctores extitêre, annumerandum putent. Sanè flabellum Vrbanum II. fuisse constat; sic ut è parvâ scintillâ, ingens incendium excitârit. Nam cum Petrus eremita utcunq; fomitem præparasset, ipse deindè pro eâ, quâ Pontifices armatos esse auctoritate & potestate, tàm creditum fuit, flammam collucere fecit. Si causas scrutere, ea procul dubio princeps deprehendetur; quòd Romano solio major potentia quærebatur: præsertim pendente tum adhuc lite de Ecclesiasticis dignitatibus, à Gregorio VII. Vrbani decessore, motâ. Vndè mox & Hierosolymitanus, & Antiochenus, Patriarchæ, Pontificis jugum subiêre: & hodiè etiamnum Maronitæ Christiani, Libani montis incolæ, eidem subjecti sunt; nam Patriarchæ illis ad Byzantini auctoritatem redierunt. Ferè eadem habent Centuriatores Magdeburgenses, *cent.12.cap.10.* sub Cœlestino tertio, hisce verbis Commune hoc seculo fuit hisce diaboli vicariis studium; ut primarios Europæ Principes, pro Hierosolymis in Christianorum potestatem vindicandis, in Asiam exercitū ducere splendidissimis promissionibus, licet illæ essent vanissimæ, permoverunt; quò ipsi posteà cæteris, quorum potentia minùs suo fastui obesse poterat, liberiùs dominari, suasque artes exercere possent. Et quoq; jam eo tempore, quo susceptum & gestum bellum illud sacrum fuit, diversa de eo diversorum indicia fuerunt; quod non dissimulant Tyrius & Vrspergensis.

gensis. Et in Chronico Hierosolymitano Albert. Canonici Aquensis, *lib. 4. cap. 28.* habetur: Alii dicunt, à Deo & Domino nostro Iesu Christo hanc in omnibus peregrinis suscitatam fuisse voluntatem: alii pro levitate animi, hanc Francigenas primores, plurimumq; vulgus insistere: & ob hoc in regno Vngariæ, & aliis regnis, tot peregrinis occurrisse impedimenta, nec ideò intentionem illorum, ad effectum posse pertingere putant. At qui sacra hæcce bella defendunt, fatentur equidem, multa ibi errata fuisse commissa, impietatemq; & emulationem ex nostratibus nonnullorum, res ibi turbâsse, & tandem evertisse. Sic enim Albertus *Canon. ac custos Eccles. Aquensis. Chronici Hierosolymitani lib. 1. c. 2* Sacerdos quidam, Petrus nomine, quondam eremita, ortus de civitate Amiens, quæ est in occidente de regno Francorum, omni instinctu, quo potuit, huius viæ constantiam primùm adhortatus est, in Beru, regione præfati regni, factus prædicator in omni admonitione & sermone. Huius admonitione assiduâ & vocatione, Episcopi, Abbates, Clerici & Monachi, deinde laici nobilissimi, diversorum regnorum Principes, totumq; vulgus, tã casti quã incesti, adulteri, homicidæ, fures, perjuri, prædones; universum scilicet genus Christianæ professionis, quin & sexus fœmineus, pœnitentiâ ducti, ad hanc lætanter concurrunt viam. De eadem re ita Guilhelmus Tyrius *lib. 1. cap. 16.* Nec tamen apud omnes, inquit, erat in causa Dominus, & virtutũ mater, Discretio, votum excitabat: Sed quidã ne amicos desererent, quidam ne desides haberentur, quidã solâ levitatis causâ, aut ut suos creditores, quibus mul-

multorum debitorum pondere tenebantur obligati, declinantes eluderent, aliis se adjungebant &c. Quales etiam ab hoc tempore ex Occidentalibus Regionibus, Palæstina Christianos incolas habuerit, docet his verbis Brocardus Monachus: Sunt in terra promissionis, homines ex omni natione, quæ sub cœlo est, & vivit quælibet gens juxta ritum suum. Et ut verum loquar, in nostram magnam confusionem; nulli in ea pejores & in moribus corruptiores inveniuntur, quàm Christiani, cujus hanc esse rationem arbitror. Quandò aliquis in Hispaniâ, Galliâ, Germaniâ, Italiâ, aut aliis Christianitatis nationibus malefactor deprehensus fuerit, utpotè homicida, latro, fur, incestuosus, adulter, fornicator, proditor; & timet propterea, à judice condignam sibi irrogari pœnam, fugit & transfretat in terram sanctam: quasi hoc contractum aboliturus malum; & cum illuc venerit, non animum, sed locum mutavit, & evenit sibi id, quod scriptum est: Nunquid Aethiops potest mutare pellem suam? Tales sunt hodiè in terrâ sanctâ non pauci, qui spoliant peregrinos, & conterraneos suos, ad se bonâ fiduciâ divertentes, & nihil mali de eis suspicantes: detestabilesq; illi patres, detestabiliores post se relinquunt filios; qui pollutis pĕdibus cōculcant loca sancta, & sua pessimâ vitâ id efficiūt, ut sancta Dei in magnū veniant cōtemptum. Et Dodechindus, qui illo tempore vixit: Mirabilis inquit spiritus illius temporis homines impulit, ad hoc iter aggrediendum Nam fœminæ ad hanc expeditionem exeuntes, virili utebantur habitu, & armatæ incedebant; & immunditiæ fornicationum & abominationum factæ sunt

inter eos. Auctor item Gallicus Ioan Sire *in hist. Ludovici S. Galliarum Regis c. 22. ad finem*, qualis ejusdem Regis, aliàs admodùm pii, exercitus fuerit, quem contra Sarracenos duxit, hisce verbis describit. Les Barons, Chevalliers, & autres Seigneurs, qui estoient au Camp, qui devoient sagement garder leur bien, & espargner icelui pour s'en aider, & l'emploier à la necessité, commencerent a le despendre follement: faisans grands & exquis banquets, les uns aus autres, prenans tous les plaisirs & passetemps dont ils se pouvoient adviser: en sorte qu'en per de têps, tout leur argent fut despendu; puis commencerent a opprimer & forcer le commun peuple, & les piller par tous moiens. Il n'y avoient femme ne fille, qui ne fust violee, & mise à honte. Les bourdeaux estoient espandùs par tout le Camp; en sorte, que le Roi mesmes trouva plusieurs bourdeaus que ses gens tenoient a l'entour de son pavillon, a un iet de pierre: & de ce adverti le Roi, donna congé a plusieurs de se officiers. Et tant d'autres maus estoient commis, & perpetrés au Camp, qu'il servit chose de grand horreur, qui les voudroit racompter. Ainsi donques, tout le monde estoit mal vivant: mais nous en endurasmes la peine. Nocuit etiã in hisce expeditionibus quamplurimùm perfidia Græcorum; ut jam alibi, *in hist. sc: Impp. Constantinopolitanorũ* dixi, qui jam diu est, quòd imprudentiæ suæ pœnas luunt. Et ideò Græcorum Historici, quæ de Argonautis nostris immiscent, cum judicio legendi sunt. Siquidem id præcipuè agunt, ut pessimis gentis suæ artibus patrocinentur: Contrà verò nostros homines, quos

nunc

nunc Francos, nunc Latinos vocant, exagitent. Cum ſimultatis illius, quæq; indè nata incommoda fuêre, veros fontes ſimul Tyrii & Vrſperg. veriores expoſitiones aperiant. Ac certa quidem iſta, inter Græcos, & Latinos animorum alienatio, eò uſq; proceſſit, ut illi Turcas amicos, & confœderatos habere maluerint. Ita enim de Manuele Comneno Imp. Alexii è Iohanne Porphyrogenito F. N. Nicetas *lib.7.* Haud ignarus, copias occidentales, Romanis (Byzantinis) longè eſſe ſuperiores, multò antè quovis modo ſe contra illas muniebat. Nam orientales quidem Barbaros, licere ſibi & pecuniâ conciliare, & armis intra fines ſuos continere, ſed occidentalium gentium multitudinem timere ſe; quòd viri ſuperbi ſint, indomiti, ſanguinarii: nec tantùm opibus & armis abundent, ſed irreconciliabili etiam odio Romanos proſequantur &c. Omitto vel in ſervitute Turcica, quâ hodie Græcorum natio premitur, eos ad mentionem dominatus familiæ Balduini Flandrici, infrendere; & alium ſibi dominari, quàm Turcas, ne Chriſtianum quidem, nolle, ut alicubi in Turcogræcia Martinus Cruſius teſtatur. Sed inprimis Iuſtitiam horum bellorum evincit; quòd infideles oppugnare licet; ſi ii Chriſtianos offendant: vel etiam detineant provincias eas, quæ olim ad Chriſtianorum Principum Iuriſdictionem pertinebant, *can. diſpar. cauſ. 23. quæſt. 8.* Et ſic tum, haud temerè arma expedita fuêre; ſed Patriarchæ Simeonis, & cæterorum Eccleſiæ Hieroſol. Chriſtianorum rogatu. Hi enim communibus ad Papam, ad reliquos occidentis Reges & Principes perſcriptis literis, opem eorum

implorârant, easq; literas Petro eremitæ, perferendas dederant: quemadmodùm habet Tyrii historia *lib. 1. cap. 11.* & Vrspergensis, nō has solùm literas, sed plurimas alias, à se visas, denique & legationes frequentissimas intervenisse, atq; adeò Alexium Comnenum, Imp. Constantinopol. bellum hocce felicitâsse, ait. Sic & tradit Aventinus, Henricū IIII. Cæs. Imperii proceres ad sacram militiam cohortatum, de eiusq; auctoritate cùm alios, tùm Welfum IV. hanc professum. Nam primùm Sarraceni Arabes, deindè Turcę, Scythiæ populus, imperium Romanum ad orientem Solem, seu per Asiam, & illi etiam per Africam, immaniter vexârant ac dilacerârant; ipsamq; Hierosolymam Annos 490. possederant, ut Tyrius *lib. 1. cap. 10.* atq; ita possederant, ut quàm à Sarracenis factum esset, Christianos acerbiùs affligerent, ut idem Tyrius *ibidem cap. 5.* Et porrò Bella hæc suasa fuerunt à viris Sanctis, ab ipsoque etiam S. Bernhardo, Clarævellis Abbate, ut refert Cardinalis Bellarminus, *lib. 3. de Pontif. cap. 17. fol. mihi 296. Col. 2. Christoph. Lehmann. in der Speyrischen Chronick / lib. 5. c. 52.* Videbant enim ii, Christianos bello carere non posse; maluerunt ideò ea geri contra infideles, & per illa fideles liberari. Fuerunt item expeditiones hæ miraculis multis adprobatæ: quæ Guilhelmus Tyrius, de Bello sacro, *lib 6.* & Paulus Aemilius, *histor. Franciæ lib. 4.* habent; quorumque etiam suprà mentio facta fuit. Et ostendit certè Deus Opt. Max. in hocce bello, quid contra fidei hostes, & facere possit ac velit, si nos non peccatis nostris impedimenta ei obiiceremus. Fuitque tandem bellum id, fortissimè susceptum,

ſceptum, & ſingulari exemplo conſtantiæ, fortitudinis, pietatis, Religionis, Zelique verè Chriſtiani, repetitis expeditionibus maximis, iteratum: ab Anno Chriſti M. X C I V. usque ad Annum M. C C. XCI. nec ullum ſimile in Hiſtoriis reperitur. In principibus inprimis hujus expeditionis, varia variarum rerum documenta proponuntur. Godefridus ſemper ſui ſimilis, id eſt: ἀμφότερον βασιλεὺς, τ' ἀγαθὸς, κρατερὸς αἰχμητὴς, & tantā pro exercitu; quantam pro liberis ſolicitudinem gerens, ut Tyrius *lib. 5. c. 5.* tum in ſociorum vitiis & injuriis tolerandis patientiſſimus, in offenſis remittendis, & ſanandis facilimus & ſolertiſſimus: æquè difficulter à pietatis & recti ſtudio dimoveri potuit, ac Sol de curſu ſuo, ut de Fabricio hoſte Pyrrhus Rex pronūciavit, teſte Eutropio. Taceo heroicū corporis robur, quod ab Alberto Aquenſi, Roberto Monacho & Tyrio prædicatur. Balduini fratris cum magnanimitate par felicitas, prudentia, moderatio reperitur. Et inſtar pulcerrimæ gemmæ hæc ornamēta decorabat in literis eruditio. Nec aliud ferè in eo reprehendas, quàm in Tancradum & Boemundi militem improvidam aſperitatem; & cū Rogerii Siculi viduâ nuptias intempeſtiviores. Et ſi, uti has juſto divortio dirimi paſſus fuit, ita illam aliena ambitio excitavit. In Boemundo planè Vlyſſeum ingenium agnoſcas: atque ut in Tancrado rei militaris ſcientiam, animum excelſum, induſtriam, in Reymundo Sanctægidiano prudentiam, & ad extremum perſeverantiam laudes; ſic in utroque ſæpè fidem deſideres, & jure immodicā πλεονεξίαν culpes. Robertus Flandrenſis, præter ea, quæ maximâ cum gloriâ geſ-

ſit, egregium cum Godefrido amicorum par exhibet: quemadmodum Balduinus Burgius, ut genere & ſanguine cum Godefrido & Balduino conjunctus fuit; ſic quoque ad virtutes utriusq; quàm proximè acceſſit. Atque hi quidem inter proceres, quantùm ad rerum geſtarum celebritatem & famam attinet, præcipuè enituêre. Nam Hugo Magnus, & Robertus Normãnus, licet Regiæ ſtirpis ſplendore anteceſſerint; eâ tamen in parte inferiores extitêre. Nec Welfus IV. cùm profectionem ſuam ſeu caſu, ſeu conſultò, gra: i tamen, ut apparet, de cauſâ diſtuliſſet, optatam laborum metam, ut cum Poetâ loquar, contingere potuit; ſed graviter à Fortunâ afflictus, vel potiùs ab Alexio Imp: proditus (nam is ſe totum ab Argonautarum amicitiâ averterat, occultè tamen, cum apud familiares æquè inſolenter ac impudenter jactaret, ſe Francos, cum Turcis præliantes, tanti facere, quanti canes, ſe invicẽ mordentes, ut memorat Vrſpergenſis) non multò pòſt morte interceptus fuit. De virtutibus item, & miraculoſis victoriis, horum Argonautarum, ſequentia habet Carolus Scribanius *in Orig. Antuerp. c. 2. fol. 39. & ſeq.* eaq; Gedeonis & Machabæorum non inferiora deprædicat. Godefridus ait Bullonius, alterum naturæ miraculum, Brabantiæ Dux; Græciæ, Aegypto, Palæſtinæ intulit victricia ſacrata Deo ſigna, non tàm humanæ dexteræ, quàm præpotetis Dei adjutus ope; quæ, ut aliàs ſæpè, adfuit Duci noſtro. Nicæa expugnata (A C. 1096.) primum laboris & tanti itineris præmium: fuſi hîc ſubſidiarii Turcæ; pauciores tamen cecidere ob propinqua ſuffugia. Rurſus prælium: ingens numerus; ducenta mil-

lia

lia numerat Tyrius, *lib. 3. cap. 12.* trecenta supra sexaginta millia, Wilhelmus Malmesburiensis. Aequata pugna, dum missilia mittuntur; ut ventum ad ferrum, deturbati hostes, ruinæ modo præcipitati. Quæsitum deindè, quam urbem aggrederentur. Antiochia potior visa: hanc auferre Turcæ, in rem famamque videbatur. Ardua res, imminentia in orbem turrium iuga, ferrati portarum obices, ac tantùm non iustus in urbe exercitus. Adversus quæ omnia fortior animus: tantusque ad Bullonii verba, crucem, nec aliud ostentatis, certantis exercitus ardor; ut levi momento, nudata propugnatoribus mœnia, portarum obices subversi, capta ascensu munimenta fuerint. Cessit dehinc civitas victori. At in illâ victrice sede sua, à trecentis Turcarum millibus obsessum victorem reperio: ingens planè multitudo. Bullonius, quanquàm confideret virtuti, ac super omnia Deo, tamen exhortationes precibus miscet: Spernerent numerum, & inanes barbarorum minas; cessuros ubi crucem ferrumque toties fusi agnovissent: ac in multis paucos esse, qui prælia profligarent, ipsamq; adeò multitudinem non semel exitio sibi fuisse: gloriæq; ipsorum, ac inprimis cruci accessurum, quòd modicâ manu, omnem hanc turbam dejecissent. *Malmesburiens, lib. 6. cap. 22.* Fusus mox hostis, tanquam à vento, palea. Signa deindè Ierosolymæ illata, copiâ defensorum, propugnaculis ac magnitudine validæ. Ineratque miles, & provisi antè commeatus. Omnia cesserunt virtuti, *Tyrius, lib. 9. cap. 9. & 12.* Capta Ierosolyma, tantorum merces bellorum: sequitur pugna; erant equitum in exercitu nostro millia quinque, peditum quin-

cùm apud nostros, non nisi millia octo. At Balduinus, crebris prosperisq; successibus exercitatum eduxerat militem: hostis per catervas & turbas suos dispertiens, agmina nostrorum circum fuderat, non ignaro Duce nostro, qui huic pugnæ composuerat aciem. Vt ventum ad manum, hortatur Balduinus suos, ferro rem agerent; prædæ immemores, partâ victoriâ, cuncta ipsis cessura. Indè crucem vertit in hostem; qua ductrice, latè barbaris terror immissus, nostris additus animus: ac primò equitatus perfundit, quod obvium & validum in hoste erat, cæteri terga præbuère. Vertit post hæc suos, ad hostilia passim propugnacula, exscindit pleraq;, plana ac edita; validos, invalidosque, pari omnes metu complet; cætera terrore incolarum in deditionem veniunt: parvaq; manu & vix fidem reperturâ, quadraginta equitibus, peditibus ducentis, viginti Sarracenorum millia fundit. Steterant attoniti nostri: senserat Balduinus; ergò hæc ad suos, ut exaudiri ab omnibus posset: Ne dubitarent, stare eos super vestigia gloria, cineres ossaque Sarracena calcantes. Quocunque hostes intenderent, clades priores & dira omnia obversari. Ne terrerentur nudo apparatu; veteranis cæsis, facilem tironi fugam fore. Quod roboris fuerat, tot antè prosperis suorum præliis periisse; superesse qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant: sed & Deum ipsum in aspectu esse, cuius nutu capesserēt pugnam, Belgicæ virtutis memores. Illum diem gloriosissimum fore, quo parvâ manu, & qualis lecticam oblectantium se Principum, non armatos circumstare soleat, magnam hostium manum fudissent.

Valuit oratio, & deleri omnes poterant, nisi victorem militem sanguis lassasset, & hebetatum vulneribus mortibusq; ferrum. Equitibus dein quingentis, ac duobus peditum millibus, cum Sarracenorum quindecim millibus certatum. Prosperum id Balduino, Sarracenis exitio fuit. Magna hæc, & potuisset Sarracenorum nomen occidione occumbere, si Godefrido & Balduino fratribus, reliqui Christiani Principes accessissent; paresq; Belgis animos attulissent.

Godefridus Bullonius, primus Dux, aut Rex Hierosolymitanus.

A.C. 1099.

Hierosolymis, in pristinum veri Dei Cultum receptis, Idibus Iuliis, Anno Salutis

Salutis Millesimo undecentesimo; Reges ibi nostri dogmatis ex ordine fuerunt hi. Gothfredus, unus è Ducibus ejus expeditionis, quàm susceperunt ad asserendam Terram, quam vocant Sanctam. Balduinus & Eustachius Bolonii fratres, Petrus Eremita, qui plures suis evocavit auspiciis, Episcopus Aniciensis, vel, ut ab aliis appellatur, Podiensis, Raimondus Divi Comes Egidii, Philippique Francorum Regis, hujus nominis primi, frater Ugo magnus. Robertus item Flandriæ, Stephanusque Carnutum Comes, & Normandiæ Dux, ipseque Gothfredus: qui Hierosolymorum Rex omnium consensu declaratus, abstinuit insignibus. Nam neque Titulum Regis usurpavit unquã, neque diademate caput ornari passus est. Haud enim putabat hominem, qui bonâ fide Deum coleret, auro decere coronari, ubi Dei Caput sentibus est ornatum. *Michael Ritius Neapolitanus, de Regibus Hierosolymorum.*

2. Compendium rerum, ab Occidentalibus in Oriente gestarum, exhibent literæ ab exercitu terræ Sanctæ ad Paschalem secundum Romanæ Ecclesiæ Papam, & omnes Episcopos ac Vniversos Christianæ fidei cultores, conscriptæ: quas repræsentat Baronius *sub A.C. 1100. n.5. & seqq.* ubi inter

inter alia & hæc habentur: Multiplicate preces & orationes cum jucunditate, quoniam Deus magnificavit suam misericordiam; complendo in nobis ea, quæ antiquis temporibus promiserat. Etenim cum capta Nicæa, cunctus exercitus indè discessisset; plusquàm trecenta millia armatorum ibi fuerunt. Et licet tanta multitudo esset, quæ universam Romaniam occupare, atq; epotare flumina omnia, compascere omnes segetes, unâ die posset; tamen cum plenitudine tantâ conduxit nos Dominus, ut de ariete numi vix duodecim acciperentur. Prætereà etsi Principes, & Reges Sarracenorum, contra nos surrexerunt; tamen Deo volente, facilè victi & conculcati sunt. Ob quæ quidem feliciter acta, quia quidam intumuerant, opposuit nobis Dominus Antiochiam, humanis viribus inexpugnabilem; ubique per novem menses nos detinuit, atq; in obsidione extrà, ita nos humiliavit; ut in toto exercitu nostro vix boni centum equi reperirētur. Tandem aperuit nobis Dominus copiam suæ benedictionis, & nunc etiam induxit in civitatem; & turres & omnia eorum, potestati nostræ tribuit. Cùm hæc quasi viribus nostris acquisita teneremus: tanta multitudine Sarracenorum obsessi sumus, ut de tanta civitate nullus egredi auderet. Prætereà fames ita invaluerat, ut vix ab humanis dapibus aliquis abstinuerit: longum est enarrare miserias, quæ in civitate fuerunt. Respiciens autem Dominus populum, quem ita diu flagellaverat, benignè consolatus est nos. Itaq; primò quasi pro satisfactione tribulationis, lanceam suam, à nemine inventam, à tempore Apostolorum; pignus

victoriæ nobis contulit: deindè corda hominum adeò animavit, ut illis, quibus ægritudo, vel fames ambulandi vires negaverat, arma sumendi, & viriliter contra hostes dimicandi, virtutem infunderet. Deniq; cùm triumphantibus hostibus, fame ac tædio deficeret exercitus Antiochiæ: & maximè propter discordias principum; in Syriam profecti, Varram & Marram urbis Sarracenorum expugnavimus, & castella regionis obtinuimus. Cùmq; ibi moram facere disposuissemus; tanta fames in exercitu fuit, ut corpora Sarracenorum jam fœtentium, à populo Christiano ibi comesta sint. Deinde cum interiora Lusaniæ ingrederemur; largissimam & misericordiam, & victoriosissimam manum omnipotentis Dei Patris, nobiscum habuimus. Etenim cives, & Castellani regionis, per quam procedebamus, ad nos cum multis donariis legationes præmittebant; parati servire nobis, & oppida sua dedere. Sed quia exercitus noster non multus erat, & in Hierusalem unanimiter venire festinabat; acceptis securitatibus, tributarias eas fecimus, quippè quòd de multis civitatibus, in una de illis, quæ ex minimis est, plures homines haberentur, quàm in nostro exercitu essent. Cumq; auditum esset Antiochiæ, & Rhoes, quia munus Domini nobiscum esset, plures de exercitu, qui ibi manserant, consecuti sunt nos apud Tyrum. Hinc itaq; Deo cooperante, usq; ad Hierusalem pervenimus. Cumq; in obsidione multùm exercitus laboraret, maximè propter inopiam aquæ; habito consilio, Episcopi & principes circumeundam esse civitatem, nudis pedibus, prædicaverunt; ut ille, qui
pro-

pro nobis humiliter ingressus est, per se judicium de his hostibus faciendo, nobis eam aperiret Placatus itaq; Dominus hâc humilitate, octavo die post humiliationem, cum suis hostibus civitatem nobis tribuit; eo videlicet die, quo primitiva Ecclesia indè abjecta fuit: cum festum dispersionis Apostolorum celebraretur. In porticu Salomonis, & in templo eius nostri equitabant in sanguine Sarracenorum, usq; ad equorum genua. Deindè cum ordinatum esset, qui civitatem retinere deberent, cùm alii amore patriæ, & pietate parentum suorum redire voluissent; nuntiatum est nobis, Regem Babyloniæ, Ascalonam venisse cum innumerabili multitudine militum; ducturum Francos, qui Hierosolymis erant, in captivitatem, & expugnaturum Antiochiam: sed aliud Deus de nobis statuerat. Itaq; descendimus obviàm illis, & relictis sarcinis, & infirmis, Hierusalem cum præsidio. Cumq; exercitus noster, & hostium se conspexissent, genibus flexis adjutorem Deum invocavimus; ut qui in aliis necessitatibus legem Christianam confirmaverat, in præsenti bello, confractis viribus Sarracenorum, & diaboli, regnum Christi & Ecclesiæ, à mari usq; ad mare, usq; quaq; dilataret. Hîc Dominus affuit, & tantas tribuit vires, ut in hostem currere, ut videntem fontem aquæ vivæ sitientem cervum segnem judicarent: miro videlicet modo: cum in nostro exercitu non ultra quinq; millia equitum, & centum quinquaginta millia peditum fuissent, & in exercitu hostium centum millia equitum, & quadringenta millia peditum esse potuissent. Tunc mirabilis in servis suis Dominus

nus apparuit: cùm antequam cōfligeremus, pro solo aspectu nostro hanc multitudinem in fugā vertit, & omnia eorum arma diripuit; ut si deinceps vellent repugnare, non citò haberent arma. Spolia inaudita, thesaurum Regis Babylonis obtinuimus: ceciderunt ibi Maurorum ultra centum millia gladio. Timor autem eorum tantus erat, ut in portâ civitatis ad duo millia suffocati sint. De his verò qui in mari interierunt, non est numerus: spineta etiam ex ipsis occiderunt; pugnabat certò pro nobis Deus. Pridiè quàm bellum fieret, multa millia Camelorum & boum, & ovium cepit exercitus, Principum jussu populus hæc divisit. Ad pugnam progredientes, multæ turmæ horum animalium comitabantur miraculosè, & stabant cum stantibus, & currebant cum currentibus. Nubes ab æstu solis defenderunt nos & refrigerabant. Celeratâ itaque victoriâ, reversus est exercitus Hierusalem, relicto ibi Godefrido duce. Comes sancti Aegidii, & Robertus Comes Flandriæ, Laodiciam reversi sunt: ibi classem Pisanorum & Boamundi invenerunt. Cumque Archiepiscopus Pisanus Boamundum, & dominos nostros concordare fecisset, regredi Hierusalem pro Deo & fratribus suis Raimundus disposuit.

3. Obsidionem & occupationem Vrbis Hierosolymitanæ, pluribus describit Willermus Tyrensis Archiepiscopus lib. 8. captamque prædictam Civitatem fuisse ait, Anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo nono, mense Iulio, quintâ decimâ die mensis, feriâ sextâ, circa horam diei nonam: anno tertio, ex quo fidelis populus, tantæ peregrinationis sibi onus assumpserat; præsidente Romanæ Ecclesiæ Vr-

egressi, eidem Tancrado, ut gratiam & Salutem vitæ suæ in oculis ipsius invenirent, propalâsse feruntur. Post prædictum verò tempus dictum portas aperiens, & secum pecuniam asportans, Duce Godefrido, cuius erat miles, fideliter divisit: quam vix, ut aiunt, quibus tota massa innotuit, sex cameli aut muli portare poterant. Et *cap. 25.* ad templum Domini, iter suum Tancrado convertente, præ avaritia sibi propalatæ pecuniæ, aliis verò ad præsidium turris David fugitivos velociter insequentibus, cunctisque Principibus rebus & ædificiis Turcicis inhiantibus, universoq; vulgo ad palatium Salomonis tendente, & cædem nimiam crudeliter in Sarracenos operante; Dux Godefridus ab omni strage se abstinens, mox tribus tantùm suorum secum retentis, Baldrico, Adelbaldo & stabulone, exutus loricâ, & laneâ veste indutus, nudatis pedibus muros egressus, in circuitu urbis, cũ humilitate processit, & per eam portam, quæ respicit ad montem olivarum, introiens, sepulcro Domini nostri IESV Christi, Filii Dei vivi, præsentatus est; in lacrymis, orationibus & divinis persistens laudibus, & Deo gratias agens, quia videre meruit, quod illi semper fuit sũmo desiderio: capite item 28. *& duobus sequentibus.* Post hæc, inquit, Duce à sanctuario Dominici sepulcri regresso in lætitiâ cordis, & exultatione, post peractam ibi victoriam, & hospitio quiescendi causâ declinato: jam toto exercitu sedato à gentilium occisione, & nocte eâ oculos universorum præ labore aggravante; quia Ierusalem, civitas Dei viventis, & mater nostra, filiis restituta est in victoriâ magnâ, sexta feriâ, in die so-
lenni

lenni divisionis Apostolorum, quæ est Idus Iulii: Comes Reymundus, avaritiâ corruptus, Sarracenos milites, quos in Turrim David fugâ elapsos obsederat, acceptâ ingenti pecuniâ, illæsos abire permisit; omnia autem arma, escas & exuvias eorum cum eodem præsidio retinuit. Proximâ ab hinc die sabbati clarescente, quidam Sarracenorum, spe vitæ in summitatem tecti domus præcelsæ Salomonis ab armis elapsi, circiter C C C. confugerant. Qui multâ prece pro vitâ flagitantes, in mortis articulo positi, nullius fiduciâ, aut promissione audebant descendere; quo usq; vexillum Tancradi, in signum protectionis & vivendi susceperunt. Sed minimè misellis profuit. Nam plurimis super hoc indignantibus, & Christianis furore commotis, ne unus quidem illorum evasit. Tancradus, miles gloriosus, super hac sibi illatâ injuriâ, vehementi irâ succensus est, nec sine discordiâ & gravi ultione furor illius quievisset, nisi consilium & sententia majorum, ac prudentium, illius animum his mitigasset verbis: Ierusalem civitas Dei excelsi, ut universis nostris, magna difficultate, & non sine damno nostrorum recuperata, propriis filiis hodie restituta est, & liberata de manu Regis Babyloniæ, jugoque Turcarum. Sed modò cavendum est, ne avaritiâ, aut pigritiâ, vel misericordiâ erga inimicos habitâ, hanc amittamus: captivis, & adhuc residuis in urbe gentilibus parcentes. Nam si fortè à Rege Babyloniæ, in multitudine gravi occupati fuerimus, subitò ab intus & extra impugnabimur; sicque in perpetuum exilium transportabimur. Vndè primũ & fidele nobis videtur consilium, quatenus universi

versi Sarraceni & gentiles, qui captivi tenentur, pecuniâ redimendi, aut redempti, sine dilatione in gladio corruant: ne fraude, aut ingenio illorum, nobis aliqua occurrant adversa. Consilio hoc accepto, tertio die post victoriam, egressa est sententia à Majoribus: & ecce! universi arma rapiunt, & miserabili cæde in omne vulgus gentilium, quod adhuc erat residuum, exurgunt; alios producentes è vinculis, & decollantes, alios per vicos & plateas civitatis inventos trucidantes, quibus anteà causâ pecuniæ, aut humanâ pietate pepercerunt. Puellas verò, mulieres, matronas nobiles, & fœtas, cum puellis tenellis detruncabant; aut lapidibus obruebant, in nullis aliquam considerantes ętatem. Econtrà puellæ, mulieres, matronæ, metu momentaneæ mortis angustiatæ, & horrore gravissimæ necis concussæ, Christianos, in jugulum utriusque sexus debacchantes ac sævientes, medios pro liberandâ vitâ amplexabantur; quædam pedibus eorum advolvebantur: de vitâ & salute suâ illos nimiùm miserando fletu & eiulatu solicitantes. Pueri verò quinquennes, aut triennes, matrum patrumque crudelem casum intuentes, unà miserum clamorem & fletum multiplicabant. Sed frustrà hæc pietatis & misericordię signa fiebant. Nam Christiani sic neci totum laxaverant animum, ut nō sugens masculus, aut fœmina, nedum infans unius anni, vivens manum percussoris evaderet. Vndè plateæ totius civitatis Ierusalem, corporibus extinctis virorum & mulierum, lacerisque membris infantum; adeò stratæ & opertæ fuisse referuntur, ut non solum in vicis, soliis & palatiis, sed etiam in locis desertæ solitudinis, copia

occi-

occiſorum reperiretur innumerabilis. Ferè eadem habet, Auctor quidam anonymus, *de geſtis Francorum, & aliorum Hieroſolymitanorum*, qui ipſemet interfuit occupationi, & in Corpore Orientalium expeditionum, primum locum tenet, ac fol. 27. ita ſcribit: Comes Sancti Aegidii à meridianâ plagâ, reficiebat ſuam machinam. Intereà in tantâ preſſurâ ſitis fuimus diſtricti, ut unus homo pro uno denario, non poſſet ad ſufficientiam habere aquam, aut extinguere ſitim ſuam. Nocte verò ac die, in quartâ, & quintâ feriâ, mirabiliter aggredimur civitatem ex omni parte. Sed antequàm invaderemus eam, ordinaverunt Epiſcopi & Sacerdotes, prædicando & commonendo omnes, ut proceſſionem Deo, in circuitu Hieruſalem celebrarent, & orationes atq; Eleemoſynas, & jejunia fideliter facerent. Sextâ verò feriâ, ſummo manè, undiq; aggredimur urbem, & nihil ei nocere potuimus, eramusque omnes ſtupefacti, ac in nimio pavore. Appropinquante autem horâ, in quâ Dominus noſter Ieſus Chriſtus, dignatus eſt pro nobis ſufferre patibulum crucis, noſtri milites fortiter pugnabant in Caſtello; videlicet Dux Godefridus & Comes Euſtachius, frater ejus. Tunc aſcendit quidam miles ex noſtris, Letholdus nomine, ſuper murum Vrbis. Mox verò ut aſcendit, omnes defenſores civitatis, fugerunt per muros, & per civitatem: noſtriq; ſubſecuti, perſequebantur, eos occidendo, & detruncando, uſq; ad Templum Salomonis: ibiq; talis occiſio fuit, ut noſtri in ſanguine illorum, pedes uſq; ad cavillas mitterent. At Raimundus Comes, à Meridie conduxit ſuum exercitum, & caſtellum

stellum usq; prope murum: sed inter castellum & murum erat quædam fovea nimis profunda: tunc consiliati sunt nostri, ut implerent foveam, feceruntq; præconari, ut si aliquis in illam foveam portasset tres petras, unum haberet denarium. Perduravit verò hæc impletio, dies & noctes. Tandem plenâ foveâ, conduxerunt Castellum juxta murum. Illi autem, qui intùs erant, mirabiliter præliabantur cum nostris, igne & lapidibus. Audiens itaq; Comes, quod Franci essent in Vrbe, suis dixit hominibus: Quid tardatis? Ecce omnes Francigenæ jam sunt in Vrbe. Ammiralius itaque, qui erat in Turri David, reddidit se Comiti, eique aperuit portam, ubi peregrini persolvere solebant tributa. Intrantes autem nostri civitatem, Peregrini persequebantur & occidebant Sarracenos, usque ad Templum Salomonis: in quo congregati, dederunt nostris maximum bellum per totum diem; ita, ut sanguis illorum per totum Templum flueret. Tandem superatis Paganis, apprehenderunt nostri masculos & fœminas sat in Templo, & occiderunt; & quos voluerunt, retinuerũt vivos. Mox cucurrerunt per universam urbem, capientes aurum & argentum, equos & mulas, domosq; plenas omnibus bonis. Venerunt autem omnes nostri gaudentes, & præ nimio gaudio plorantes, ad nostri Salvatoris Iesu sepulcrum ad orandũ; & reddiderunt ei capitale debitum. Manè autem facto ascenderunt nostri cautè supra tectum Tẽpli, & invaserunt Sarracenos, masculos & fœminas, decollantes eos nudis ensibus; alii verò dabant se præcipites in Templũ: Eadem habet Guibertus Abbas, *in historia Hierosol. lib. 7.* ubi inprimis,

de divite prædâ, tum à Christianis militibus acquisitâ, ita ait. Exercitu igitur discurrente, civitas universa diripitur; obtentisque palatiis, & quibusque ædibus, argenti dives & auri, sericarumq; vestium præda corripitur; equorum mulorumque multiplicitas aperitur: in domibus, victualium omnium opulentia reperitur. Is autē in Dominicâ militiâ modus & æquatio fuit: ut cuicunque, etiam pauperrimo, sese quælibet optima obtulissent, ejus procul dubio, absque retractatione, fierent; cujuscunque conditionis videretur, cui ad manum primò venissent. Et ecce, his omissis, ad aliud, quod tantis desideriorum æstibus sitiverant, mixtis pariter gaudio & mœrore concurrunt. Sepulchrum ergò Dominicum adeunt; & de quæsitâ beatorum locorum libertate, illi summoperè gratulantur, qui tanta per eos exercuerat, quanta nec ab ipsis, per quos acta sunt, neque ab ullo hominum poterant æstimari. Recordabantur earum, quas ob hæc ipsa passi fuerant, anxietatum; hasque ad insperabiles dum contemplantur pervenisse triumphos, dumq; seculis incognita facta considerant per se ipsos, comprehendi à nemine valet fletus emiserint quàm beatos. Mœrent igitur, & tamen fusis lachrymis, omni sibi dulcioribus pane, cōjubilant; Iesumque, piissimum suorum diutinorum laborum, ac cruciatuum causam, ac si cruci appensum, ac si adhuc sepulchri integumento detentum, per singula memoriarum momenta, uberrimis cōplectuntur affectibus. Deniq; crastinum mane recanduit; & ecce Franci, eos adhuc residuos esse dolentes, qui Templi suprema conscenderant, quibusque Tancredus, & Gaston propria vexilla porrexerant; fani acerrimè tecta

peruadunt: Sarracenos, fœminas cum masculis, dilaceratos interimunt. Quidam ex eis, electa sibi potiùs morte, sese de Templi fastigio dedêre præcipites; Tancredus tamen, pro signi præbitione sui, & sponsione, quam Gaston, & ipse fecerant, cædem eandem ægrè tulit. Præcipiunt itaque nostri Sarracenis aliquibus, ut mortuos efferant, quia eos teterrimo fætore gravabant: tantâ enim cadaverum frequentiâ civitas opplebatur, ut eundi, nisi super occisorum corpora, Francis facultas nulla daretur. Pagani ergò, suorum funera exportantes ab urbe, pro foribus ejus, extructis de cadaverum cōgerie montibus, acervatim pirâ suppositâ, comburebant. Tantas Gentilium usquam cædes accedisse, rarò legimus, nunquam vidimus: Deo eis referente vicem; qui tot, pro se Peregrinantium pœnas & mortes, quas tanto fuerant tempore ibidem passi, dignâ nequissimis retributione, restituit. Non enim est quisquam sub Deo intellectus, cui æstimabile habeatur, quanta illîc cunctis sancta loca petentibus, à Gentilium insolentiâ tormēta, labores, atque neces illata constent: quæ magis Deū, certâ est fide doluisse credendum, quàm manu profanâ captivatam crucem, atque Sepulchrum. Addere quoque placet, quæ habet Robertus Monachus, *histor Hierosol. lib. 9.* Dux verò Godefridus, inquit, non arcem, non aulam, non aurum, non argentum, non spolia, ambiebat: sed cum Francis suis, sanguinem servorum suorum, qui in circuitu Ierusalem effusus fuerat, ab eis vindicare satagebat; & irrisiones & contumelias, quas peregrinis intulerant, ulcisci cupiebat. In nullo autem bello, talem habuit occidendi fa-

cultatem:nec super pontem Antiochiæ, cùm giganteum dimidiavit gentilem. Nunc verò absq; ullâ refragatione, tàm ipse, quàm Guicherius, qui medium secuit leonem, multaq; electorum militum millia, à capite usq; ad renes secabant humana corpora, & dextrâ, levaq;, per utraq; latera. Nullus ibi nostrorum iners fuit, meticulosus nullus; ubi nemo resistebat, sed pro posse suo, unusquisq; fugiebat: sed fugere nemo poterat, quoniã multitudo à seipsâ, in seipsam perplexa, sibimet impedimento erat. Qui tamen de tantæ cladis maceratione elabi potuerunt, Templum Salomonis intraverũt; & se ibi, longo diei spatio, defenderunt. Sed cùm jam dies inclinari videretur, nostri temerẽtes solis occasum, animositate conceptâ, abdita Templi irrumpunt, eosq; miserâ morte pessundârunt. Tantùm ibi humani sanguinis effusum est, ut cæsorũ corpora, undâ sanguinis impellente voluerentur per pavimentũ: & brachia, sivè truncatæ manus, super cruorem fluitabant, & extraneo corpori jungebãtur, itaut nemo valeret discernere, cuj⁹ erat corporis brachium, quod truncato corpori erat adjunctũ. Hâc itaq; inenarrabili cæde peractâ, aliquantulũ naturæ indulserunt; & plures ex juvenibus, tàm viros, quàm mulieres, vitæ reservaverunt, & suo famulatui mancipaverunt. Mox per vicos, & plateas discurrentes, quicquid invenerunt, rapuerunt, & quod quisq; rapuit, hoc suum fuit. Erat autem Ierusalem tunc referta temporalibus bonis, nec aliquo indigebat, nisi spiritualibus delitiis. Tunc quippe filios suos, de longè ad se venientes, ita ditavit, quia in ea nullus pauper remansit. Tantis itaq; ditati divitiis, ad Sanctum Domini Sepulchrum, læto incessu perrexerunt:

& e

& ei, qui in eo sepultus fuit, gratias referentes, capitalicia sua obtulerunt. Hacq; die, sicut per Prophetam fuerat prędictū, Sepulchrum domini fuit gloriosum: cùm omnes non incessu pedum, sed poplitum, & cubitorū, proni incedebant, & pavimenta imbre lacrymarum inundabant. Eaq; oblatione, solenni devotione cōpletâ, ad domos suas, eis à Deo destinatas redierūt; & naturæ necessariis indulgentes, fessis corporibus cibum, & somni requiem tradiderunt. In crastinum igitur, cùm caput aurora terris ostēderet, ne ullus in urbe locus insidiis remaneret; armati ad Templum Salomonis cucurrerunt: ut scilicet illos delerēt, qui supra Templi fastigia ascenderant. Maxima enim illuc copia Turcarum conscenderat, quæ libentiùs fugisset, si sumptis alis volare potuisset. Sed quibus natura alas negavit, misera vita infelices exitus donavit. Vt enim nostros, ex adverso sibi occursare supra Templum viderunt, obviàm nudis ensibus veniebant; malentes citissimâ morte occumbere, quàm miseræ jugo servitutis longissimè perire. Nam se terræ præcipites dabant, & ad terram, quæ cunctis mortalibus vitæ præbet alimenta, mortem inveniebant. Nec tamen omnes occiderunt: sed servituti suę plurimos reservaverunt.

4. Quomodo porrò Godefredus in Regem fuerit electus; ita narrat Archiepiscopus Tyrensis *lib. 9. c. 1. & seqq.* Sanctâ, ait, civitate, per Domini superabundantem gratiam, Christiano populo restitutâ, & rebus ad aliquem modum in tranquillo collocatis, decursis in multâ lætitiâ, in timore tamen Domini, & gaudio spirituali, diebus septem; octavâ die convenerunt Principes, habituri tractatum, invocatâ sancti Spiritus gratiâ,

tiâ, ut aliquem de suo eligant collegio, qui regioni præsit, & regiam provinciæ impendat sollicitudinem. Dumque essent in eo, congregati sunt quidam de clero, spiritu superbiæ tumidi, quærentes quæ sua sunt, non quæ Christi Iesu; dicentes se habere verba secretiora, quæ præferri velint ad Principes, intus conclavi residentes: & intromissi dixerunt Nuntiatum est clero, quòd ad hoc, ut de vobis unum eligatis in Regem, cõvenistis. Videtur autem nobis propositum vestrum sanctum, & utile, & omni curâ executioni mandandum; si tamen ad id ordine congruo veniatur. Certum est verò, spiritualia temporalibus digniora esse; quæ verò digniora sunt, meritò debere præcedere. Vndè videtur nobis, nisi ordo præposterus studiosè quæratur, quòd prius eliganda sit Deo placens & religiosa persona, quæ Ecclesiæ Dei præesse sciat & prodesse; quàm de secularis potestatis electione agatur. Si hoc ordine velitis incedere, placet nobis admodùm: vobiscum sumus corpore & spiritu; si verò secùs, invalidum censemus, & viribus carere decernimus, quicquid extra nostram conniventiam ordinaveritis. Hæc autem eorum postulatio, etsi in superficie videretur honestatis habere, tamen intrinsecùs habebat malitiæ plurimum; ut docebunt sequentia. Hujus autem factionis primicerius erat, quidam Episcopus de Calabria, Marturanensis videlicet: qui Arnulpho cuidam nimiâ familiaritate conjunctus erat; & ipsum infra sacros ordines constitutum, & sacerdotis filium, & nimiâ notatum incontinentiâ, ita ut in expeditione canticum populis se exhiberet, & esset materia fatuis & lascivis hominibus in choro canentibus; contra sacros canones, & contra o-

minium honestorum voluntatem, in Patriarchalem nitebatur locare sedem. Erat enim perversæ mentis homo, pro nihilo ducens honestatem: undè & cum supradicto Arnulpho facilè poterat convenire. Pares enim paribus, veteri proverbio, facilè junguntur. Invaserat autem hic idem Bethleemiticam Ecclesiam, pactus cum prędicto Arnulpho; quòd si eius studio in Patriarcham promoveretur, jàm dictam Ecclesiam, sine quæstione & molestia, perpetuò sibi liceret possidere. Defecerat sanè in Clero, religionis & honestatis vigor; & dissolutus passim & sine delectu per illicita defluebat; postquam Ademarus Podiensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in fata concessit. Wilhelmus tamen Aurasiensis Episcopus, vir religiosus ac timens Deum, post prædicti beati viri transitum, eandem curam suscepit, & quàm diu vixit, administravit fideliter: sed modico elapso tempore, apud Marram quievit in Domino. His autem defunctis, factum est sicut in Propheta dicitur; Sicut populus, ita & sacerdos; exceptis paucis quibusdam, qui timorem Domini habebant præ oculis. Principes tamen leve & frivolum reputantes prædictorum verbum, cœpto insistentes operi; nihilominùs tractabant de proposito. Tradunt quidam eos, ut magis secundum Deum & secũdum merita personarum in electione procederent, de familiaribus cuiusque magnorum Principum assumpsisse quosdam seorsum: & eos ad jurisjurandi religionem præstandam compulisse, quatenùs de moribus & conversatione dominorum suorum interrogati, verum sine admixtione falsitatis dicerent: hoc autem eâ fiebat intentione, ut sic de meritis eligendorum, plenius & fidelius instrue-

bano Papâ secundo; Romanorum verò imperium administrante Henrico IV. In Francia verò regnante Philippo: apud Græcos autem in sceptris agente, Alexio. Repetit eandem historiam Canonicus & custos Aquensis EcclesiæAlbertus, *in Chron. Hierosol. accuratè sanè conscripto, lib. 6.* ubi *cap. 23.* inter alia scribit. Egressi autem Christiani victores, à palatio post nimiam & cruentam cædem Sarracenorum, quorum decem millia in ipso loco occiderunt; plures copias gentilium, per vicos civitatis errantes, diffugio præ timore mortis, in ore gladii percusserunt. Mulieres, quæ in turritis palatiis, & soliis confugerant, mucrone confoderunt: infantes ad huc sugentes, per plantam pedis è sinu matris, aut cunabulis arreptos, muris vel ostiorum liminibus allidentes, fractis cervicibus; alios armis trucidabant, alios lapidibus obruebant, nulli prorsus ætati, aut generi gentilium parcentes. Quicunq; ergò domū, aut palatium prior invadebat, cū omni suppellectile, frumēto, oleo, hordeo & vino, pecuniâ, aut veste, vel qualibet re, pacificè obtinebat. Et sic possessores totius civitatis facti sūt. Intromissis verò Christianis in civitatē, & longâ strage in palatio & urbe sævientibus, spoliis atq; divitiis Sarracenorum inhiantibus, Tancradus, qui festinus in primo urbis ingressu, templum præcurrit, & avulsis foris intravit: pecuniam auri & argenti incomparabilem, cum robore & ope sui sattellitii, à muris, deauratis in circuitu, columnis, & pilariis, avulsit; biduo in raptione hujus thesauri, à Turcis oratorio decorando collati, desudans. Quem thesaurum duo Sarraceni, ab urbe in obsidione

egressi,

egreſſi, eidem Tancrado, ut gratiam & Salutem vitæ ſuæ in oculis ipſius invenirent, propalâſſe feruntur. Poſt prædictum verò tempus dierum portas aperiens, & ſecum pecuniam aſportans, Duce Godefrido, cuius erat miles, fideliter diviſit: quam vix,ut aiunt,quibus tota maſſa innotuit, ſex cameli aut muli portare poterant. Et *cap.25.* ad templum Domini, iter ſuum Tancrado convertente, præ avaritia ſibi propalatæ pecuniæ,aliis verò ad præſidium turris David fugitivos velociter inſequentibus, cunctiſque Principibus rebus & ædificiis Turcicis inhiantibus,univerſoq;vulgo ad palatium Salomonis tendente, & cædem nimiam crudeliter in Sarracenos operante; Dux Godefridus ab omni ſtrage ſe abſtinens, mox tribus tantùm ſuorum ſecum retentis, Baldrico,Adelbaldo & ſtabulone, exutus loricâ, & laneâ veſte indutus,nudatis pedibus muros egreſſus, in circuitu urbis, cũ humilitate proceſſit, & per eam portam, quæ reſpicit ad montem olivarum, introiens, ſepulcro Domini noſtri IESV Chriſti,Filii Dei vivi, præſentatus eſt; in lacrymis, orationibus & divinis perſiſtens laudibus, & Deo gratias agens, quia videre meruit, quod illi ſemper fuit sũmo deſiderio:capite item 28. *& duobus ſequentibus.* Poſt hæc, inquit, Duce à ſanctuario Dominici ſepulcri regreſſo in lætitiâ cordis, & exultatione,poſt peractam ibi victoriam, & hoſpitio quieſcendi causâ declinato: jam toto exercitu ſedato à gentilium occiſione, & nocte eâ oculos univerſorum præ labore aggravante; quia Ieruſalem, civitas Dei viventis, & mater noſtra, filiis reſtituta eſt in victoriâ magnâ, ſexta feriâ, in die ſo-

lenni

lenni divisionis Apostolorum, quæ est Idus Iulii: Comes Reymundus, avaritiâ corruptus, Sarracenos milites, quos in Turrim David fugâ elapsos obsederat, acceptâ ingenti pecuniâ, illæsos abire permisit; omnia autem arma, escas & exuvias eorum cum eodem præsidio retinuit. Proximâ ab hinc die sabbati clarescente, quidam Sarracenorum, spe vitæ in summitatem tecti domus præcelsæ Salomonis ab armis elapsi, circiter C C C. confugerant. Qui multâ prece pro vitâ flagitantes, in mortis articulo positi, nullius fiduciâ, aut promissione audebant descendere; quo usq; vexillum Tancradi, in signum protectionis & vivendi susceperunt. Sed minimè misellis profuit. Nam plurimis super hoc indignantibus, & Christianis furore commotis, ne unus quidem illorum evasit. Tancradus, miles gloriosus, super hac sibi illatâ injuriâ, vehementi irâ succensus est, nec sine discordiâ & gravi ultione furor illius quievisset, nisi consilium & sententia majorum, ac prudentium, illius animum his mitigasset verbis: Ierusalem civitas Dei excelsi, ut universis nostris, magna difficultate, & non sine damno nostrorum recuperata, propriis filiis hodie restituta est, & liberata de manu Regis Babyloniæ, jugoque Turcarum. Sed modò cavendum est, ne avaritiâ, aut pigritiâ, vel misericordiâ erga inimicos habitâ, hanc amittamus: captivis, & adhuc residuis in urbe gentilibus parcentes. Nam si fortè à Rege Babyloniæ, in multitudine gravi occupati fuerimus, subitò ab intus & extra impugnabimur; sicque in perpetuum exilium transportabimur. Vndè primũ & fidele nobis videtur consilium, quatenùs universi

versi Sarraceni & gentiles, qui captivi tenentur, pecuniâ redimendi, aut redempti, sine dilatione in gladio corruant: ne fraude, aut ingenio illorum, nobis aliqua occurrant adversa. Consilio hoc accepto, tertio die post victoriam, egressa est sententia à Majoribus: & ecce! universi arma rapiunt, & miserabili cæde in omne vulgus gentilium, quod adhuc erat residuum, exurgunt; alios producentes è vinculis, & decollantes, alios per vicos & plateas civitatis inventos trucidantes, quibus anteà causâ pecuniæ, aut humanâ pietate pepercerunt. Puellas verò, mulieres, matronas nobiles, & fœtas, cum puellis tenellis detruncabant; aut lapidibus obruebant, in nullis aliquam considerantes ętatem. Econtrà puellæ, mulieres, matronæ, metu momentaneæ mortis angustiatæ, & horrore gravissimæ necis concussæ, Christianos, in jugulum utriusque sexus debacchantes ac sævientes, medios pro liberandâ vitâ amplexabantur; quædam pedibus eorum advolvebantur: de vitâ & salute suâ illos nimiùm miserando fletu & eiulatu solicitantes. Pueri verò quinquennes, aut triennes, matrum patrumque crudelem casum intuentes, unà miserum clamorem & fletum multiplicabant. Sed frustrà hæc pietatis & misericordię signa fiebant. Nam Christiani sic neci totum laxaverant animum, ut nō sugens masculus, aut fœmina, nedum infans unius anni, vivens manum percussoris evaderet. Vndè plateæ totius civitatis Ierusalem, corporibus extinctis virorum & mulierum, lacerisque membris infantum; adeò stratæ & opertæ fuisse referuntur, ut non solum in vicis, soliis & palatiis, sed etiam in locis desertæ solitudinis, copia occi-

occiſorum reperiretur innumerabilis. Ferè eadem habet, Auctor quidam anonymus, *de geſtis Francorum, & aliorum Hieroſolymitanorum*, qui ipſemet interfuit occupationi, & in Corpore Orientalium expeditionum, primum locum tenet, ac fol. 27. ita ſcribit: Comes Sancti Aegidii à meridianâ plagâ, reficiebat ſuam machinam. Intereà in tantâ preſſurâ ſitis fuimus diſtricti, ut unus homo pro uno denario, non poſſet ad ſufficientiam habere aquam, aut extinguere ſitim ſuam. Nocte verò ac die, in quartâ, & quintâ feriâ, mirabiliter aggredimur civitatem ex omni parte. Sed antequàm invaderemus eam, ordinaverunt Epiſcopi & Sacerdotes, prædicando & commonendo omnes, ut proceſſionem Deo, in circuitu Hieruſalem celebrarent, & orationes atq; Eleemoſynas, & jejunia fideliter facerent. Sextâ verò feriâ, ſummo manè, undiq; aggredimur urbem, & nihil ei nocere potuimus, eramusque omnes ſtupefacti, ac in nimio pavore. Appropinquante autem horâ, in quâ Dominus noſter Ieſus Chriſtus, dignatus eſt pro nobis ſufferre patibulum crucis, noſtri milites fortiter pugnabant in Caſtello; videlicet Dux Godefridus & Comes Euſtachius, frater ejus. Tunc aſcendit quidam miles ex noſtris, Letholdus nomine, ſuper murum Vrbis. Mox verò ut aſcendit, omnes defenſores civitatis, fugerunt per muros, & per civitatem: noſtriq; ſubſecuti, perſequebantur, eos occidendo, & detruncando, uſq; ad Templum Salomonis: ibiq; talis occiſio fuit, ut noſtri in ſanguine illorum, pedes uſq; ad cavillas mitterent. At Raimundus Comes, à Meridie conduxit ſuum exercitum, & ca-

ſtellum

ſtellum uſq; prope murum: ſed inter caſtellum & murum erat quædam fovea nimis profunda: tunc conſiliati ſunt noſtri,ut implerent foveam, feceruntq; præconari, ut ſi aliquis in illam foveam portaſſet tres petras, unum haberet denarium. Perduravit verò hæc impletio,dies & noctes. Tandem plenâ foveâ,conduxerunt Caſtellum juxta murum. Illi autem, qui intùs erant, mirabiliter præliabantur cum noſtris, igne & lapidibus. Audiens itaq; Comes, quod Franci eſſent in Vrbe, ſuis dixit hominibus: Quid tardatis? Ecce omnes Francigenæ jam ſunt in Vrbe. Ammiralius itaque,qui erat in Turri David, reddidit ſe Comiti, eique aperuit portam, ubi peregrini perſolvere ſolebant tributa. Intrantes autem noſtri civitatem, Peregrini perſequebantur & occidebant Sarracenos, usque ad Templum Salomonis: in quo congregati, dederunt noſtris maximum bellum per totum diem; ita, ut ſanguis illorum per totum Templum flueret. Tandem ſuperatis Paganis,apprehenderunt noſtri maſculos & fœminas ſat in Templo,& occiderunt;&quos voluerunt,retinuerũt vivos.Mox cucurrerunt per univerſam urbem,capientes aurum & argentum,equos & mulas,domosq; plenas omnibus bonis. Venerunt autem omnes noſtri gaudentes, & præ nimio gaudio plorantes, ad noſtri Salvatoris Ieſu ſepulcrum ad orandũ; & reddiderunt ei capitale debitum. Manè autem facto aſcenderunt noſtri cautè ſupra tectum Tẽpli,& invaſerunt Sarracenos, maſculos & fœminas,decollantes eos nudis enſibus; alii verò dabant ſe præcipites in Templũ:Eadem habet Guibertus Abbas, *in hiſtoria Hieroſol. lib. 7.* ubi inprimis,

de divite prædâ,tum à Christianis militibus acquisitâ,ita ait. Exercitu igitur discurrente,civitas universa diripitur; obtentisque palatiis, & quibusque ædibus, argenti dives & auri, sericarumq; vestium præda corripitur; equorum mulorumque multiplicitas aperitur: in domibus, victualium omnium opulentia reperitur. Is autẽ in Dominicâ militiâ modus & æquatio fuit: ut cuicunque,etiam pauperrimo, sese quælibet optima obtulissent, ejus procul dubio, absque retractatione,fierent; cujuscunque conditionis videretur,cui ad manum primò venissent. Et ecce,his omissis, ad aliud, quod tantis desideriorum æstibus sitiverant, mixtis pariter gaudio & mœrore concurrunt.Sepulchrum ergò Dominicum adeunt; & de quæsitâ beatorum locorum libertate,illi summoperè gratulantur, qui tanta per eos exercuerat, quanta nec ab ipsis, per quos acta sunt, neque ab ullo hominum poterant æstimari. Recordabantur earum,quas ob hæc ipsa passi fuerant,anxietatum; hasque ad insperabiles dum contemplantur pervenisse triumphos, dumq; seculis incognita facta considerant per se ipsos, comprehendi à nemine valet fletus e-miserint quàm beatos. Mœrent igitur,& tamen fusis lachrymis,omni sibi dulcioribus pane, cõjubilant;Iesumque,pijssimum suorum diutinorum laborum,ac cruciatuum causam,ac si cruci appensum, ac si adhuc sepulchri integumento detentum, per singula memoriarum momenta, uberrimis cõplectuntur affectibus. Deniq; crastinum mane recanduit; & ecce Franci, eos adhuc residuos esse dolentes, qui Templi suprema conscenderant,quibusque Tancredus,& Gaston propria vexilla porrexerant; fani acerrimè tecta

peruadunt:Sarracenos, fœminas cum masculis, dilaceratos interimunt. Quidam ex eis, electa sibi potiùs morte, sese de Templi fastigio dedêre præcipites; Tancredus tamen, pro signi præbitione sui, & sponsione, quam Gaston, & ipse fecerant, cædem eandem ægrè tulit. Præcipiunt itaque nostri Sarracenis aliquibus, ut mortuos efferant, quia eos teterrimo fætore gravabant: tantâ enim cadaverum frequentiâ civitas opplebatur, ut eundi, nisi super occisorum corpora, Francis facultas nulla daretur. Pagani ergò, suorum funera exportantes ab urbe, pro foribus ejus, extructis de cadaverum cõgerie montibus, acervatim pirâ suppositâ, comburebant. Tantas Gentilium usquam cædes accedisse, raró legimus, nunquam vidimus: Deo eis referente vicem; qui tot, pro se Peregrinantium pœnas & mortes, quas tanto fuerant tempore ibidem passi, dignâ nequissimis retributione, restituit. Non enim est quisquam sub Deo intellectus, cui æstimabile habeatur, quanta illîc cunctis sancta loca petentibus, à Gentilium insolentiâ tormẽta, labores, atque neces illata constent: quæ magis Deũ, certâ est fide doluisse credendum, quàm manu profanâ captivatam crucem, atque Sepulchrum. Addere quoque placet, quæ habet Robertus Monachus, *histor Hierosol. lib. 9.* Dux verò Godefridus, inquit, non arcem, non aulam, non aurum, non argentum, non spolia, ambiebat: sed cum Francis suis, sanguinem servorum suorum, qui in circuitu Ierusalem effusus fuerat, ab eis vindicare satagebat; & irrisiones & contumelias, quas peregrinis intulerant, ulcisci cupiebat. In nullo autem bello, talem habuit occidendi facul-

cultatem: nec super pontem Antiochiæ, cùm giganteum dimidiavit gentilem. Nunc verò absq; ullâ refragatione, tàm ipse, quàm Guicherius, qui medium secuit leonem, multaq; electorum militum millia, à capite usq; ad renes secabant humana corpora, & dextrâ, levaq;, per utraq; latera. Nullus ibi nostrorum iners fuit, meticulosus nullus; ubi nemo resistebat, sed pro posse suo, unusquisq; fugiebat: sed fugere nemo poterat, quoniã multitudo à seipsâ, in seipsam perplexa, sibimet impedimento erat. Qui tamen de tantæ cladis maceratione elabipotuerunt, Templum Salomonis intraverũt; & se ibi, longo diei spatio, defenderunt. Sed cùm jam dies inclinari videretur, nostri temerès solis occasum, animositate conceptâ, abdita Templi irrumpunt, eosq; miserâ morte pessundârunt. Tantùm ibi humani sanguinis effusum est, ut cæsorũ corpora, undâ sanguinis impellente volverentur per pavimentũ: & brachia, sivè truncatæ manus, super cruorem fluitabant, & extraneo corpori jungebãtur, itaut nemo valeret discernere, cuj⁹ erat corporis brachium, quod truncato corpori erat adjunctũ; Hâc itaq; inenarrabili cæde peractâ, aliquantulũ naturæ indulserunt; & plures ex juvenibus, tàm viros, quàm mulieres, vitæ reservaverunt, & suo famulatui mancipaverunt. Mox per vicos, & plateas discurrentes, quicquid invenerunt, rapuerunt, & quod quisq; rapuit, hoc suum fuit. Erat autem Ierusalem tunc referta temporalibus bonis, nec aliquo indigebat, nisi spiritualibus delitiis. Tunc quippe filios suos, de longè ad se venientes, ita ditavit, quia in ea nullus pauper remansit. Tantis itaq; ditati divitiis, ad Sanctum Domini Sepulchrum, læto incessu perrexerunt:

& e

& ei, qui in eo sepultus fuit, gratias referentes, capitalicia sua obtulerunt. Hácq; die, sicut per Prophetam fuerat prędictũ, Sepulchrum domini fuit gloriosum: cùm omnes non incessu pedum, sed poplitum, & cubitorũ, proni incedebant, & pavimenta imbre lacrymarum inundabant. Eaq; oblatione, solenni devotione cõpletâ, ad domos suas, eis à Deo destinatas redierũt; & naturæ necessariis indulgentes, fessis corporibus cibum, & somni requiem tradiderunt. In crastinum igitur, cùm caput aurora terris ostẽderet, ne ullus in urbe locus insidiis remaneret; armati ad Templum Salomonis cucurrerunt: ut scilicet illos delerẽt, qui supra Templi fastigia ascenderant. Maxima enim illuc copia Turcarum conscenderat, quæ libentiùs fugisset, si sumptis alis volare potuisset. Sed quibus natura alas negavit, misera vita infelices exitus donavit. Vt enim nostros, ex adverso sibi occursare supra Templum viderunt, obviàm nudis ensibus veniebant; malentes citissimâ morte occumbere, quàm miseræ jugo servitutis longissimè perire. Nam se terræ præcipites dabant, & ad terram, quæ cunctis mortalibus vitæ præbet alimenta, mortem inveniebant. Nec tamen omnes occiderunt: sed servituti suę plurimos reservaverunt.

4. Quomodo porò Godefredus in Regem fuerit electus; ita narrat Archiepiscopus Tyrensis *lib. 9. c. 1. & seqq.* Sanctâ, ait, civitate, per Domini superabundantem gratiam, Christiano populo restitutâ, & rebus ad aliquem modum in tranquillo collocatis, decursis in multâ lætitiâ, in timore tamen Domini, & gaudio spirituali, diebus septem; octavâ die convenerunt Principes, habituri tractatum, invocatâ sancti Spiritus gra-

omnium honestorum voluntatem, in Patriarchalem nitebatur locare sedem. Erat enim perversæ mentis homo, pro nihilo ducens honestatem: undè & cum supradicto Arnulpho facilè poterat convenire. Pares enim paribus, veteri proverbio, facilè junguntur. Invaserat autem hic idem Bethleemiticam Ecclesiam, pactus cum prędicto Arnulpho; quòd si eius studio in Patriarcham promoveretur, jam dictam Ecclesiam, sine quæstione & molestia, perpetuò sibi liceret possidere. Defecerat sanè in Clero, religionis & honestatis vigor; & dissolutus passim & sine delectu per illicita defluebat; postquam Ademarus Podiensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, in fata concessit. Wilhelmus tamen Aurasiensis Episcopus, vir religiosus ac timens Deum, post prædicti beati viri transitum, eandem curam suscepit, & quàm diu vixit, administravit fideliter: sed modico elapso tempore, apud Marram quievit in Domino. His autem defunctis, factum est sicut in Propheta dicitur: Sicut populus, ita & sacerdos; exceptis paucis quibusdam, qui timorem Domini habebant præ oculis. Principes tamen leve & frivolum reputantes prædictorum verbum, cœpto insistentes operi; nihilominùs tractabant de proposito. Tradunt quidam eos, ut magis secundum Deum & secũdum merita personarum in electione procederent, de familiaribus cuiusque magnorum Principum assumpsisse quosdam seorsum: & eos ad jurisjurandi religionem præstandam compulisse, quatenùs de moribus & conversatione dominorum suorum interrogati, verum sine admixtione falsitatis dicerent: hoc autem eâ fiebat intentione, ut sic de meritis eligendorum, plenius & fidelius instrue-

rentur Electores. Qui postmodùm ab Electoribus, sub debito præstiti juramenti, diligentiùs interrogati, multa dominorum suorum vitia, coacti sunt secretiùs confiteri, virtutesque nihilominus enumerare: ut nudo apertoque judicio constaret, qualisquisque esset eligendorum. Inter quos, Godofredi Ducis familiares interrogati, responderũt: quòd in omnibus ejusdem actibus, id magis absonum domesticis suis videbatur, quòd ecclesiam ingressus, etiam post Divinorum consummatam celebrationem, indè separari non poterat; sed de singulis imaginibus & picturis, rationem exigebat à sacerdotibus, & iis, qui horum videbantur aliquam habere peritiam: ita quòd sociis suis, affectis aliter, in tædiũ verteretur, & nauseam: & prandia, quæ certo & opportuno tempore parata erant, diutinâ & importunâ nimis expectatione, minus tempestivè, magisque insipida sumerentur. Quod audientes, qui Electorum gerebant officium, beatum dixerunt virum, cui hæc sunt: & cui inter defectus cõputatur, quod alius sibi adscriberet ad virtutem: tandemque consonantes ad invicem, post multas deliberationum partes dominum Ducem unaniniiter eligunt: electumque Sepulchro Domini, cum hymnis & canticis, devotissimè obtulerunt. Dicitur tamen, quòd in Comitem Tolosanum Raimundum, procerum pars maxima conveniret: sed hoc intelligentes, quòd nisi regnum consequeretur, domum esset statim rediturus, natalis soli dulcedine ducti, etiam contra conscientiam suam, multa de domino Comite confinxerunt, ut reprobus haberetur. Ille tamen nihilominus patriam spernens, Christum devotissimè secutus; non abiit retrorsùm; sed in anteriora

teriora se extendens, peregrinationem, quam semel ingressus est, & voluntariam paupertatem, usque in finem prosecutus est: sciens quia qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et illud: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Domino igitur Duce, de communi voto, concurrente omniũ consensu regni apicem obtinente, Comes Sancti Aegidii civitatis præsidium, arcem videlicet David, quam sibi ab initio, hostes tradiderant, possidebat. Erat autem in eminentiore civitatis parte, versus Occidentem sita, & ingentibus quadris constructa lapidibus: undè totam urbem inferiùs positam erat intueri. Hanc, quasi totius civitatis novissimum refugium, videns Dux sibi deesse, curtatum nisi illam haberet, arbitratus se habere principatum, cæpit à prædicto Comite, in auditorio Principum reposcere. Comes verò eam, tanquam sibi ab hostibus traditam, usque in Pascha, quo transire & domum redire proposuerat, eam sibi velle habere: ut interim cũ suis, honestius in Regno moram facere posset, allegabat. Dux verò nisi turrim habeat, universã se velle deserere, dicebat: allegans omninò inhonestum esse, ut eo domino designato, alter civitatis haberet præsidium: quem quasi parem, aut superiorem conspiceret. Comes autem Normanniæ, & Flandrensium Comes, Ducis partes fovebant: qui verò cum Comite sancti Aegidii, ejus etiam familiares erant, ut domino suo saltem hac via, occasionem præberent abeundi, partem juvabant adversam. Factum est autem, ut quousque de jure decerneretur, cui cedere deberet, turrim in manu Albariensis Episcopi, quasi apud sequestrum, de communi consilio commiserit.

Ille verò non expectato judicio, ante litis contestationem, Domino Duci dicitur eam tradidisse: cùmque id sibi postmodùm à nonnullis imputaretur, vim sibi illatam publicè asserebat. Comes igitur, exacerbatus plurimùm, & indignatione plenus, quòd turrim ita ignominiosè, ut sibi videbatur, amiserat: & quòd cæteri Principes, non satis beneficiorum eius memores, quę in via sæpius eis contulerat, secus eum minus agerent amicè, descendens ad Iordanem, & aquis eius lotus, ad propria redire, suorum satisfaciens desideriis, disponebat. At verò prædictus Marturanensis Episcopus, vir subdolus & nequam, non cessabat intereà plebem indoctam contra pios concitare Principes: & in vulgus serere, quòd invidiæ causâ, ut eam liberius possent sine pastore conculcare, Principes nollent Ecclesiæ providere. Assumensque secum ejusdem factionis complices, prædictum Arnulphum, aliis contradicentibus, elegit: & auxilio fretus Comitis Normannorum, cujus erat & fuerat in totâ expeditione familiaris, & conviva, in sedem Patriarchalem, fatuo populo suffragia ministrante intronisavit: sed neuter suis adinventionibus lætatus est diu. Nam Arnulphus temerè assumptā coactus est deponere dignitatem; & ejus turpitudinis impudens patronus, viarum suarum fructus recollegit in proximo. Per idem tempus, inventa est in parte sanctæ Resurrectionis Ecclesię, seorsum, portio una Crucis Dominicæ: quam ob metum Gentilium, quorum jugum patiebātur, fideles ad ampliorem cautelam, multò antè, paucis admissis, occultaverant. Hanc studio & operâ cujusdam hominis Syri, qui ejus tàm preciosi depositi fuerat conscius, repertam, thecâ

recon-

reconditam argenteâ: primùm ad Domini Sepulchrum, deinde ad Templum Domini, cum hymnis & canticis spiritualibus deportâtes, prosequente eam universo clero & populo, consolationem quasi de cœlo missam, omnes in commune acceperunt: arbitrantes, se laborum & molestiarum suarum mercedem condignam recepisse. Sæpedicto igitur Domino Duce, per Dei gratiam in regni culmine confirmato, scandalisque omnibus, si qua emerserant, amputatis: regnum diebus ejus convalescere, & confirmari cœpit. Regnavit autem anno uno: peccatis hominum id exigentibus, ne diuturniore tāti Principis solatio, regni novella plantatio recrearetur, & adversus ingruentes molestias reciperet consolationem. Raptus est de medio, ne malitia immutaret cor ejus: sicut scriptum: Viri misericordiæ colliguntur, & non est, qui reputet. De rebus iisdem ita scribit Robertus Monachus lib. 9. Tunc constitutum est, ut civitas mundaretur: & iniunctum Sarracenis vivis, ut mortuos foràs extraherent, civitatemque ab omni spurcitia tanti morticinii prorsus mundarent, qui protinus iussis obtemperantes, & lugebant & extrahebant. Eliminatis itaque omnibus inimicis, ab urbe pacifici nominis, de ordinando Rege quæstio debebat agitari: ut scilicet unus ex ipsis omnibus eligeretur, qui tantæ urbi, tantoque populo præficeretur. Communi igitur decreto omnium, pari voto, generalique assensu, Dux Godefridus eligitur: octavo scilicet die, quo civitas expugnatur. In quo bene assensus omnium convenire debuit: quia in illo regimine talem se exhibuit, ut ipse magis regiam dignitatem, quàm regia dignitas ipsum commendarit. Non honor

illustrem faciebat eum: sed honori multiplicabatur gloria propter eum. In tantum enim Regiæ dignitati præfuit, & profuit: quòd si fieri posset, ut universi Reges terræ iuxta illum adessent, censurâ æquitatis omnibꝰ principari iudicaretur, & meritò equestris probitatis, & vultuosa corporis elegantiâ, & nobiliū morū prærogativâ.

5. Virtutes hujus Principis, passim ab Historicis celebrantur. De eo enim, ita scribit Marinus Senutus, dictus Torsellus, *in secre: fidelium Crucis, lib 3. part. 6. cap. 1.* Fuit pius & rectus liberalis valdè, & absque cupiditate: Deum super omnia diligens; firmus & stabilis in promissis: fastum & blanditias multùm abhorruit: in armis probatissimus; pauperibus & religiosis beneficus, cunctis benignus: devotè orabat cum lachrymis, circa divinum officium multùm sollicitus. In Ecclesiis enim sancti Sepulchri, & Templi Domini, de Patriarchæ & Clericorum consilio ponens Canonicos, ad Dei cultùm solemniter celebrandum, magnas eis præbendas, & honorificas assignavit. Monachis quoq;, qui ei in viâ quotidiè Missas & divina officia celebraverunt, monasterium in valle Iosaphat postulantibus, gratiosè concessit, & possessiones plurimas largitus est: recessurus etiam de patriâ sua, Bulionum, optimum ducatus sui locum, matrici donavit Ecclesiæ. Requisitus autem à Baronibus, ut more Christianorum Regum diadema sumeret; nequaquàm acquievit ibi gemmeam portare coronam, ubi Rex Regum, spineo fuit diademate coronatus: civitatis Sanctæ Ierusalem meritò afferens debere sufficere Regibus, coronationem tàm insolitam, ipsò memorabili factam die, quo à ligno Dominus regna-

vit-

vit. De eodem Duce, ita Tyrius, *lib. 9. c. 5. & seqq.* Oriundus fuit de regno Francorum, de Remensi provinciâ, civitate Boloniensi, quæ est secus mare Anglicum sita; ab illustribus, & religiosis originem ducens progenitoribus. Pater eius fuit Eustachius senior, illustris & magnificus eiusdem regionis Comes; cujus multa & memorabilia fuerunt opera: quorum ad huc apud seniores finitimarum regionum, memoria est in benedictione, & in piâ recordatione viri religiosi, & timentis Deum. Mater verò inclyta, & inter Occidentis nobiles matronas, tum morum prærogativâ, tum generositatis titulo præclara; Ida nomine, Lotharingiæ Ducis eximii Godefridi, qui cognominatus est Struma, soror. Qui postmodùm, cùm sine liberis esset, nepotem æquivocum, in filium suum adoptavit, eumq; universi patrimonii sui heredem constituit: undè eidem defuncto, in eodem Ducatu successit. Fuerunt porrò huic tres ex utroq; parente fratres, quibus & morum dignitas, & virtutum præstantia, tanti principis verè dabat esse germanos: Balduiuus videlicet, Comes Edessanus (qui eidem posteà successit in regno); Eustachius Comes Boloniensis, patri Synonymus; qui in bonis succedens paternis, post patrem obtinuit Comitatum. Hic etiam, ut Balduino fatri, absq; liberis defuncto, in regno succederet; à principibus Orientalibus citatus, venire noluit: timens, ne sine scandalo eius promotio celebrari non posset. Tertius fuit Wilhelmus, vir inclytus, à paternâ & fratrum simul honestate, & strenuitate non degener. Duo primi fratrem in expeditione secuti sunt, tertio domi remanente. Fuit autem Godefredus, sicut secundum

carnem

carnem primogenitus; ita & secundum interiorem hominem, morum gerens prærogativam, & cui meritò primativa competerent: vir religiosus, clemens, pius, ac timens Deum; justus, recedens ab omni malo, serius & stabilis in verbo; seculi vanitates contemnens, quod in illâ ætate, & militari præsertim professione rarum est; in orationibus jugis, in operibus pietatis assiduus; liberalitate insignis, affabilitate gratiosus, mansuetus & misericors; in omni viâ suâ commendabilis, & Deo placens. Fuit autem & corpore procerus, ita ut & maximis minor, & mediocribus major haberetur: robustus sine exemplo, membris solidioribus, thorace virili, facie venustâ, capillo & barbâ flavus mediocriter; in usu armorum, & exercitio militari, omnium judicio quasi singularis. Horum tantorum Principum mater, sancta religiosa, & Deo placens fœmina; dum adhuc essent in ætate tenerâ, spiritu plena divino, futuras prævidit conditiones; & statum qui præparabatur adultis, quasi quodam prædixit oraculo. Nam dum semel circa matrem, sicut mos est puerulis, luderent ad invicem, & sese lacessentes, ad matris gremium frequentem haberent recursum; accidit quòd eis sub eius chlamyde latentibus, vir venerabilis comes Eustachius, eorum pater, ingressus est. Vbi cùm mutuò se provocarent, pedes & manus agitantes, matris, quâ induta erat, operti chlamyde, quæsivit Comes, quidnam esset quod ibi tàm crebrò moveretur; cui illa respondisse dicitur: Tres magni principes, quorum primum Dux, secundus Rex, tertius Comes esset futurus. Quod postmodùm benignâ dispensatione, divina implevit clementia; & verum prædixisse matrem.

matrem, rerum eventus subsequens declaravit. Primus enim dominus Godefridus, ut præmissum est, defuncto succedens avunculo, eius ducatum obtinuit; regnum etiam Hierosolymorum postmodùm, universorum principum electione, consecutus: in quo secundus natu, Balduinus, ei successit: tertius, dominus Eustachius, qui defuncto patre, succedens in universam avitam eorum, ut præmissum est, obtinuit hæreditatem. Huic autem Duci, inter cætera, quæ more suo gessit egregiè, accidisse dicitur quiddam memoriâ dignum. In singulari namque quodam certamine, quod ipse multùm invitus subiit: sed tamē juxta regionis consuetudinem, saluâ opinionis suæ integritate declinare non poterat, exstat factum eius memorabile. Passus vir insignis à quodam nobili & potente viro (qui de numero erat Principum; eiusq; dicebatur consanguineus) in curia Imperatoris, super quibusdam ingentibus prædiis, & latè diffuso patrimonio quæstionem: super quâ, cum utriq; parti, experiendi gratiâ, dies esset præfixus, eo adveniente, præsentes se exhibuerunt tàm reus quam actor in Curiâ. Vbi lite contestatâ, cùm prædictus vir nobilis, rei proponeret vendicationem; Dux autem, quantùm poterat, reniteretur: secundum leges patriæ, adjudicata est inter eos monomachia, & pugna singularis. Cumque Imperii majores Principes, ad hoc tantis elaborarent viribus, ne tàm insignes viri, spectaculum de se populo præstarent indignum; seque tanto vellent subiicere discrimini, in quo alterutrius opinionis integritas posset periclitari, & non proficerent; mandata est executioni Imperialis

rialis sententia, & vulgi stante coronâ, Martem dubium experturi. Dumq; in eo conflictu, à viris illustribus & magnificis, strenuè nimis decertaretur & viriliter; casu contigit, quòd, vibrato in adversarii clypeum ictu, Ducis confractus est gladius: ita ut supra capulum, vix ad semipedalem quantitatem, in manu eius fieret residuum. Quod videntes, qui astabāt Principes, quòd Ducis conditio facta esset multò deterior, indictâ pace, Imperatorem adeunt, & supplicantes impetrant, ut de compositione inter tàm egregios Principes tractare liceat. Vndè dum inter eos tractaretur diligentiùs, eos, quæ ad pacem erant, rogantes, Dux omninò repulit; & irrevocabiliter perseverans, agonem reiterat, rediens in idipsum. Dumq; eius adversarius propter integritatem gladii sui, sibi quasi superior factus videtur, instat proterviùs, Duci negans requiem: quousque Dux ad solitam recurrens virtutem, quâ singulariter præeminebat, & irâ succensus, irruens capulo, quem gestabat in manu, tantâ circa tempus lævum virtute percussit adversarium, quòd eum quasi seminecem, solo dejecit prostratum: ut penè vitâ videretur omninò destitutus, & ejecto proprii fragmento gladii, & hostis prostrati gladium manu tenens, Principes ad se vocat, qui eum priùs de compositione convenerant; & rogat attentiùs, monens, ut de pace tractantes, virum insignem, qui jam defecerat, tàm ignominiosæ morti subtraherent. Qui admirantes Ducis virtutem egregiam, & misericordiam incomparabilem, pace impetratâ, controversiam tàm honesto fine sopierunt; ut tamen Dux victor, & immortali dignus gloriâ.

riâ apud omnes haberetur. Illud quoq; factum, haud inferioris gloriæ, in frequenti versatur hominum memoria. Saxonum populus, inter Germanicas nationes ferocissimus, Romani imperii juga ferre detrectans, & liberioribus habenis, excussâ disciplinæ regulâ, vagari cupiens, ab Imperatore Henrico defecerat: inque suâ adeò erat obstinatus proterviâ, ut contra prædictum Augustum, regem sibi crearet quendam comitem, Radulphum nomine; virum nobilem de eodem populo. Hac injuriâ permotus Imperator, universos Imperii Principes ad se generaliter fecit evocari. Quibus ante se constitutis, injuriam omnibus tamen, notam pandit; ad ultionem invitat. Illi verò omnes, Imperii gloriam æmulantes, & Saxonum enorme delictum nimis ægrè ferentes, certatim seipsos exponunt: vires compromittunt; non esse dissimulandam tantam contra Romanum Imperium asserunt injuriam, sed plectendum morte tàm piaculare flagitium; & læsæ crimen majestatis, ultore gladio feriendum decernunt. Ex condicto igitur, & domini Imperatoris mandato, ad locum destinatum, die præfixâ, infinita millia secum trahentes adsunt, de universis Imperii finibus, tàm Ecclesiastici, quàm cæteri Principes; Saxonum regionem violenter ingressuri & exacturi de tantis injuriis vindictam. Cùmq; congressionis dies immineret, & ordinatis legionibus, uterque exercitus in procinctu se haberet præliandi; convocatis ad se Principibus Imperator, quærit cui tutè possit Imperiale committere vexillum, & tantorum exercituum constituere primicerium? Quid communi consilio datum est respon-

responſum: Dominum Ducem Lotharingiæ Godefridum, præ omnibus ad id oneris idoneum, & ſufficientem eſſe. Cui tanquàm viro à tot millibus electo, & ſingulariter omnium judicio excellenti, tradidit Aquilam, multùm invito, & retinenti. Contigit autem illâ die, quòd confligentibus inter ſe hinc indè exercitibus, & hoſtiliter nimis ad invicem gladiis inſtantibus, Dux cum Aquilâ præcedens Imperatorem, verſus aciem, cui præerat pſeudorex Radulphus, contendens, illûc aciem, cui præerat Imperator, direxit: ad quam perveniens, confractâ & diſſolutâ acie Regis, præſente Imperatore, & de Principibus aliquot, vexillum quod geſtabat, Regi per vitalia pectoris immerſit; & eo transverberato, ad terram dejecit exanimẽ: denuo ſignum, licet cruentatum, erigens Imperiale. Videntes autem Saxones, regem ſuum defeciſſe, defecerunt & ipſi, domino Imperatori ſe dedentes; & ſatisfactione injunctâ, pro delicti modo, receptis munitionibus & obſidibus, quorum interventu ſe obligaverunt, ne aliquandò ſimile attentarent, in gratiam reverſi ſunt. Fuerunt & alia multa, eiuſdem inclyti viri magnifica & admiratione digna opera; quæ uſq; in præſens in ore omnium, pro celebri vertuntur hiſtoria. Inter cætera quoque, propoſitum jam habens peregrinationem incundi, caſtrũ, unde ei cognomen erat, Bulionem videlicet; agro, ſitu, munitione, commoditatibus, & longe lateq; diffuſo territorio, celebre ac nominatiſſimum, Eccleſiæ Leodienſi, piâ liberalitate, in perpetuam eleemoſynam conceſſit habendum. Hactenus Tyrius. Admirationi Annibal fuit, quòd alieno in ſo-

in solo, ex Afris, Hispanis, Gallis, Italis exercitum, ita uno veluti vinculo copulatum, tenuerit, ut nulla inter ipsos, nec adversus Ducem seditio exstiterit: cùm & pecunia sæpè in stipendium, & commeatus in hostium agro deessent. *Livius lib. 28.* Nugæ, præ his nostris, (inquit Auctor Præfationis, *collectioni Historicorum, de Expeditionibus Orientalibus, præfixæ.*) Nam neq; ille, tot in unum nationes diversas collectas habuit unquàm, neque tàm procul domo deduxit, neque tàm alienis, infestis, barbaris & numerosis gentibus, etiam diversitate Religionis inflammatis concurrendum ei, cui cùm unis Romanis, nondùm certis Italiæ dominis, res fuit: & quod unum servare varium corpus illud potuit, ipse tot membris caput, & Imperator adfuit. Hìc totius Occidentis populi omnes, quot recensere difficile est, linguis, habitu, conditione, ingenio, fine diversi, ex Occidente in Orientem, tanquàm alium in Orbem; peragratâ Europâ, per Germaniam, Hungariam, Bulgariam, Thraciam, in Asiam penetrant; ut Græcorum dolis, ita Turcarum armis invicti: superatâ Bythyniâ, Pisidiâ, Lycaoniâ, Ciliciâ, Cappadociâ, Syriâ Palestinâ, tandem expetitam Hierosolymam obtinent: conjuratis in eos qui anteà, imperii æmulatione, arma in se converterant, Turcis & Sarracenis; non unius, aut provinciæ, aut urbis, sed totius Orbis, certè Asiæ totius viribus succinctis, & præter cætera zelo superstitionis accensis: nullo stipendio, nullo Duce, nisi Dux, qui & Auctor Deus fuit.

Quis casum meritis adscribere talibus ausit?
Quis neget auctorem hæc constituisse Deum?

Quo-

Quoniam autem Godefredus Francus fuit, & in regno Francorum captum expeditionis hujus consilium; militumque longè maxima pars è Regno Francorum esset: Francorum ita seu virtus, seu numerus excelluit, ut inde, toto Oriente, etiam hodiè Franci dicantur, qui ad Occidentem habent Christiani omnes, Germani, Itali, Angli Dani (nam & hi in partem huius gloriæ meritò veniunt.) Hispani. Vt olim Romani sic habuêre: alia omni virtuti suæ prona esse: cum Gallis pro salute, non de gloriâ certari: ita ad Francorum nomen, non illos tantùm, quorum majores fortitudinem gentis erant experti, sed ultimos etiam Indos, ad nomen, nomine solo notum percelli, memoriæ graves auctores prodiderunt: Et talis tandem, tantusque Godefredus hicce fuit, ut Iustus Lipsius *in Monit. cap. 2.* miretur: ob tam clara, testataque merita, non & ipsum in Divorum numerum fuisse relatum.

6. De rebus autem, à Godefredo, jam Rege gestis, Anonymus ille (qui in collectione Historicorum expeditionum Orientalium, primum obtinet locum) ita scribit. Petrus Eremita, remansit Hierusalem, ordinando & præcipiendo Græcis & Latinis, atque clericis, ut fideliter Deo processionem celebrent, & orationes eleemosynasque faciant: ut Deus populo suo victoriam daret. Clerici namque & presbyteri induti sacris vestibus, ad templum Domini conduxêre processionem: Missas & Orationes decantantes, ut suum defenderet populum. Denique Patriarcha & Episcopi, aliique Seniores, congregati sunt ad flumen, quod est ex hac parte Scalo-

Scalonæ. Illic multa animalia boum, camelorum, ovium atque omnium bonorum deprædati sunt. Venerunt autem Arabes ferè trecenti, irrueruntque nostri super illos, & apprehenderunt duos ex eis, persequentes alios usque ad eorum exercitum. Sero autem facto, Patriarcha fecit præconari per omnem hostem, ut in summo mane cras essent omnes parati ad bellum: excommunicans, ne ullus homo intenderet ad ulla spolia, donec bellum esset factum. Sed eo facto, reverterentur cum felici gaudio, ad accipiendum, quicquid eis prædestinatum esset à Domino. Summo verò diluculo, in sextâ feriâ, intraverunt in vallem nimis pulchram secus litus maris, in qua suas ordinaverunt acies. Dux instruxit suam aciem, & Comes Nortmanniæ, aliique etiam Magnates suas: ordinaverunt quoque pedites & sagittarios, qui præcederent milites, & sic ordinaverunt omnia: statimque cœperunt militare in nomine domini nostri Iesu Christi. In sinistrâ verò parte, fuit dux Godefridus, cum suâ acie: Comesque S. Aegidii equitavit juxta mare in dexterâ parte: Comes Nortmanniæ, & Comes Flandrensis, & Tancredus omnesque alii equitabant in medio. Tunc nostri cœperunt paulatim ambulare. Pagani verò stabant parati ad bellum. Vnusquisque suum habebat vasculum pendens collo, ex quibus potarent, persequentes nos: sed illis non licuit gratiâ Dei. Comes autem de Normannia, cernens Ammiravissi Stantarum (*L'estendart*) habere quoddam pomum aureum in summitate hastæ, quæ erat cooperta argento: ruit vehementer super illum, eumque vulneravit usque ad

mor-

mortem. Ex aliâ parte, Comes Flandrensis, nimis acriter illos invasit. Tancredus igitur impetum fecit per medium tentorium eorum: quod videntes pagani, continuò inierunt fugam. Paganorum multitudo erat innumerabilis, numerumque eorum nemo scit, nisi solus Deus. Bella verò erant immensa: sed virtus divina comitabatur nobiscum, tàm magna, tàm fortis, quòd statim superavimus illos. Stabant autem inimici Dei excœcati, & stupefacti: ac videntes Christi milites, apertis oculis nil videbant, & contra Christianos erigere, se non audebant, virtute Dei tremefacti: præ nimio timore ascendebant in arbores, in quibus putabant se abscondere: at nostri sagittando, & cum lanceis & ensibus occidendo, eos ad terram præcipitabant: alii autem jactabant se in terram, non audentes se erigere contra nos. Nostri igitur illos detruncabant, sicut aliquis detruncat animalia ad macellum: Comes S. Ægidii, juxta mare, ex eis occidit sine numero: alii verò se præcipitabant in mare, alii fugiebant hûc illucque. Veniens itaque Ammiravissus ante civitatē, dolens & mœrens lacrymando dixit: ô Deorum spiritus, quis unquam vidit, vel audivit talia? Tanta potestas, tanta virtus, tanta militia, quæ nunquam ab ulla gente fuit superata, modò à tantillâ gēte Christianorum, quod in pugillo potest claudi, est devicta? Heu mihi tristis, ac dolens! quid amplius dicam? Superata sum à gente mendicâ, inermi, & pauperrimâ; quæ non habet nisi saccum & peram: Ipsa modò persequitur gentem Aegyptiacam, quæ illi plerunque suas largita est eleemosynas, dum olim per omnem nostram Patriam

triam mendicarent. Hûc conduxi ad conventionem ducenta millia militum, & video ipsos laxis frenis fugientes, per viam Babylonicam, & non audent reverti adversus gentem Francigenam. Iuro per Machomet, & per omnia Deorum numina, quod ulterius non retinebo milites cōventione aliqua, quia expulsus sum à gente advenâ. Conduxi omnia armorū genera, & omnia instrumenta, sive machinamenta, ut eos obsiderem in Hierusalem; & ipsi prævenerunt me ad bellum, itinere dierum duorum. Vah! quid mihi esset, si illuc gentem conduxissem meam! Heu mihi quid amplius dicā? inhonoratus ero semper in terrâ Babylonicâ. Nostri autem acceperunt ejus stantarum, quod comparavit Comes de Normannia viginti marchis argenti; & dedit Patriarchæ in Dei honorem, sanctiq; Sepulchri: ensem verò emit quidam sexaginta bisanteis. Superati sunt denique inimici nostri, Deo annuente. Omnes naves terrarum Paganorum ibi aderant: homines verò, qui intùs erant, videntes Amniravissum fugientem, cum suo exercitu, statim suspenderunt vela, & impulerunt se in alta maria. Reversi sunt nostri ad tentoria eorum, acceperuntque innumera spolia auri & argenti, omniumq; bonorum cumula: equos & mulos, asinos & camelos, innumerabiles oves & boves, & instrumenta. Omnes namque montes & colles, & omnia plana stabant cooperta de multitudine illorum animalium, & invenerunt armorum cumula: quæ voluerunt, deportaverunt; reliqua igne consumpserunt. Reversi sunt nostri cum gaudio Hierusalem, deferentes secum omnia bona: scilicet camelos & asinos, onustos

pane

pane biſcocto, & farinâ, & frumento, & caſeo, & pane & oleo, & omnibus bonis, quæ illis neceſſe erant. Eadem ferè habet Tyrius *lib. 9. c. 12. & ſeqq.* qui *& cap. 16.* de ſimultatibus inter Patriarcham & Regem ita ſcribit. Intereà Hieroſolymis, ſtudio & operâ quorundam malignorum, quibus ſemper cordi eſt ſcandalum ſerere, & aliorum invidere tranquillitati; ſuſcitata eſt quæſtio, inter Patriarcham & Ducem: Patriarchâ repoſcente ab eo civitatem ſanctam, Deo aſcriptam, & ejusdem civitatis præſidium: ſimulque urbem Ioppenſem, cum ſuis pertinentiis. Cumq; aliquandiu agitata eſſet præſens quæſtio; Dux, ſicuti vir humilis erat, & manſuetus, ac timens ſermones Domini, in die Purificationis beatæ Mariæ, præſente clero & populo univerſo, Eccleſiæ ſanctæ Reſurrectionis, quartam partem Ioppe reſignavit. Poſteà die ſancto ſubſequẽtis Paſchæ, in præſentiâ cleri & populi, qui ad diem feſtum convenerant; urbem Hieroſolymam cum turri David, & univerſis eius pertinentiis, in manu Patriarchæ reſignavit: eâ tamen conditione, ut prædictis urbibus cũ territoriis ſuis ipſe interim frueretur, uteretur, quouſque captis ex aliis urbibus una, vel duabus, Regnum Dominus permitteret ampliari. Quòd ſi medio tempore, Dux abſque legitimo defungeretur hærede, prædicta omnia, abſque difficultate, omni contradictione remotâ, in ditionem cederent Patriarchæ. Hęc omnia, etſi aliorum relatione comperta, & etiam quorundam operâ ſcripto mandata, præſenti interſeruimus narrationi: miramur tamen, quibus rationibus motus dominus Patriarcha, hanc adverſus Ducem ſuſcitaverit quæſtionem; cùm nec

uſpiam

uspiam legerimus, aut à viris fide dignis audierimus, eâ conditione Duci, regnum à victoribus Principibus fuisse traditum, ut alicui personæ, alicujus præstationis annuæ, vel perpetuæ vinculo se sciret obligatum. Veruntamen quartam partem civitatis, ab introitu Latinorum, & etiã à multis retrò temporibus, Hierosolymorum Patriarcham, certũ est, tanquam propriam possedisse. Quod qualiter acciderit, & unde initium possidendi habuerit, & causam, breviter est aperiendum. Habent autem veterum traditiones, dum civitas illa ab infidelibus detineretur, nunquam pacem continuam, vel ad tempus modicum, habuisse; sed frequentibus bellis, & crebris obsidionibus, finitimis Principibus eam sibi vindicare volentibus, perpetuò fuisse fatigatam: unde eius & turres & mœnia, tũ vetustate, tum obsidentium operâ, in ruinam collapsa, hostium insidiis locum latè pat re cogebant. Cùm igitur ea tempestate Aegyptiorum regnum, viribus & divitiis, sed & prudentia seculari, cæteris, quæ vel in Oriente, vel in Austro erant regnis esset præstantius, volens Aegyptius Calipha imperii sui fines porrigere, & suam longè latèque propagare ditionem, missis exercitibus, universam Syriam usque Laodiciam, quæ Antiochiæ contermina, Cæles Syriæ limes est, violenter occupavit: designatisque præsidibus, qui urbibus tam maritimis, quàm mediterraneis præessent, vectigalia constituit, & universam regionem fecit tributariam: præcipiens singulorum civibus locorum, civitatis suæ muros reædificare, & turres validas per circuitum erigere. Hac communi lege, procurator, qui Hierosolymis præerat, ejusdẽ

loci compulit habitatores legibus parere con munibus, & mœnia cum turribus in statum r formare priorem. Quibus cum partes futuri d signarentur operis, contigit ex malitia magi quàm ex opũ comparatione, quod quarta pa structuræ illius, miseris Christianis, qui in url degebant, designaretur. Erant autem prædicti deles, tot angariis & parangariis, tributis, vect galibus, & aliorum sordidorum munerum pra statione attenuati, adeò, quòd omnium opes v sufficerent, ut una, vel duæ de prædictis turribu resarcirentur. Videntes ergo quòd occasion quærerent adversus eos, non habentes aliud r fugium, ad Præsidem accedunt, cum lachrym supplicant, orantes, ut juxta eorum possibilita tem onus eis imponatur; nam quod injunctum eis fuerat, omninò insufficientes erant portare Qui cùm à suâ præsentiâ eos excludi præcepi set sub gravi interminatione, dixit: Edicta sum mi Principis sacrilegium est violare: aut erg opus injunctum consummabitis, aut ultoribu gladiis, tanquam læsæ Majestatis reos, vos opor tet succumbere. Tandem multiplicatis interces soribus, & munerum interventu, apud Præsiden ferias obtinent, quousque missis legationibus ad Constantinopolitanum Imperatorem, eju ad peragendum opus prædictũ, implorent elee mosynam. Destinati ergò nuncii ad prædictum Principem accedentes, gemitus & lachrymas fi delis populi, non sine suspiriis audentium, quã tùm possunt exprimunt diligentiùs: pandente ex ordine, sputa, colaphos, vincula, carceres, bo norum direptiones, cruces, supplicia, quæ mise ille populus pro Christi nomine incessanter pa

terc

teretur; & nunc quas de novo adversus eandem plebeculam ad perdendum eos quærerent occasiones. Porrò tunc agebat in sceptris vir prudens & magnificus, Constantinus, qui cognominatus Monomachus, Constantinopolitanum Imperium strenuè & viriliter administrãs. Is lahrymosis Christi fidelium petitionibus gratuitum impendens assensum, pecuniam promittit, undè opus injunctum possit absolvi; eorum molestiis & continuis afflictionibus, plenâ caritate compatiens. Adiicit tamen conditionem, quòd eâ lege prædictam sit eis pecuniam largiturus, si apud regionis dominum, id obtinere possint; ut infra prædictum muri ambitum, quem de Imperialibus eleemosynis erigere proposuissent, nulli, nisi Christiano, habitare liceret. Scribit igitur ad Cyprios, ut si Hierosolymitæ fideles id possent impetrare, de vectigalibus & fisco debitis, tantam eis pecuniam ministrarent, quæ prædicto operi sufficere posset. Illi verò ad propria reversi, Patriarchæ & plebi Dei, quomodò egerint, pandunt seriatim: qui gaudentes verbum amplexi sunt, & ad implendam legem pactorũ, quam adjecerat Imperator, omni studio fideliter elaborant. Missis igitur nunciis, ad magnum & supremum eorum Principem, Aegyptium videlicet Calypham, prosequente eos divino favore; apud eundem, prædictam impetrant postulationem, & munimentum, ejus subscriptione & sigillo corroboratum, insuper obtinẽt. Tandem feliciter consummato negotio, ad propria reversi, designatam muri partem, auctore Domino, compleverunt: anno ab incarnatione Domini M. L X I I I. Regnante apud Aegyptios, & id fieri

permittente Bomensor Elmostensab: Anno tricesimo sexto, ante urbis liberationem. Habitaverant sanè usque in illum diem, promiscuè cũ fidelibus, Sarraceni: sed ab eâ horâ, auditâ jussione Principali, ad alias civitatis partes de necessitate se contulerũt, quartâ prædictâ fidelibus sine contradictione relictâ. In quo servi Christi cõditionem suam videntur fecisse longè meliorem: nam de cohabitatione virorũ Belial, multa sæpius oriebantur scandala, & multiplices eis accedebant molestiæ: tandem seorsum habitantes, sine admixtione Zizaniorũ, degebant quietiùs: si quas habebant quæstiones, ad cognitionem referebant Ecclesiæ, & mediante Patriarchę, qui pro tempore erat, arbitrio, controversias inter se decidebant. Sic ergò ab eâ die, & eâ ratione, quâ prędiximus, prędicta pars civitatis quarta, alium non habuit judicem, vel dominum, nisi Patriarcham; & eam quasi propriam, Ecclesia sibi perpetuò vendicavit. De statu porrò Regni Hierosolymitani, ita idem Tyrius 9. cap. 19. cùm jam ferè omnes Principes, qui in expeditionem venerant, essent ad propria reversi; ita quòd Dux solus, cui regnum erat commissum, & Tancredus, qui in partem solicitudinis à Duce, tãquam vir prudens, strenuus & felix, erat detentus: tam modicæ erant nostrorum facultates, & militantium copiæ, ut omnibus convocatis, & certatim concurrentibus, vix invenirentur equites trecenti, & peditum duo millia. Vrbes autem, quæ in nostram venerant ditionem, paucæ admodùm erant; & locis hostilibus interiectis, interpolatæ: ita ut summo periculo, cum necessitas id exposcebat, de unâ ad alteram veniretur. Suburbana

autem,

autem, etiam in nostrorum finibus universa, ab infidelibus & Sarracenis incolebantur: quibus sæviores hostes nostro non erant populo; eoque peiores, quòd & domestici: nulla enim pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Hi non solùm nostros, incautè gradientes viis publicis, obtruncabant, & hostium mancipabant servituti; verùm etiam & agrorum culturæ operam denegabant, ut fame nostros affligerent: malentes ipsi esuriem pati, quàm nostris, quos hostes reputabant, aliquam ministrare cōmoditatem. Nec solùm urbibus egressi, suspectas habebant semitas; verùm & in domibus, infra urbium mœnia constitutis, propter inhabitantium raritatem, & patulas hostibus murorum ruinas, vix tutus inveniebatur ad quiescendum locus. Nocturni enim fures, urbes vacuas, & raro habitatore cultas, clandestinis irruptionibus effringebant, in propriis domiciliis multos opprimentes: unde nōnulli clàm, multi etiam manifestè possessiones, quas acquisierant, deserentes, revertebantur ad propria; arbitrantes, quòd una die hi, qui patriam tueri nitebantur, opprimerentur ab hostibus, & non esset, qui eos ab imminentibus cladibus posset eruere. Hi causam edicto dederunt, ut annua præscriptio locum haberet; & eorum foveret partes, qui in tribulatione perseverantes, per annum & diem tranquillè, & sine quæstione aliquid possederant. Quod introductum est, odio illorum, qui timoris causâ, suas reliquerant possessiones; nè post annum redeuntes, ad earum admitterentur vendicationē. Cumque tantâ regnum laboraret inopiâ, adiecit tamen vir Deum timens, Deoque amabilis

auctore Domino, regni fines ampliare: convocatisque militaribus auxiliis, & populo regionis, urbem maritimam, Ioppensi conterminam, quæ olim dicta est Antipatrida, nunc verò vulgari appellatione dicitur Arsur, obsedit. Sed cùm in ea essent viri fortes, & strenui, armis, victualibus, & cæteris, ad hos usus necessariis, abundantes; Dux verò exteriùs gravem sustineret inopiam, & maximè, quia naves non habebat, quibus obsessis introitum negaret, & exitum; necessitate cōpulsus, prædictam solvit obsidionem: expectās, ut tempore procedente, magis opportuna sibi ad id complendum concessa, divinitùs eidem se offerret occasio: sed morte præventus immatura, ad optatum propositum non pervenit. Accidit autem in eadem obsidione dignum memoria quiddam, quod præsenti curavimus lectioni inserere. De montibus Samariæ, in quibus urbs Neapolitana sita est, quorundam suburbanorū Reguli, deferentes secum exenia, panis & vini, caricarum quoque, & uvæ passæ, ad prædictam descenderunt obsidionem; magis ut nostrorum explorarent vires, & multitudinem, & de statu eorum pleniùs edocerentur; quàm ut Duci deferrent munera. Hi postquam in exercitum pervenerunt, ut ante Ducem introducerentur, cœperūt instanter postulare: in cujus constituti præsentia, obtulerunt donaria, quæ secum detulerant. Dux autem, sicut vir humilis erat, & seculi pompam omninò declinans, super saccum, stramine plenum, humi positum, residebat; suos expectās, quos pabulatum emiserat. Quod intuentes illi, admiratione stupidi, quæsierūt, cur tantus Princeps, & tam admirabilis dominus, qui ab Occidente

dente veniens, totum concusserat Orientem, & Regnum maximum in manu validâ occupaverat, ita sederet inglorius; ut neque tapetia, neque holoserica circa se more haberet Regio; nec stipatus satellitibus armatis, formidabilem se preberet accedentibus? Quibus ita percunctantibus, quæsivit Dux, quid loquerentur? quo cognito, respondit: Quòd homini mortali sufficere meritò terra pro sede tẽporali poterat; cui post mortem perpetuum domiciliũ est præstitura. Quod audientes, qui gratiâ tentandi accesserant, admirantes viri responsum; humilitatem & prudentiam, abierunt dicentes: Quia verè hic est, qui universas regiones debeat expugnare; & cui repositum est de vitæ merito, populis, & nationibus principari. Mirabantur & timebant pariter finitimarum habitatores regionum, peregrini virtutem & successum populi; eoque in majorem rapiebantur & admirationem & metum, quò hæc suorum relatione, quibus ampliùs credere tenebantur, cognoverant: & usq; ad Orientis ulteriora, factum hoc, tam mirabile divulgabatur.

Godofredus, primus Hierosolymorum Rex. 1.
Compendium rerum, ab Occidentalibus, in Oriente gestarum. 2.
Occupatio urbis Hierosolymitanæ; & in ea crudelitas exercita contra omnem sexum, & ætatem infidelium. 3.
Godofredus eligitur in Regem. 4.
Ambitus, & polypragmosyne Clericorum, turbat Reip. Hierosolymitanæ initia. 4.
Clerici prætextu pietatis, suis affectibus indulgent. 4.
Vitia cleri præsagiunt mala Regni principia. 4.
Ratio eligendi Regem, candidatorumque mores explorandi accommoda. 4.
Crucis Dominicæ portio reperitur. 4.

Godofredi virtutes, & origo: ac quadam ejusdem facinora egregia. 5.

Victoria mirabilis Christianorum, contra Aegypti Soldanum 6.

Controversia inter Regem & Patriarcham. 6.

Status Regni sub Godofredo. 6.

II. *Balduinus.* I.

A. C. 1100.

A Rebus humanis, exempto Godofredo, Balduinus, ejusdem frater Regni excepit habenas. Hicq; informatur Adolescentulus in bonis literis, & sacris initiatur. Sed ejus ordinis pertæsus, militiam amplectitur; uxore ductâ, & Godofrido belli sacri societate jungitur: consecutus primum Edessanum Comitatum, deindè regnum Hierosolymitanum.

2. Balduinus autem hicce, non sine difficultate obtinuit Regnũ, qua de re Albertus Aquensis *l. b. 7. cap. 27. 30.* ita scribit. Patriarcha Dagobertus & Tancradus, mortem Ducis audientes, in unum conspiraverunt: de Ierusalem regno Godefridi Ducis, per omnia, pro velle deinceps, licenter consulere ac disponere. Vndè consilium inierunt, quatenùs avũculo Tancradi Boëmundo, legationem Antiochiam mitterent; ut in terram Ierusalem proficisceretur cum omni apparatu suo: regnumque illîc obtineret, priusquã aliquis hæres Godefridi Ducis Thronũ ejus præoccuparet. Legatio quidem hæc, Patriarchæ & Tancradi, sine mora directa est: Verùm ejusdem lega-

legationis portitor, Morellus nomine, secretarius Patriarchæ, quia in dolo missus est, & contra jusjurandum, quod idem Patriarcha cum Tancrado Duci fecerat, ni fortè obiret, nulli regnum Ierusalem se redditurum, nisi fratribus suis, aut uni de sanguine ejus: irâ Dei adversante, Laodiceæ in manus Reymundi Comitis irruit: & sic tota legatio literarũ irrita fuit, & perfidia ubique patefacta. Interea Baldevvino, Rohas à Malatinâ obsidione regresso, crudelis legatio ad eum facta est; scilicet quia frater ejus uterinus, Godefridus, Princeps magnificus, in Ierusalem obierit: & omne regnum terræ illius, morte tam pii Dominatoris, in populo Christiano jam desolatum fuerit. Hâc tristi legatione auditâ, in nimios ploratus & lamenta cor Baldevvini defluxit: sed tamen, ut vir miræ abstinentiæ, longè aliter simulavit ex carissimi fratris occasu, quàm in ejus corde esset. Legatio autem illa, in hunc modum nuncia deferebat. Milites & Principes regni Ierusalem, hactenùs sub Christianissimo Duce servientes, salutant te in nomine Iesu Christi, filii Dei vivi: quorum decreto & consilio hûc directi sumus, ut tibi notum sit, quod frater tuus Godefridus, Dux & Princeps Ierusalem, ab hac luce subtractus est. Quapropter te unanimiter invitant, ut festinatò venias, & loco fratris regnum suscipias, & in throno ejus sedeas. Conspiraverunt enim, se non alium recipere, nisi fratrem, aut unum de sanguine, & propter inæstimabilem ejus bonitatem, & nimiam largitatem; & propter jusjurandum, quo firmaverunt, se nunquam pati alienigenam regnare, aut sedere in throno Ierusalem. Baldevvi-

nus benignè legationi, & verbis eorum aurem adhibuit; promittens, se, rebus suis ordinatis, Ierusalem velle descendere, & Deo prosperante, regnum consilio eorum suscipere atque disponere. De Balduino etiam Tyrius *lib. 10 cap. 1. & 2.* Recedente ab hâc luce, sed tamen lucem meliorem consecuto, inclytæ & piæ in Domino recordationis, Duce Godefrido; primo ex Latinis, regni Hierosolymorum Moderatore insigni: vacavit regnum mensibus tribus. Tandem verò, sive de supremo Dn. Ducis judicio, sive de communi Principum, qui pauci erant, consilio; citatus est dominus Balduinus Edessanus comes, prædicti Ducis ex utroque parente frater, ut in regnum accederet, jure sibi debitum hæreditario, & fratri succederet in eâdem curâ. Hic in adolescentia sua, liberalibus disciplinis convenienter imbutus, clericus, ut dicitur, factus est, & in Remensi, Cameracensi, Leodiensi Ecclesiis, beneficia, quæ vulgò Præbendæ dicuntur, gratiâ generositatis, quâ singulariter præeminebat, obtinuit: tandem ex causis nobis occultis, arma capessens militaria, deposito clerici habitu, miles effectus est. Demumq; procedente tempore, uxorem ex Angliâ duxit illustrem & nobilem, Gutueram nomine; quam secum deducens, fratres suos, in expeditionem illam primam, per omnia secutus est. Prædicta verò ejus uxor; antequam Antiochiam fidelis perveniret exercitus, longo fatigata dolore, apud Maresiam optimo fine, vitâ decessit, ibique sepulta est. Ipse autem postmodùm ab Edessano duce vocatus, & ab eo adoptatus in filium, & post eius mortem Comitatum cum suis pertinentiis cōsecutus, uxorem duxit filiam

cujus-

cujusdam nobilis & egregii Armeniorum Principis, Tafroc nomine; qui cum fratre Constantino circa Taurum montem præsidia habebant inexpugnabilia, multasq; virorum fortium copias: undè & propter divitiarum & virium immensitatem, gentis illius reges habebantur. Dicitur autem fuisse corpore valdè procerus, & fratre multo major: ita ut, sicut de Saul dicitur, altior esset universo populo, ab humeris suprà: capillo & barbâ fuscus, carne tamen mediocriter niveus; naso aquilino, & prominente pusillum labro superiore, cum subjecto dentium ordine aliquantulũ depresso: non tamen eatenus, quod usque ad vitium ei posset imputari. Gravis in incessu, habitu & verbo serius; chlamydem semper deportans ab humeris, ita ut ignotis, gravitate, quam verbo prætendebat, & habitu, episcopus magis, quàm secularis persona videretur. Veruntamen ut vitiatæ propaginis & primę maledictionis hæredem se non dubitaret, carnis dicitur lubrico impatienter laborâsse: ita tamen cautè quæ ad illum defectum respiciunt, negotia procurare satagebat, ut nemini scandalum, nulli vis major, nulli enormis infligeretur injuria; quodq; rarum est in hujusmodi, vix ad paucos ex cubiculariis ejus, hujus rei poterat pervenire notitia. Fuit autem nec multâ distetus pinguedine, nec immoderatâ macie tenuis; sed mediâ quadam corporis habitudine: promptus ad arma, ad equũ agilis; impiger & sollicitus, quoties eum regni vocabant negotia. &c.

3. Hæc ferè circa tempora, tres Ordines Equitum, Hierosolymis sunt orti. Hospitalarii, nempè Templarii, & Teutonici. De primo genere

priùs est dicendum. Ante Hierosolyma recuperata, Latini permissu Aegyptiorum, & Sarracenorum, urbis dominorum, prope sepulchrū, duo Monasteria construxerunt: unum viris, alterum mulieribus recipiendis, sepulcrum adeuntibus. Eorum alterum, beatæ virgini Mariæ: alterum, S. Mariæ Magdalenæ, dicata erant. Receptâ verò urbe, nec illis cænobiis, tantæ multitudini peregrinatorum (quos jam Hierosolymis receptis, sepulchri Dominici visendi incesserat cupido) suppetentibus: Hospitale est additum: S. Ioanni (vel Eleemosynario, Patriarchæ Constantinopolitano, vel Baptistæ) sacrum. Ibi ex vectigalibus utriusque Monasterii, illis peregrinatoribus, qui ægrotarent, res necessariæ, subministrari cœptæ sunt: & Rector ei loco præpositus. Qui post aliquot annos, ipse & socii, habitu religionis assumpto, cruce albâ in pectore gerenda, certo disciplinæ genere se astringendo: militiam & peregrinantium defensionem, professi sunt adversus Sarracenos. Indè opibus, largitione Principum, & privatorum hominum, ditati: Hospitalariorum nomen, Hierosolymitanorum, & Rhodiorum (hodiè Melitensium) militum, nomen accepêre. *Crusius annal. lib. 9. part. 2* Videri etiam, hâc de re potest, Henricus Pantaleon *de Ord. Iohannitar. lib. 1.* ubi inter alia scribit: Cum Balduinus rex, foris rem cum Arabibus feliciter composuisset, statuit quoq; in sancta urbe regnum suum confirmare. Itaque inprimis cum Gibellino novo Patriarchâ, qui priori successit, varias simultates composuit. Posteà quoque Hospitalarios, fideles belli comites, exaltare proposuit, atque aliquot arces & oppida defendenda concessit. Illi

ergo

ergò conventu habito, certum ordinem constituunt; & voto facto, sese peregrinos Latinos hospitio suscepturos, & Christianorum Religionem & Regionem, contra infideles armis defensuros, profitentur. Ordinis censentur S. Augustini, atque Orationem dominicam, certo numero repetitam, pro Canonicis horis pronunciāt. Vestitus militaris sunt arma, quibus baltheum rubeum militare, cum albâ cruce superinduūt. Exteriùs verò, chamyde atri coloris, cum albâ cruce octogonâ utuntur; idque parte sinistrâ. Hinc fit, ut plerique, in pace nigrâ, at in bello rubeâ veste, cum albâ cruce conspicui existant. Ex suo etiam numero Magistrum eligunt, cujus mandatis tempore pacis ac belli obediunt. Sicque suffragiis collectis, Raymundus de Podio Florentinus, vir pius & fortis, post Fratrem Gerardum primus Magister electus fuit. Hunc ordinem militarem Patriarchæ primò Hierosolymitani, pòst etiam Romani pontifices approbarūt, ac multis privilegiis exornarunt. Horum operâ, posteà reges & principes in Oriente usi, multa præclara facinora, terrâ marique contra Sarracenos, Arabes, & Turcas edidere: donec tandem Magistri ordinis inter principes suscepti; atque ordinis Priores, in variis Christianorum provinciis constituti, qui ędes ipsorum gubernare, aliis hujus ordinis equitibus præesse, atque omnia bona dispensare sunt soliti; magno Christianæ Reipublicæ emolumēto. De Templariis autem, habet Card. Baronius ex Tyrio *lib.12.c 7.* sequentia: A. C. millesimo, centesimo, decimo octavo, quidam nobiles viri, de equestri ordine, Deo devoti, religiosi & timentes Deum, in manu domini Pa-

ni Patriarchæ Christi servitio se mancipantes, more Canonicorum Regularium in castitate & obedientiâ, & sine proprio velle perpetuò vivere professi sunt. Inter quos primi & præcipui fuêre, viri venerabiles, Hugo de Paganis, & Gaufredus de sancto Ademaro. Quibus quoniam neque Ecclesia erat, neque certum habebant domicilium, Rex eis in palatio suo, quod secus templum Domini, ad australem habet portam, eis ad tempus concessit habitaculum: Canonici têpli Domini, plateam, quam circa prædictum habebant palatium, ad opus officinarum, certis quibusdam conditionibus concesserunt. Rex autem cum suis proceribus, & quoque Patriarcha, cum prælatis Ecclesiarum, de propriis Dominicalibus, certa eis, pro victu & amictu beneficia, quædam ad tempus, quædam in perpetuũ contulerunt. Prima autẽ eorum professio, quodque à Patriarchâ, & reliquis Episcopis, in remissionem peccatorum injunctum fuit, est, ut vias & itinera maximè ad salutem peregrinorum, cõtra latronum, & incursantium insidias pro viribus conservarent. De Templariis autem, ita Pantaleon, *d. lib. 1.* Novem annis, post eorum institutionem, utebantur communi cum aliis hominibus vestium genere; quæ ipsis à populo, pro remedio animarum liberaliter offerebantur. Posteà verò sub Honorio pontifice instituta est eis regula, atque albus vestitus assignatus. Deinde verò temporibus Eugenii tertii, rubea crux vestibus addita: quoniam autem juxta templum Domini habitarent, Fratres militiæ Templi dicebantur. Hic ordo postea in immensum piorum collationibus crevit, ut ejus sectatores in

Syriâ

Syriâ & aliis Christianorum provinciis, potentiâ suâ principes æquarent, sæpiùs impeterent, & omnibus suspecti fierent. Longo tamen tempore, unà cum Ioannitis equitibus, fortiter Turcis & Sarracenis resistentes, res Christianorum egregiè defenderunt; atque sibi ubique gentium magnum nomen compararunt: donec tandem multorum scelerum accusati, ubique gentium, ad internecionem deleti, atque eorum bona & possessiones majori ex parte Ioannitarum ordini adjudicata fuerint. Et de Teutonicis ita idem Pantaleon, ibid. His etiam temporibus, Teutonicus quidam, cum familiâ suâ, Hierosolymis magnam liberalitatem erga suam gentem exercebat; qui orandi aut militandi, gratiâ ad Sacra loca accesserant. Is enim in primâ expeditione, cum uxore Christianorum victoriæ interfuit, atque vitam suâ Hierosolymis finire statuit. Cùm is multis opibus insignis esset, misericordiâ quâdam motus, ex propriis ædibus, Xenodochium constituit; pro iis maximè Germanis, qui neque linguas peregrinas noscerent, neq; diversorium aliud haberent. Deindè etiam patriarchæ autoritate, sacellum sub D. Mariæ virginis titulo, cōstruxit: ut ibidem orandi gratiâ convenirent, atque pauperibus Eleemosynas elargirentur. Quâ pietate multos Germanos nobili loco natos, cōpellexit; ut voluntariam militiam profiterentur, atque bona in alimentum indigorum, corpus pro tutelâ piorum devoverent. Hi aucti numero, pietate, favore, & liberalitate bonorum, etiam opibus excellere cœperunt: ad certum autem vivendi institutum nondum animum adjecerant; sed sese cum Hospitalariis, aut Templariis

ni Patriarchæ Christi servitio se mancipantes, more Canonicorum Regularium in castitate & obedientiâ,& sine proprio velle perpetuò vivere professi sunt. Inter quos primi & præcipui fuêre,viri venerabiles,Hugo de Paganis, & Gaufredus de sanctoAdemaro. Quibus quoniam nequeEcclesia erat, neque certum habebant domicilium, Rex eis in palatio suo, quod secus templum Domini, ad australem habet portam, eis ad tempus concessit habitaculum: Canonici tẽpli Domini,plateam,quam circa prædictum habebant palatium, ad opus officinarum, certis quibusdam conditionibus concesserunt. Rex autem cum suis proceribus, & quoque Patriarcha,cum prælatis Ecclesiarum, de propriis Dominicalibus, certa eis, pro victu & amictu beneficia, quædam ad tempus, quædam in perpetuũ contulerunt.Prima autẽ eorum professio,quodque à Patriarchâ, & reliquis Episcopis, in remissionem peccatorum injunctum fuit, est, ut vias & itinera maximè ad salutem peregrinorum,cõtra latronum, & incursantium insidias pro viribus conservarent.De Templariis autem,ita Pantaleon, *d.lib.1.*Novem annis,post eorum institutionem, utebantur communi cum aliis hominibus vestium genere; quæ ipsis à populo, pro remedio animarum liberaliter offerebantur.Posteà verò sub Honorio pontifice instituta est eis regula, atque albus vestitus assignatus. Deinde verò temporibus Eugenii tertii, rubea crux vestibus addita: quoniam autem juxta templum Domini habitarent,Fratres militiæ Templi dicebantur. Hic ordo postea in immensum piorum collationibus crevit, ut ejus sectatores in

Syriâ

Syriâ & aliis Christianorum provinciis, potentiâ suâ principes æquarent, sæpiùs impeterent, & omnibus suspecti fierent. Longo tamen tempore, unà cum Ioannitis equitibus, fortiter Turcis & Sarracenis resistentes, res Christianorum egregiè defenderunt; atque sibi ubique gentium magnum nomen compararunt: donec tandem multorum scelerum accusati, ubique gentium, ad internecionem deleti, atque eorum bona & possessiones majori ex parte Ioannitarum ordini adjudicata fuerint. Et de Teutonicis ita idem Pantaleon, ibid. His etiam temporibus, Teutonicus quidam, cum familiâ suâ, Hierosolymis magnam liberalitatem erga suam gentem exercebat; qui orandi aut militandi, gratiâ ad Sacra loca accesserant. Is enim in primâ expeditione, cum uxore Christianorum victoriæ interfuit, atque vitam suâ Hierosolymis finire statuit. Cùm is multis opibus insignis esset, misericordiâ quâdam motus, ex propriis ædibus, Xenodochium constituit; pro iis maximè Germanis, qui neque linguas peregrinas noscerent, neq; diversorium aliud haberent. Deindè etiam patriarchæ autoritate, sacellum sub D. Mariæ virginis titulo, cõstruxit: ut ibidem orandi gratiâ convenirent, atque pauperibus Eleemosynas elargirentur. Quâ pietate multos Germanos nobili loco natos, eò pellexit: ut voluntariam militiam profiterentur, atque bona in alimentum indigorum, corpus pro tutelâ piorum devoverent. Hi aucti numero, pietate, favore, & liberalitate bonorum, etiam opibus excellere cœperunt: ad certum autem vivendi institutum nondum animum adjecerant; sed sese cum Hospitalariis, aut Templa-

siis

riis conjungentes, infidelibus armis restiterunt, nec etiam hospitalitatem neglexerunt. Nam per fortiores foris bellum, per mansuetiores domi, liberalitatem & curam erga egenos exercebant. Tandem verò post 70. annos, sub Henrico Cæsare, & Cælestino III. Põtifice, ordo inter Hospitalarios & Templarios medius cõstitutus est; quẽ Teutonicorum B. Mariæ virginis nominârunt: albo vestitu, & nigrâ cruce decoratus.

4 Sub Rege Balduino, A. nempè C.1101. nova iterùm expeditio, in terram sanctam suscepta fuit. Guilhelmus nempè Comes Pictariensis, & Dux Aquitaniæ, Thiemo vel Diemo, Iuvaniensis Archiepiscopus, Guelpho 4. Noricorum (Bavarorum,) Dux (qui antehàc Frisingensem & Augustensem destruxerat civitatem) Itha, vel Vtha Marchionissa, Leopoldi Marchionis Orientalis (Austriaci) mater; Guilhelmus & Stephanus, Italici Barones, & multi alii proceres, cum magnis copiis, ex Aquitaniâ, Germaniâ, Italiâ, Hierosolymam versus, Cal. Aprilibus, per Vngariã & Thraciam perrexerunt: quos Alexius Imp. in arctis locis, penè omnes subindè ex insidiis oppressit (usitatâ licet, sed simulata humanitate, Duces nominasset sibi filios) elegantioribus ex numero captis, & Memphidis, vel Babyloniæ Sultano, missis. Hinc voces in exercitu de ipso tales: Turcarum iste potiùs quàm Christianorum parti favet: frequentibus illos contra nos nuntiis animat. Iste est perfidus ille Alexius, qui Domino suo Botaniata, per quosdam conductitios Alemannos depulso, Imperium arripuit; ipsosque sui sceleris adjutores, exilio damnatos, neci dedidit. Nunc etiã is dictitat, se tanti facere Francos cum Turcis præliantes: quanti canes

se invicem mordentes, *Frising. & Vrsperg.* Navibus, ab Alexio per Bosphorum Thracium (Brachium S. Greorgii) in Asiam cum reliquis transvectus, Guelpho, per Bithyniam atq; Nocomediam iter fecit: idq; magna difficultate, Turcis undiq; lacessentibus; comitibus fame, inopia, peste, absumptis. Ferro tamen itinere sibi patefacto, Hierosolymam pervenit. Tandem omnibus amissis, dum reverti domum parat; in Cypro, Paphi decessit: ibiq; humatus est, *Crusius Annal. part. 2. lib. 9. cap. 1.* De ea expeditione ita Baronius A.C. 1101. n. 13. Hoc anno, innovatur alia expeditio in terram sanctam: & quidem ingenti numero, ingentiora factura, si per Alexii Imp. perfidiam licuisset: qui sub nomine amici, subq; tegmine pacis, acerbiùs quàm hostis, crudeliusq; quàm si aperto bello, eos est persecutus. Porrò ista singula, qui scire cupit, consulat Conradum Vrspergensem Abbatem: qui cum eadem expeditione profectus est Hierosolymam, atq; cuncta, quæ acciderunt, fideli stylo, perpetuæ memoriæ cõmendavit: proditionem videlicet Alexii Imperatoris, erga Turcas magis, quàm Latinos propensi; strages Christianorum, per Turcas in itinere furtim illatas; grassantem luem, per quam ingens valdè numerus Christianorum est consumptus: insuper etiam pugnas Balduini Regis in Turcas, de victoriâ securos, ex responsis suorũ; cùm sanctæ Crucis virtute, (ita enim tum putabatur) quam sedis Apostolicæ Legatus, ante se per Abbatem Gerardum ferebat, ipsius tantùm intuitu hostes perterrefacti, fugam inierint, cæsique fuerint, quantum libet victores ipsius pugnæ exordio, extitissent. Ioppen insuper obses-

sam,

ſam, ſed crucis virtute, pariter liberatam: inſuper conſuetum miraculum, de incenſione luminum, divinitùs fieri ſolitâ Hieroſolymis, die magni Sabbati ante Paſcha. Hæc quidē omnia, ipſe, qui aderat Vrſpergenſis Abbas, exactè deſcribit; Sed & Wilhelmus Tyrius, *lib. 10 c. 8 13. 15. 16.* ex eis aliqua attigit. Qui & de Ianuenſium claſſis appulſu; quorum ope, capta Antipatrida, & Cæſareæ maritima, (ubi iidem Ianuenſes potiti ſunt vaſe ſmaragdino) aliiſque munitionibus expugnatis, hiſtoriam texuit. De eadem itidem expeditione, plura habet Albertus Aquenſis *lib. 8. ubi cap. 20. & ſeq.* ſcribit. Poſt cladem Chriſtianorum in Paphlagoniâ acceptâ, ſequētia eveniſſe. Repertis itaque, & captis tot honeſtis mulieribus, in tentoriis fugientium Chriſtianorum: Turcæ celeritate equorum, inſecuti ſunt tam equites, quàm pedites, tam Clericos quam Monachos, & totum fœmineum ſexum, qui fugâ evaſerant de caſtris: quos non aliter gladio metebant, quàm meſſor, qui falce maturas ſegetes metere ſolet. Nulli ætati, aut ordini parcebant: ſolos juvenes imberbes, viros militaris officii, captivabant, quos etiam in exilio cum matronis honorificis, Corrozan abduci deſtinabant. Pecuniam quidem inauditam, à fugitivis & laſſis, medio itinere relictā, ſuſtulerunt; ad hæc molles veſtes, pelliceos varios, griſios, harmelinos, mardrinos, oſtra innumerabilia auro texta, miri decoris, operis & coloris, equos quoq; & mulos pluſquàm numero, vel litera alicujus referri poſſit: quæ omnia tandem illis tædio fuerunt aſportare. Terra autem & montana, ut aiunt pro vero, qui hæc oculis viderunt, & vix illic judicium

dicium mortis evaserunt, Byzantiis, auro incommutabili, argento inæstimabili, & denariorum dispersione, sic operta erant, in contritione, & fugâ tàm magni exercitus; ut ampliùs tribus milliaribus, super aurũ, gemmas, vasa argenteâ & aurea, ostra mirifica & preciosa, vestesq; subtiles ac sericas, incedere fugientes, & persequentes viderentur. Sanguine verò occisorum tota via defluebat. Nec mirum: quoniã supra CLX. millia, illic in gladio, & sagittâ ferocium Turcarum ceciderunt; facilè ab hostibus superati ac detruncati, præ fame diuturnâ, quâ nimiùm afflicti, & viribus exhausti, nullâ virtute resistere potuerunt. Tanta enim illis fames, in desertis Flaganiæ incubuit; ut corium bovis viginti solitis emeretur, paniculus, qui palmo concludi poterat, tribus solidis Lucensis monetæ venderetur: cadaver equi, muli, asini, sex marcis appreciaretur. De affectu verò Alexii Imperatoris erga Occidentales aliter paulò, ac alii idem Albertus, d. *lib cap.2.3.4.24.26.45.& 48.* Ingressi autem, inquit, peregrinatores Longobardi Bulgariam, direxerunt nuncia Imperatori Constantinopolitano, quatenus ejus gratiâ & dono, in Terra Bulgarorum, quæ de ejus regno erat, & potestate, necessaria vitæ, precio mutuarent: sicq; pacificè, terram ejus pertransirent. Acceptâ itaque tàm egregii, & catholici exercitus legatione, & petitione, Rex Græcorum, benignè omnia, quæ rogabant, concessit: hac scilicet interpositâ conditione; nè tanta adunatio, aliquâ violentiâ, ea loca, quæ sui juris essent, vastaret, seu factâ temerè seditione conturbaret. Hâc igitur conditione contulit eis emendi & vendendi licentiam,

tiam,

tiam, in ejuſdem regni Bulgarorum caſtellis: pane, vino, carne, & omni pinguedine opulentiſſimis: ut per hæc hoſpitati, pacificè bonis terræ ſuſtentarent vitam affluenter. Hanc verò in terram venientes, mandatū Regis tranſgreſſi ſunt: nec audierunt Ductores & Principes exercitus: ſed omnia ſine modo, & ſine ratione deprædati ſunt, ſine aliquâ mutuatione: Bulgaris, & Græcis ſua auferentes, pecora & volatilia eorum diripientes: quodq; nefas eſt de populo catholico dicere, quadrageſimali tempore, & jejunio ea devorantes. Fregerunt etiam in prædictis locis & civitatibus, ipſius pii Imperatoris oratoria; propter ambitionem rerum, quæ in eis erant reconditæ, à facie tantæ multitudinis. Item quod auditu eſt horrendum, mamillas cujuſdam mulieris, ſua defendentis, quidam ex paraſitis impiè detruncavit. Auditâ hâc infamiâ crudeli, & devaſtatione intolerabili, quæ regno Bulgarorum ab his inferebatur, & querimoniâ ſuorum, Imperator ad primates & magiſtratus legionis, direxit nuncia; quatenus in his, non ultrà morarentur regionibus, caſtellis & civitatibus: ſed feſtinatò ad ſe in civitatem Conſtantinopolin, quæ caput totius eſt Græciæ, regiâ viâ contenderent. Venerunt ergò ad eandem civitatem Cōſtantinopolin, & ex ipſius Regis ordinatione, & decreto, in littore maris, quod vocant Brachium S. Georgii, tabernacula ſua locaverunt. Duobus autem menſibus, à veris tempore illic conſederunt, priusquàm aliqua ſocietas, de regno Franciæ aut Alemanniæ, illis jungeretur. Vbi etiam plurimis injuriis, ſicuti erant ſoliti, ipſum Imperatorem, ad iram & odium commoverunt.

Imperator verò plurimis injuriis, sæpiùs concitatus; timens nè tot ac tantis copiis, vis diversarum nationum augeretur,& sic audaciores facti, aut avaritiâ, aut aliquâ occasione assumptâ, insurgentes, in civitatem Constantinopolin rebellarent: admonuit eos, ne ultrà in locis his, aut littore remanerent, sed quantocyùs abhinc migrantes, in terminis Cappadociæ & Romaniæ, apud portum Civitat, & Rufinel hospitati, moram facerent: donec affuturæ legiones & copiæ, cum eis simul in unum confluerent. Sed responderunt unanimiter, se minimè brachium maris transituros: donec ampliores vires tàm Frãcorum quàm Alemannorum obtinerent. Auditâ hâc Longobertorum obstinatâ respõsione, nolle eos à statione occupati maris se amovere, ante adventum futuræ societatis: Imperator illis emendi & vendendi licentiam interdixit: & statim penuria necessariorum vitæ per triduum in populo facta est. Videntes autem Longobardi, Regis iram,& interdictionem necessariorum vitæ,& sic famis angustiam in populo fieri: subitò universi, tàm equites, quàm pedites armis induuntur, & ad portam & muros majoris palatii civitatis, in ligonibus, uncis ferreis, malleisque conferuntur ad locum, qui dicitur ad S. Argenium. Vbi in duobus locis infringentes,& intrantes, inprimis juvenem de sanguine ipsius Imperatoris, peremerunt: deindè Leonem domitum, qui erat gratissimus in palatio Imperatoris, occiderunt. Comes verò de S. Ægidio, & cæteri comprimores, Constantinopolin ingressi, à Domino Imperatore benignè suscepti sunt. Dehinc in brevi, Imperatoris indignatione cessante, mi-

certus est universorum, & cunctis opibus spoliatos, & vacuos, magnificis donis in auro, argento, armis, equis, mulis & vestibus, & toto autumni & hyemis tempore, universos secum habitare, & refocillare concessit: in omni affluentiâ, & largitate rerum necessariarum: Comes item Nivermensis Guilhelmus, post plurimum itineris, & diversa hospitia, cum omni manu & apparatu suo, Constantinopolin profectus: ab Imperatore benignè, & honorificè susceptus, in littore maris S. Georgii tentoria sua ponere, ad hospitandū extra muros civitatis, jussus est. Post tres deindè dies, ex præcepto Imperatoris, Comes & totus exercitus, brachium maris trajecit; & ad columnam marmoream, quæ in summitate arietem obtinet deauratum, non longè à brachio maris, tētoriis fixis, per quatuordecim dies, qui sunt circa natalem B. Iohannis Baptistæ, illic moram fecit: & per singulos dies, Imperatori navigio præsentatus, non paucis muneribus ab eo honoratus, & commendatus redibat. Peregrinis verò, & humili populo, cujusdam generis monetam, quam vocant Tartaron, ad sustentationem vitæ, sæpius idem Imperator mittebat.

5. Quàm scandalosę porrò, inter Regem hunc, & Patriarcham ortæ fuerint controversię, Baronius memorat A. C. 1100. *n.30* ubi ita scribit: Post obitum Godefridi, multa est passus Daibertus Patriarcha à Balduino; sibi usurpante jura Hierosolymorum Ecclesiæ: quarum causâ contentionum, tunc idem Daibertus, Antiochiæ Principem Boamundum interpellavit, ut protector acce-

accederet, pro conservatione jurium Hierosolymitanæ Ecclesiæ : ad quem & has literas dedit, quibus de cunctis,quæ gesta essent,ipsum reddit certiorē. Scis fili charissime, quoniam me ignorantem,& invitum,bonæ tamen ac sanctæ intentionis affectu,in eam,quæ omnium Ecclesiarum singularis est marer,& Gentium domina, rectorem & Patriarcham elegeris ; electumque, communi tam Cleri,ac plebis, quàm Principum assensu, in hujus summæ dignitatis sedem, licet indignum,Dei præeūte gratia,locaveris. In quo ego culmine constitutus,quanta pericula, quot labores,quot persecutiones sustineam,& injuriis offensus mille, meus cognoscit animus, & ipse cognoscit omniū inspector Christus. Vix n. Dux Godefridus,dū adhuc viveret,non tā proprię voluntatis arbitrio, quā malorū persuasione seductus, ea reliquit Ecclesiæ tenenda ; quæ Turcarū temporibus,qui tūc fuerat Patriarcha, tenuerat, & sancta Ecclesia cū amplius honorari, & exaltari debuerat:tunc majora desolationis, & confusionis suæ opprobria sustinuit. Resipuit ille tamen,& per misericordiam Dei, ab impietatis desistens proposito, in die Purificationis Mariæ Virginis,de Ioppe quartam partem Ecclesiæ sancti sepulchri dedit: & pòst, in die Paschalis solemnitatis,jam ultrà superbè sapere,aut in seculari pompa confidere respuens, divino nutu cōpunctus,cuncta quæ juris erant ecclesiæ, liberè reddidit: & homo sancti Sepulchri ac noster affectus, fideliter se Deo & nobis à modò militaturum spopondit. Reddidit itaque nostræ potestati Turrim David cum tota Hierosolymitana

priùs est dicendum. Ante Hierosolyma recuperata, Latini permissu Aegyptiorum, & Sarracenorum, urbis dominorum, prope sepulchrũ, duo Monasteria construxerunt: unum viris, alterum mulieribus recipiendis, sepulcrum adeuntibus. Eorum alterum, beatæ virgini Mariæ: alterum, S. Mariæ Magdalenæ, dicata erant. Receptâ verò urbe, nec illis cœnobiis, tantæ multitudini peregrinatorum (quos jam Hierosolymis receptis, sepulchri Dominici visendi incesserat cupido) suppetentibus: Hospitale est additum: S. Ioanni (vel Eleemosynario, Patriarchæ Constantinopolitano, vel Baptistæ) sacrum. Ibi ex vectigalibus utriusque Monasterii, illis peregrinatoribus, qui ægrotarent, res necessariæ, subministrari cœptæ sunt: & Rector ei loco præpositus. Qui post aliquot annos, ipse & socii, habitu religionis assumpto, cruce albâ in pectore gerenda, certo disciplinæ genere se astringendo: militiam & peregrinantium defensionem, professi sunt adversus Sarracenos. Indè opibus, largitione Principum, & privatorum hominum, ditati: Hospitalariorum nomen, Hierosolymitanorum, & Rhodiorum (hodie Melitensium) militum, nomen accepêre. *Crusius annal. lib. 9. part. 2* Videri etiam, hâc de re potest, Henricus Pantaleon *de Ord. Iohannitar. lib. 1.* ubi inter alia scribit: Cum Balduinus rex, foris rem cum Arabibus feliciter composuisset, statuit quoq; in sancta urbe regnum suum confirmare. Itaque inprimis cum Gibellino novo Patriarchâ, qui priori successit, varias simultates composuit. Posteà quoque Hospitalarios, fideles belli comites, exaltare proposuit, atque aliquot arces & oppida defendenda concessit. Illi

ergo

ergò conventu habito, certum ordinem constituunt; & voto facto, sese peregrinos Latinos hospitio suscepturos, & Christianorum Religionem & Regionem, contra infideles armis defensuros, profitentur. Ordinis censentur S. Augustini, atque Orationem dominicam, certo numero repetitam, pro Canonicis horis pronunciāt. Vestitus militaris sunt arma, quibus baltheum rubeum militare, cum albâ cruce superinduūt. Exterius verò, chamyde atri coloris, cum albâ cruce octogonâ utuntur; idque parte sinistrâ. Hinc fit, ut plerique, in pace nigrâ, at in bello rubeâ veste, cum albâ cruce conspicui existant. Ex suo etiam numero Magistrum eligunt, cujus mandatis tempore pacis ac belli obediunt. Sicque suffragiis collectis, Raymundus de Podio Florentinus, vir pius & fortis, post Fratrem Gerardum primus Magister electus fuit. Hunc ordinem militarem Patriarchæ primò Hierosolymitani, pòst etiam Romani pontifices approbarūt, ac multis privilegiis exornarunt. Horum operâ, posteà reges & principes in Oriente usi, multa præclara facinora, terrâ marique contra Sarracenos, Arabes, & Turcas edidere: donec tandem Magistri ordinis inter principes suscepti; atque ordinis Priores, in variis Christianorum provinciis constituti, qui ędes ipsorum gubernare, aliis hujus ordinis equitibus præesse, atque omnia bona dispensare sunt soliti; magno Christianæ Reipublicæ emolumēto. De Templariis autem, habet Card. Baronius ex Tyrio *lib. 12. c 7.* sequentia: A. C. millesimo, centesimo, decimo octavo, quidam nobiles viri, de equestri ordine, Deo devoti, religiosi & timentes Deum, in manu domi-

ni Patriarchæ Christi servitio se mancipantes, more Canonicorum Regularium in castitate & obedientiâ, & sine proprio velle perpetuò vivere professi sunt. Inter quos primi & præcipui fuêre, viri venerabiles, Hugo de Paganis, & Gaufredus de sancto Ademaro. Quibus quoniam neque Ecclesia erat, neque certum habebant domicilium, Rex eis in palatio suo, quod secus templum Domini, ad australem habet portam, eis ad tempus concessit habitaculum: Canonici tẽpli Domini, plateam, quam circa prædictum habebant palatium, ad opus officinarum, certis quibusdam conditionibus concesserunt. Rex autem cum suis proceribus, & quoque Patriarcha, cum prælatis Ecclesiarum, de propriis Dominicalibus, certa eis, pro victu & amictu beneficia, quædam ad tempus, quædam in perpetuũ contulerunt. Prima autẽ eorum professio, quodque à Patriarchâ, & reliquis Episcopis, in remissionem peccatorum injunctum fuit, est, ut vias & itinera maximè ad salutem peregrinorum, cõtra latronum, & incursantium insidias pro viribus conservarent. De Templariis autem, ita Pantaleon, *d. lib. 1.* Novem annis, post eorum institutionem, utebantur communi cum aliis hominibus vestium genere; quæ ipsis à populo, pro remedio animarum liberaliter offerebantur. Posteà verò sub Honorio pontifice instituta est eis regula, atque albus vestitus assignatus. Deinde verò temporibus Eugenii tertii, rubea crux vestibus addita: quoniam autem juxta templum Domini habitarent, Fratres militiæ Templi dicebantur. Hic ordo postea in immensum piorum collationibus crevit, ut ejus sectatores in

Syriâ

Syriâ & aliis Christianorum provinciis, potentiâ suâ principes æquarent, sæpiùs impeterent, & omnibus suspecti fierent. Longo tamen tempore, unà cum Ioannitis equitibus, fortiter Turcis & Sarracenis resistentes, res Christianorum egregiè defenderunt; atque sibi ubique gentium magnum nomen compararunt: donec tandem multorum scelerum accusati, ubique gentium, ad internecionem deleti, atque eorum bona & possessiones majori ex parte Ioannitarum ordini adjudicata fuerint. Et de Teutonicis ita idem Pantaleon, ibid. His etiam temporibus, Teutonicus quidam, cum familiâ suâ, Hierosolymis magnam liberalitatem erga suam gentem exercebat; qui orandi aut militandi, gratiâ ad Sacra loca accesserant. Is enim in primâ expeditione, cum uxore Christianorum victoriæ interfuit, atque vitam suã Hierosolymis finire statuit. Cùm is multis opibus insignis esset, misericordiâ quâdam motus, ex propriis ædibus, Xenodochium constituit; pro iis maximè Germanis, qui neque linguas peregrinas noscerent, neq; diversorium aliud haberent. Deindè etiam patriarchæ autoritate, sacellum sub D. Mariæ virginis titulo, cõstruxit: ut ibidem orandi gratiâ convenirent, atque pauperibus Eleemosynas elargirentur. Quâ pietate multos Germanos nobili loco natos, cõpellexit; ut voluntariam militiam profiterentur, atque bona in alimentum indigorum, corpus pro tutelâ piorum devoverent. Hi aucti numero, pietate, favore, & liberalitate bonorum, etiam opibus excellere cœperunt: ad certum autem vivendi institutum nondum animum adjecerant; sed sese cum Hospitalariis, aut Templa-

riis conjungentes, infidelibus armis restiterunt, nec etiam hospitalitatem neglexerunt. Nam per fortiores foris bellum, per mansuetiores domi, liberalitatem & curam erga egenos exercebant. Tandem verò post 70. annos, sub Henrico Cæsare, & Cælestino III. Põtifice, ordo inter Hospitalarios & Templarios medius cõstitutus est; quẽ Teutonicorum B. Mariæ virginis nominârunt: albo vestitu, & nigrâ cruce decoratus.

4 Sub Rege Balduino, A. nempè C.1101. nova iterùm expeditio, in terram sanctam suscepta fuit. Guilhelmus nempè Comes Pictariensis, & Dux Aquitaniæ, Thiemo vel Diemo, Iuvaniensis Archiepiscopus, Guelpho 4. Noricorum (Bavarorum,) Dux (qui antehàc Frisingensem & Augustensem destruxerat civitatem) Itha, vel Vtha Marchionissa, Leopoldi Marchionis Orientalis (Austriaci) mater; Guilhelmus & Stephanus, Italici Barones, & multi alii proceres, cum magnis copiis, ex Aquitaniâ, Germaniâ, Italiâ, Hierosolymam versus, Cal. Aprilibus, per Vngariã & Thraciam perrexerunt: quos Alexius Imp. in arctis locis, penè omnes subindè ex insidiis oppressit (usitatâ licet, sed simulata humanitate, Duces nominasset sibi filios) elegantioribus ex numero captis, & Memphidis, vel Babyloniæ Sultano, missis. Hinc voces in exercitu de ipso tales: Turcarum iste potiùs quàm Christianorum parti favet: frequentibus illos contra nos nuntiis animat. Iste est perfidus ille Alexius, qui Domino suo Botaniata, per quosdam conductitios Alemannos depulso, Imperium arripuit; ipsosque sui sceleris adjutores, exilio damnatos, neci dedidit. Nunc etiã is dictitat, se tanti facere Francos cum Turcis prælientes: quanti canes

ſe invicem mordentes, *Friſing. & Vrſperg.* Navibus, ab Alexio per Boſphorum Thracium (Brachium S. Georgii) in Aſiam cum reliquis transvectus, Guelpho, per Bithyniam atq; Nocomediam iter fecit: idq; magna difficultate, Turcis undiq; laceſſentibus; comitibus fame, inopia, peſte, abſumptis. Ferro tamen itinere ſibi patefacto, Hieroſolymam pervenit. Tandem omnibus amiſſis, dum reverti domum parat; in Cypro, Paphi deceſſit: ibiq; humatus eſt, *Cruſius Annal. part. 2. lib. 9. cap. 1.* De ea expeditione ita Baronius A. C. 1101. n. 13. Hoc anno, innovatur alia expeditio in terram ſanctam: & quidem ingenti numero, ingentiora factura, ſi per Alexii Imp. perfidiam licuiſſet: qui ſub nomine amici, ſubq; tegmine pacis, acerbiùs quàm hoſtis, crudeliusq; quàm ſi aperto bello, eos eſt perſecutus. Porrò iſta ſingula, qui ſcire cupit, conſulat Conradum Vrſpergenſem Abbatem: qui cum eadem expeditione profectus eſt Hieroſolymam, atq; cuncta, quæ acciderunt, fideli ſtylo, perpetuæ memoriæ cõmendavit: proditionem videlicet Alexii Imperatoris, erga Turcas magis, quàm Latinos propenſi; ſtrages Chriſtianorum, per Turcas in itinere furtim illatas; graſſantem luem, per quam ingens valdè numerus Chriſtianorum eſt conſumptus: inſuper etiam pugnas Balduini Regis in Turcas, de victoriâ ſecuros, ex reſponſis ſuorũ; cùm ſanctæ Crucis virtute, (ita enim tum putabatur) quam ſedis Apoſtolicæ Legatus, ante ſe per Abbatem Gerardum ferebat, ipſius tantùm intuitu hoſtes perterrefacti, fugam inierint, cæſique fuerint, quantum libet victores ipſius pugnæ exordio, extitiſſent. Ioppen inſuper obſeſ-

ſam,

ſam, ſed crucis virtute, pariter liberatam: inſuper conſuetum miraculum, de incenſione luminum, divinitùs fieri ſolitâ Hieroſolymis, die magni Sabbati ante Paſcha. Hæc quidē omnia, ipſe, qui aderat Vrſpergenſis Abbas, exactè deſcribit; Sed & Wilhelmus Tyrius, *lib.10 c.5.13.15.16.* ex eis aliqua attigit. Qui & de Ianuenſium claſſis appulſu; quorum ope, capta Antipatrida, & Cæſareæ maritima, (ubi iidem Ianuenſes potiti ſunt vaſe ſmaragdino) aliiſque munitionibus expugnatis, hiſtoriam texuit. De eadem itidem expeditione, plura habet Albertus Aquenſis *lib. 1.ubi cap.20.& ſeq.* ſcribit. Poſt cladem Chriſtianorum in Paphlagoniâ acceptâ, ſequētia eveniſſe. Repertis itaque, & captis tot honeſtis mulieribus, in tentoriis fugientium Chriſtianorum: Turcæ celeritate equorum, inſecuti ſunt tam equites, quàm pedites, tam Clericos quam Monachos, & totum fœmineum ſexum, qui fugâ evaſerant de caſtris: quos non aliter gladio metebant, quàm meſſor, qui falce maturas ſegetes metere ſolet. Nulli ætati, aut ordini parcebant: ſolos juvenes imberbes, viros militaris officii, captivabant, quos etiam in exilio cum matronis honorificis, Corrozan abduci deſtinabant. Pecuniam quidem inauditam, à fugitivis & laſſis, medio itinere relictā, ſuſtulerunt; ad hæc molles veſtes, pelliceos varios, griſios, harmelinos, mardrinos, oſtra innumerabilia auro texta, miri decoris, operis & coloris, equos quoq; & mulos plusquàm numero, vel litera alicujus referri poſſit: quæ omnia tandem illis tædio fuerunt aſportare. Terra autem & montana, ut aiunt pro vero, qui hæc oculis viderunt, & vix illic ju-

diciuna

dicium mortis evaserunt, Byzantiis, auro incommutabili, argento inæstimabili,& denariorum dispersione,sic operta erant,in contritione, & fugâ tàm magni exercitus; ut ampliùs tribus milliaribus, super aurũ,gemmas,vasa argentea & aurea, ostra mirifica & preciosa, vestesq; subtiles ac sericas, incedere fugientes,& persequentes viderentur. Sanguine verò occisorum tota via defluebat. Nec mirum: quoniã supra CLX. millia, illìc in gladio, & sagittâ ferocium Turcarum ceciderunt; facilè ab hostibus superati ac detruncati, præ fame diuturnâ, quâ nimiùm afflicti, & viribus exhausti, nullâ virtute resistere potuerunt. Tanta enim illis fames, in desertis Flaganiæ incubuit; ut corium bovis viginti solitis emeretur, paniculus, qui palmo concludi poterat, tribus solidis Lucensis monetæ venderetur: cadaver equi, muli, asini, sex marcis appreciaretur. De affectu verò Alexii Imperatoris erga Occidentales aliter paulò, ac alii idem Albertus, d: *lib cap.2.3.4.24.26.45.& 48.* Ingressi autem, inquit, peregrinatores Longobardi Bulgariam, direxerunt nuncia Imperatori Constantinopolitano, quatenus ejus gratiâ & dono, in Terra Bulgarorum, quæ de ejus regno erat, & potestate, necessaria vitæ, precio mutuarent: sicq; pacificè, terram ejus pertransirent. Acceptâ itaque tàm egregii, & catholici exercitus legatione, & petitione,Rex Græcorum, benignè omnia, quæ rogabant,concessit: hac scilicet interpositâ conditione; nè tanta adunatio, aliquâ violentiâ, ea loca, quæ sui juris essent, vastaret, seu factâ temerè seditione conturbaret. Hâc igitur conditione contulit eis emendi & vendendi licentiam,

tiam,in ejusdem regni Bulgarorum castellis:pane, vino, carne, & omni pinguedine opulentissimis: ut per hæc hospitati, pacificè bonis terræ sustentarent vitam affluenter. Hanc verò in terram venientes, mandatū Regis trangressi sunt: nec audierunt Ductores & Principes exercitus: sed omnia sine modo, & sine ratione deprædati sunt, sine aliquâ mutuatione: Bulgaris, & Græcis sua auferentes, pecora & volatilia eorum diripientes: quodq; nefas est de populo catholico dicere, quadragesimali tempore, & jejunio ea devorantes. Fregerunt etiam in prædictis locis & civitatibus, ipsius pii Imperatoris oratoria; propter ambitionem rerum, quæ in eis erant reconditæ, à facie tantæ multitudinis. Item quod auditu est horrendum, mamillas cujusdam mulieris, sua defendentis, quidam ex parasitis impiè detruncavit. Auditâ hâc infamiâ crudeli, & devastatione intolerabili, quæ regno Bulgarorum ab his inferebatur, & querimoniâ suorum, Imperator ad primates & magistratus legionis, direxit nuncia; quatenus in his, non ultrà morarentur regionibus, castellis & civitatibus: sed festinatò ad se in civitatem Constantinopolin, quæ caput totius est Græciæ, regiâ viâ contenderent. Venerunt ergò ad eandem civitatem Cōstantinopolin, & ex ipsius Regis ordinatione, & decreto, in littore maris, quod vocant Brachium S. Georgii, tabernacula sua locaverunt. Duobus autem mensibus, à veris tempore illîc consederunt, priusquàm aliqua societas, de regno Franciæ aut Alemanniæ, illis jungeretur. Vbi etiam plurimis injuriis, sicuti erant soliti, ipsum Imperatorem, ad iram & odium commoverunt.

Impe-

Imperator verò plurimis injuriis, sæpiùs concitatus; timens nè tot ac tantis copiis, vis diversarum nationum augeretur, & sic audaciores facti, aut avaritiâ, aut aliquâ occasione assumptâ, insurgentes, in civitatem Constantinopolin rebellarent: admonuit eos, ne ultrà in locis his, aut littore remanerent, sed quantocyùs abhinc migrantes, in terminis Cappadociæ & Romaniæ, apud portum Civitat, & Rufinel hospitati, moram facerent: donec affuturæ legiones & copiæ, cum eis simul in unum confluerent. Sed responderunt unanimiter, se minimè brachium maris transituros: donec ampliores vires tàm Fräcorum quàm Alemannorum obtinerent. Auditâ hâc Longobertorum obstinatâ respõsione, nolle eos à statione occupati maris se amovere, ante adventum futuræ societatis: Imperator illis emendi & vendendi licentiam interdixit: & statim penuria necessariorum vitæ per triduum in populo facta est. Videntes autem Longobardi, Regis iram, & interdictionem necessariorum vitæ, & sic famis angustiam in populo fieri: subitò universi, tàm equites, quàm pedites armis induuntur, & ad portam & muros majoris palatii civitatis, in ligonibus, uncis ferreis, malleisque conferuntur ad locum, qui dicitur ad S. Argenium. Vbi in duobus locis infringentes, & intrantes, inprimis juvenem de sanguine ipsius Imperatoris, peremerunt: deindè Leonem domitum, qui erat gratissimus in palatio Imperatoris, occiderunt. Comes verò de S. Ægidio, & cæteri comprimores, Constantinopolin ingressi, à Domino Imperatore benignè suscepti sunt. Dehinc in brevi, Imperatoris indignatione cessante, mi-

scritus

accederet, pro conservatione jurium Hierosolymitanæ Ecclesiæ: ad quem & has literas dedit, quibus de cunctis, quæ gesta essent, ipsum reddit certiorē. Scis fili charissime, quoniam me ignorantem, & invitum, bonæ tamen ac sanctæ intentionis affectu, in eam, quæ omnium Ecclesiarum singularis est mater, & Gentium domina, rectorem & Patriarcham elegeris; electumque, communi tam Cleri, ac plebis, quàm Principum assensu, in hujus summæ dignitatis sedem, licet indignum, Dei præeūte gratia, locaveris. In quo ego culmine constitutus, quanta pericula, quot labores, quot persecutiones sustineam, & injuriis offensus mille, meus cognoscit animus, & ipse cognoscit omniū inspector Christus. Vix n. Dux Godefridus: dū adhuc viveret, non tā proprię voluntatis arbitrio, quā malorū persuasione seductus, ea reliquit Ecclesiæ tenenda; quæ Turcarū temporibus, qui tūc fuerat Patriarcha, tenuerat, & sancta Ecclesia cū amplius honorari, & exaltari debuerat: tunc majora desolationis, & confusionis suæ opprobria sustinuit. Resipuit ille tamen, & per misericordiam Dei, ab impietatis desistens proposito, in die Purificationis Mariæ Virginis, de Ioppe quartam partem Ecclesiæ sancti sepulchri dedit: & pòst, in die Paschalis solemnitatis, jam ultrà superbè sapere, aut in seculari pompa confidere respuens, divino nutu cōpunctus, cuncta quæ juris erant ecclesiæ, liberè reddidit: & homo sancti Sepulchri ac noster affectus, fideliter se Deo & nobis à modò militaturum spopondit. Reddidit itaque nostræ potestati Turrim David cum tota Hierosolymitana urbe.

urbe, ejusque pertinentiis, & quod in Ioppe tenebat: sic tamen, ut ob rerum temporalium insufficientiam, nostrâ concessione ipse hæc tàm diu teneret, donec illum Deus in captione Babylonis, aut aliarum urbium amplificasset. Si autem absque hærede masculo moreretur, hæc omnia absque ulla contradictione Ecclesiæ redderentur. Hæc omnia, cùm in præsentia totius Cleri & populi, in die solemni Paschæ ante sacrosanctum sepulchrum confirmasset: & in lecto ægritudinis, de qua mortuus est, coram multis & probatis testibus, ipse constituit. Quo defuncto, Comes Garnerius ut hostis contra Ecclesiam Dei insurgens, fidem & pactum justitiæ nihili pendens, Turrim David contra nos munivit; & Legatis suis ad Balduinum directis, mandat, uti Ecclesiam Dei direpturus, resque eius violenter occupaturus, quantocyùs veniat. Vndè judicio Dei percussus, quarto post obitum Ducis die obiit: hoc autem ipso mortuo, viri ignobiles, ac de plebe, adhuc eandem Turrim cum tota urbe occupantes tenent; adventum Balduini, ad ruinam ecclesiæ, & totius Christianitatis interitum præstolantes. At ego, qui solius Dei clementiæ, tuæque dilectioni, fili charissime, sum relictus; miseriis omnibus, calumniis insidiantium mihi malignorum circumventus, tibi soli, quia in te solo post Deum confido, & spei meæ anchoram, in tuæ dilectionis soliditate figo: tibi, inquam, soli quas patior ærumnas, imò quas Ecclesia patitur, voce flebili, & anxia pietate, & cogitatione refero. Tu autem si quid pietatis habes, & nisi paternæ gloriæ vis esse degener filius; qui tyrannica crudelitate, clausum ab im-

piâ manu Dominum Apoſtolicum Gregorium, de Vrbe Roma eripuit, unde memorabile ſæculis omnibus nomen meruit: omni occaſione remotâ, feſtina venire, & terræ, regniq; tui curâ in militibus tuis prudentioribus ſapienter diſpoſitâ, ſanctæ Eccleſię miſerabiliter laboranti, miſericorditer ſuccurre. Et certè ſcis ipſe, quoniam auxilium tuum conſiliumq; promiſeris, & debitorem ſanctæ Eccleſiæ, ac mihi ſponte tuâ feceris. Scribe igitur ad Balduinum literas, interdicens ei, nè ſine licentiâ noſtrâ, & legatione (cùm ille tecum, in Patriarcham, & Rectorem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ me elegerit) ſanctam Eccleſiam devaſtaturus, & res ejus occupaturus ullo modo veniat: monſtrans ei, quoniã ignorabile eſt, tot vos pro eâdem Eccleſia labores ſuſtinuiſſe, totq; pericula, ut illa libera fieret, non ut nunc vilis & abjecta ſervire cogatur illis, quibus dominari & præeſſe jure materno debet: quod ſi ille juſtitiæ reſiſtens, & rationabilibus acquieſcere noluerit; per eam, quàm beato Petro debes obedientiam, conteſtor, ut quibuſcunq; modis vales, aut etiam ſi neceſſe ſit, armis adventum ejus impedias. Quidquid autem ſuper iis, quæ mando, tu facturus ſis: galea tuâ, ad me ſub feſtinatione miſsâ per hunc eundem, quem ad te mitto nuntium, mihi chariſſime, manifeſta. Hucuſq; Patriarcha Hieroſolymorum ad Principem Antiochiæ Boamundũ. Sed hanc epiſtolam ad eum non perveniſſe, Tyrius exiſtimat: eò quòd inter hæc, idem Princeps, eodem menſe, quo obiit Godefredus, dum invaſurus pergeret Meſopotamiam, interceptus inſidiis, ab hoſtibus captus eſt. Quomodo autem

tem dolo adversariorum Hierosolymis, idem Patriarcha pulsus, Romam ad Paschalem Pontificē venerit, memorat Baronius:sub A.C.1104. & 1107. Ac dicto A. C.1100. n. 34. porrò subjungit:Et quàm malè meritus de acceptis à Deo beneficiis Balduinus, sui Principatus auspicatur exordia, ut iram offensi numinis in se converteret: ita mala jaciens sui regiminis fundamenta, non nisi cum labore & dolore regnavit. Ut nihil sibi ipsis Principes infeliciùs consulant, quàm Ecclesiastica jura deprimere, & sic sibi omnia vendicare. Qui enim lacessit Ecclesiam, sibi quidem Deum adversarium constituere & ultorem, innumera docent exempla, sed ex iis, quæ suprà sub Godofredo, num. 6. dicta sunt, patescit; Patriarcham sine fundamento, nimis ampla sibi asseruisse jura: & etiam Balduinus limites Iustitiæ excessit; dum nimium favit Arnulfo, homini pessimo, adversario Daiberti. Tyrius lib. 10. c. 2.

6. Quomodo autem increbruerint mali mores, quodq; tum tàm Patriarcha, quàm ipse Rex, corruptioni huic fecerit initium, refert Tyrius, lib. 11. c. 15. 19. & 21. Per idem, inquiens, tempus, mortuus est Gibelinus, bonæ memoriæ, Hierosolymorum Patriarcha: cui substitutus, invità (ut credimus) divinitate, Arnulfus, Hierosolymitanus Archidiaconus; qui vulgò cognominatus est, Mala Corona. Sed propter peccata populi, patitur Deus regnare hypocritam. Hic sicuti & priùs, se ipsum continuans, multa pessima gessit opera. Nam inter cetera neptem suam, apud Eustachium Grener, unum de majoribus regni principibus, nobilium duarum urbium dominum.

dominum. Sydonis videlicet & Cæsareæ, nuptui collocavit; cùm eâ conferens Ecclesiastici patrimonii optimas portiones: Hiericho videlicet, cum omnibus pertinentiis suis, cujus tum reditus annualis, quinque millium aureorum fuisse dicebatur. Fuit autem & in sua pontificatu conversationis immundæ; ita ut ejus vulgò pateret ignominia. Cui rei colorem quærens, ordinem, quem primi principes, studiosè, & cum multâ deliberatione in Ecclesiâ Hierosolymitanâ instituerant, Regulares Canonicos introducendo commutavit. Regem etiam ad hoc impulit, ut vivente adhuc uxore suâ aliam duceret, sicut in sequentibus dicetur. Interim, Anno ab incarnatione Domini millesimo, centesimo, decimo tertio, ut anteà sæpiùs, iterùm de Perside (quæ mala semper consuevit effundere germina, ex quâ, tanquàm ex fonte pernicioso, aquæ solent pestilentes derivare) multitudo infanda prorupit, sub principe potentissimo, & titulis generositatis præclaro, Menduc nomine: tantum secum trahens numerositatem, ut eorum neque numerus certus esset, neque finis. Hi mediis transcursis regionibus, ad Euphratem pervenerunt, novis utentes consiliis. Nam qui eos de eodem populo præcesserant, sæpiùs circa partes Antiochenas, vires suas consueverant primùm experiri; his autem, sicut ex pòst facto patuit, longè alia mens, & propositum erat dissimile: nam omnem Cælesyriam pertranseuntes, relictâ à sinistris Damasco, inter Libanum & oram maritimam, Tiberiadem prætereuntes, circa pontem, sub quo Iordanis defluit, castra metati sunt. Quod audiens Rex, cognito, quòd

de infinitâ multitudine præsumerent, dominum Rogerum Antiochenorum Principem, Comitemque Tripolitanum, in suum evocat subsidium; tamen antequàm illi convenirent, ipse cum suis expeditionibus, in vicino eius loco castra posuerat: quod hostibus ut innotuit, emissis de exercitu equitum duobus millibus, intelligentes magis opus esse industriâ, quàm viribus, mille quingentos ex eis, præcipiunt latere in insidiis; quingentos verò reliquos, procedere iubent longiùs, & quasi se habentes incautiùs, Regem cum suis insequendo irritare. Quod non longè ab eorum proposito, certum est accidisse. Nam prædictos quingentos, quasi incautiùs se habentes, & progressos lōgiùs, Rex cōsiderans, & impetuosè suos convocans, illis procedit obviàm, & versos in fugam prosequens, imprudentius in eorum decidit insidias: quibus ex suis latebris egredientibus, facta est hostium ingens multitudo: collectisq; & ad se revocatis quingentis prioribus, in nostros irruūt impetu vehementi. Quibus cùm nostri tentarent resistere, & gladiis à se propulsare, protervius instantes, oppressi multitudine fugam inire compelluntur, quam nec etiam tutam reperiunt: nam fugientium facta est strages maxima, ita ut Rex ipse, relicto vexillo, quod gestabat in manibus, & Arnulfus Patriarcha, qui cum eo erat, & alii Regni Principes, relictis castris, & impedimentis omnibus, vix evaserint. Obtinuerunt ergò hostes, Christianorum castra; & facta est, peccatis eorum exigentibus, confusio multa, in populo Dei. Idq; totum Regi ascribebatur, quod impetuosè nimis, & de suâ virtute plùs æquo confidens,

dens, convocata noluit auxilia præstolari. Ceciderunt illâ die, de equitibus Christianorum triginta; de peditibus verò, mille ducenti. His ita gestis, affuerunt Princeps Antiochenus, Comesque Tripolitanus, cognitoque casu, qui acciderat, Regem arguunt, tanquàm nimis præcipitem; tandemque redeuntes in unum, in montibus vicinis castra locant, undè erat inferiùs in valle, hostium exercitus contueri. Illi autem scientes reliquas Regni partes, militiâ vacare, missis de suo exercitu ad varias partes, terram universam cœperunt percursitare: cædes passim per vias publicas operari, incendia procurare, effringere suburbana, captivare colonos; ita liberè per universam se habere Regionem, tanquàm sibi omnia subjecissent. Recesserant etjam à nobis per illos dies, nostri domestici, & suburbanorum nostrorum, quæ casalia dicuntur, habitatores Sarraceni: & hostium adjuncti cohortibus, alios erudiebant in nostram perniciem; qui tantò id melius facere poterant, quantò status nostri pleniorem habebant scientiam. Nulla enim pestis efficacior ad nócendū, quàm familiaris inimicus. His ergò ducibus hostes freti, & eorum fortiores facti solatio, villas circuibant & castella, prædas, & mancipia secum trahentes. Tantusque horror Regnum occupaverat universum, ut extra mœnia nemo prorsus auderet comparere. Dum autem hisce in periculis, Regnum universum, ipsaq; urbs, ab Ascalonitis divexaretur: affuit nuncius, Regi significans, quòd Comitissa Siciliæ, apud urbem Acconensem applicuerat. Fuerat prædicta Comitissa, Rogeri Comitis, qui cognominat⁹ est Bur-

sa, qui frater fuit Roberti Guischardi, uxor nobilis, & potens, & dives matrona. Ad hanc anno proximè præterito, quosdam nobiles, de regno suo Rex direxerat, invitans eam, & cum instantiâ postulans, ut cum eo, lege conjugali vellet convenire. Quæ verbum filio communicans, videlicet Rogero, qui posteà fuit Rex Siciliæ, cœpit cum eodem de verbo illo deliberare: & tandem visum est ambobus, quòd si Rex, sub certis conditionibus prædictum verbum vellet cōfirmare, ipsi petitionis ejus parati erant acquiescere. Forma autem conditionum hæc erat: Quòd si Rex ex prædictâ Comitissâ prolem susciperet, ei post Regis obitum, sine contradictione & molestiâ Regnum concederetur: quod si absque hærede ex eâdem Comitissâ suscepto defungeretur; Comes Rogerus filius ejus, hæres existeret; & in Regno, sine contradictione & molestiâ, Rex futurus succederet. Rex autem abeuntibus legatis in mandatis dederat, ut quibuscunq; petitionibus parentes, eam secum modis omnibus deducere laborarent. Audierat enim, & verè scierat, quod mulier locuples erat, & filio accepta, bonis omnibus abundabat. Ipse verò è converso, pauper erat & tenuis, vix ad necessitates quotidianas, & equitum stipendia, sibi poterat sufficere: vndè & de illius redundantiâ, suæ sitiebat inopiæ subveniri. Missi igitur legati, conditiones prædictas gratanter suscipiunt: & interpositis juramentis, prout exigebantur, quòd his pactis à Rege, & suis Principibus, bonâ fide, sine fraude & dolo malo, staretur; Comitissa, filio universa necessaria suggerente, se accingit ad iter, & oneratis navibus frumento, vino & oleo, & salsis carnibus, armis præterea

& equitaturis egregiis, assumens secum infinitam pecuniam, omnibus eam prosequentibus copiis, appulit Palæstinam. Hæc autem, ut prædictum est, Arnulfi patriarchæ machinabatur malitia, ut illa nobilis & honesta deciperetur fæmina. Deceptam quippè negare non possumus eam, quæ in simplicitate viarum suarum, Regem putabat idoneam gerere personam, ad hoc, ut ei nuberet legitimè. Erat autem longè secùs: nam uxor, quam ipse apud Edessam legitimè duxerat, adhûc in rebus agebat humanis. Postquàm ergò applicuit dicta Comitissa, præsente Rege Patriarchâ, & Regni Principibus, innovata sunt juramenta; juxta eandem formam, quâ prius in Siciliâ fuerant exhibita. Et quia intentione sinistrâ, & oculo non simplici, hæc fuerant inchoata; respiciens Dominus ad eorũ intentionem; nec solitam mulieri, licet innocenti, in Regno concessit fœcunditatẽ: & extrema hujus gaudii luctus occupavit. Difficile e[illegible]nim, ut bono claudantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. De hisce ita Baronius, A. C 1113. n. 4 Hoc anno execrabile illud facinus perpetratur, ut Arnulpho Hierosolymitano Patriarchâ agente, Balduinus, vivente adhuc primâ conjuge; duceret in uxorem Comitissam Siciliæ: quæ uxor fuerat Rogerii Comitis. Ita infenso numine res Christianorum cœperunt in deterius labi. De impietate porrò, artibusque Arnulfi, ita Wilhelmus Tyrius lib. 11. c. 26. Eodem tempore Papa Paschalis, auditis enormitatibus Arnulphi Patriarchæ, & de ejus immundâ conversatione, pleniùs edoctus: Legatum dirigit ad partes Syriæ, quemdam virum venerabi-

lem, & multâ religione conspicuum, Arausicensem Episcopum: qui ad partes eas perveniens; convocato universi regni Episcoporũ Concilio, prædictum Arnulphum coram se astare præcepit: tandemq; meritis exigentibus, auctoritate sedis Apostolicæ, ab officio Pontificali deposuit. Ille autem, adhuc fiduciam habens in suis præstigiis, quibus penè universorum subvertebat animos, transfretare coactus, ad Romanam perrexit Ecclesiam: ubi domini Papæ, & totius Ecclesiæ blandis verbis, & largâ munerum profusione, religionem circumveniens; cum gratiâ Sedis Apostolicæ remeavit ad propria: sedem obtinens Hierosolymitanam, eâdem vivendi licentiâ, quâ priùs meruerat depositionem.

7. At de pœnitentia Balduini, hæc habet Tyrius lib. 11. c. 29. Hierosolymam (ex peregrinatione, quam susceperat ad Mare Rubrum) rediens Rex gravi ex insperato correptus est ægritudine: quâ cum supra vires defatigaretur, & timeret deficere, læsam habens conscientiam, super eo, quòd legitimâ uxore injustè abjectâ, aliam superduxerat: corde compunctus, & facti pœnitens, viris religiosis, & Deum timentibus aperiens conscientiam, reatum confessus est: satisfactionem promittens. Cui cum pro consilio daretur, ut Reginam, quàm superduxerat, à se dimitteret, abjectâ verò ad Regiam, unde deciderat, revocaret dignitatem, acquievit; & quòd ita facturus esset, si vita ei concederetur productior, voto se obligavit. Quod præstitit, dum Reginam, quam superinduxerat, in Siciliam dimisit: verum quòd prior dimissa fuerit revoca-

ta,

ta, non legimus. De morte autem Balduini ita idem Tyrius lib. 11. c. ult. Vt Ægyptiis vicem refunderet pro iis, quæ in regno sæpius commiserant, cum ingentibus copiis, descendit Rex in Ægyptum, & urbem antiquissimam, Pharamiam nomine, confregit violenter; & confractæ copias suis commilitonibus dedit in prædam. Est autem Pharamia urbs antiqua, in littore maris sita: non longè ab ostio Nili, quod Carabeix dicitur. Captâ igitur urbe, egressus Rex ad prædictum ostiū Nili; admiratus est aquarū, quas priùs non viderat, fluenta; eoq; maximè, quòd Nilus, cujus portionem alveus ille, usq; in mare deducit, unum de quatuor Paradisi fluminibus esse, creditur. Captis igitur de piscibus, quorum illic maxima est copia; in urbem; quam occupaverant redeunt, & parato prandio, refecti sunt ex eis. Cumq; Rex surrexisset à cœnâ, sensit se dolore plurimo interiùs prægravari; & recrudescente antiqui vulneris molestiâ, cœpit laborare vehementiùs: ita ut de vitâ periclitans desperaret. Indicto igitur legionibus, per vocem præconiam reditu; Rege, ægritudine invalescente, eatenùs debilitato, ut equitare non posset, lecticam instruunt: eumq; in eâ, anxiè laborantem collocant. Sicque continuatis itineribus, transcursâ ex parte solitudine, quæ inter Aegyptum & Syriam media diffunditur; Laris, antiquam ejusdem solitudinis urbem perveniunt maritimam. Vbi morbo superatus Rex, ad extremum veniens, in fata concessit: unde lugentibus, & præ doloris angustiâ deficientibus legionibus; Hierosolymam deportatus est. Et eâ dominicâ, quæ dicitur in Ramis palmarum, per

vallem Iosaphat, ubi de more populus ad diem festum convenerat, in urbem introductus, & juxta fratrem sub Calvaria, in loco, qui Golgotha dicitur, regiâ magnificentiâ sepultus est. Mortuus est autem ab incarnatione Domini 1118. Regni ejus octavo decimo.

Balduinus Godofredo fratri succedit. 1. 2.

Balduini educatio, mores, & uxores. 2.

Non Castus; sed tamen cautus fuit Balduinus. 2.

De origine ordinum S. Iohannis, Templariorum, & Teutonicorum. 3.

Altera expeditio Christianorum in Syriam; sed infelicissima: & de perfidia Alexii Imp. Constantinopolitani. 4.

Variat Fortuna belli: ita ut ex inde de veritate Religionis, vix judicium sumi possit. 4.

Pro veritate Religionis prætendere bellum, & impiè etiam cum amicis agere; turpissimum est, & omen admodum infaustum, 4.

Dissidia inter Patriarcham & Regem. 5.

Rixæ, & turbæ inter Clericos, & seculares; initium & præsagium ruinæ Regni Hierosolymitani. 5.

Excessus & peccata tam Patriarchæ, quàm Regis, clades procurant: & Regnum turbant. 6.

Balduinus Bigamus. 6.

Pœnitentiam agit, & moritur. 7.

III. *Balduinus de Burgo ejus nominis II.*

A. C. 1118.

SUccessit Balduino I. ejusdem nominis alter Balduinus, superioris Balduini, ut Mich Ritius, *lib D. Reg. Hierosol.* scribit, consobrinus Hunc vulgò Balduinum de Burgo vocant. Eumque Albertus Aquensis,

quenſis, *lib. 7. cap. 3.* patre Hugone, Comite de Rorſtet, natum ait Tyrius, comitatum illum Reteſtanum vocat, atque in Remenſi Diœceſi collocat: idemq; huicce Balduino, attribuit Aculei cognomentũ.

2. Verba Tyrii, lib. 12. cap. 1. &c. ita ſe habent: Secundus Hieroſolymorum Rex, ex Latinis fuit Balduinus de Burgo, qui cognominatus eſt Aculeus; vir religioſus, ac timens Deum, fide cōſpicuus, in re militari exercitatus plurimùm. Hic fuit natione Francus, de Epiſcopatu Remenſi, filius Hugonis comitis de Reteſt, & Miliſendis præclaræ Comitiſſæ. Hic vivente adhuc patre cum aliis nobilibus, qui iter Hieroſolymitanum arripuerant, in comitatu Ducis Godefridi, cujus erat conſanguineus; eandem viam, eâ devotione, quâ alii ingreſſus eſt, Balduino igitur piæ & illuſtris memoriæ Godofridi fratre, poſt fratris obitum ad regnum Hieroſolymorũ vocato, & in regni ſolio ſolēniter collocato; hic (de quo nobis eſt in præſentia ſermo) tradēte Rege, qui conſanguineus ejus erat, in comitatu Edeſſano ſucceſſit: quem annis decem & octo, & aliquid amplius, ſtrenuè & feliciter adminiſtravit. Anno autem ſui Comitatus octavo decimo, regione ſuâ in optatâ tranquillitate locatâ, propoſuit, Hieroſolymorum regem, conſanguinem & bene factorē ſuum, & loca ſancta, devotionis gratiâ viſitare. Ordinatis igitur ad iter neceſſariis, commiſsâq; fidelibus ſuis, de quorũ fide, & induſtriâ plenius confidebat, regione, tanquàm vir providus & plenè circumſpectus, viam deſtinatam, adjuncto ſibi honeſto comitatu, aggre-

ditur. Dumq; iter prosequeretur in cœptum, ecce nuncius occurrit, denuncians quòd dominus Rex in Aegypto, ultimum fato clauserat diem. Quo audito, plurimùm de morte domini & consanguinei sui, sicut nec mirum erat, consternatus; nihil tamen ab incepto destitit itinere, sed Hierosolymam maturatis gressibus contendit. Ad quam cum pervenisset, accidit casu, quòd in die festo, qui dicitur Ramis palmarum, cum de more populus universus in vallem Iosaphat convenisset, ad solemnem & celebrem tantæ diei processionem; subitò ex una parte Comes cum suis ingrederetur, & è regione, domini Regis funus, cum exequiis importaretur. Introducto igitur funere regio, in sanctam civitatem, & in Ecclesiâ Dominici Sepulchri juxta fratrem, ante locum, qui dicitur Golgatha, sub monte Calvariæ, honorificè sepulto: convenerunt, qui aderant de Majoribus regni, Episcopi, Archiepiscopi, & alii Ecclesiarum prælati, unà cum Arnulfo Patriarcha; & de laicis principibus nonnullis; inter quos vir erat industrius, Ioscelinus, potens in opere & sermone, Tyberiadensis Dominus. Habitaq; deliberatione de instanti negotio, varias promunt sententias: dicentibus aliis; Expectandum esse Eustachium comitem, (defuncti Regis fratrem) nec interrumpendam hereditariæ successionis antiquissimam legem: specialiter, cum bonæ memoriæ fratres ejus congruo, & cunctis placato moderamine, regnum feliciter administrâssent. Aliis dicentibus, Negocia regni, & continuam necessitatem, non posse pati has dilationes, nec indulgere tantas [illegible]erias; sed maturandum esse, ut regioni citiùs

consu-

consulatur, ne forte si incubuerit necessitas, non sit qui exercitus educat & reducat, & Regni procuret negocia; & pro ducis inopiâ Regni status periclitetur. Hanc partium fluctuationem & votorum repugnantiam, prætentata domini Patriarchæ, & ad se inclinatâ mente, prædictus Ioscelinus, qui maximę erat in Regno auctoritatis, illorum juvans partem, qui dicebant Regem statim esse ordinandum, diremit, dicens: Præsentem esse comitem Edessanum, virum justum & timoratum; domini Regis consanguineum, armis strenuum, per omnia commendabilem; quo meliorem nulla regio, nulla provincia posset ministrare. Commodius esse ipsum in Regem assumere, quàm casus periculosiores expectare. Erant itaq; multi, qui de sinceritate fidei, arbitrabantur Ioscelini verba procedere; scientes quòd non multò antè, dominus Comes, haut prout ille volebat eum tractasset: & illud reputantes, quòd proverbialiter dici solet, Omnis laus vera est ab hoste: nescientes quòd aliò ejus properaret intentio, fidem verbis ejus habentes, præstabant conniventiam. Ipse autem, ut dicebatur, aliter affectus erat: nam spe futuræ in Comitatum successionis, dominum Comitem in Regnum introducere nitebatur. Arnulfo igitur patriarchâ, & Ioscelino hanc opinionem amplectentibus, reliqui facilè in eandem inducti sunt: & pari voto, & unanimi consensu, eum in Regem eligentes, in die sanctæ Resurrectionis, qui proximè secutus est, solemniter, & ex more inunctus & consecratus est; & diadematis insigne regium suscepit. Quæcunq; autem Patriarchæ, aut Ioscelini in eo facto fuerit inten-

tem dolo adversariorum Hierosolymis, idem Patriarcha pulsus, Romam ad Paschalem Pontificē venerit, memorat Baronius: sub A. C. 1104. & 1107. Ac dicto A. C. 1100. n. 34. porrò subjungit: Et quàm malè meritus de acceptis à Deo beneficiis Balduinus, sui Principatus auspicatur exordia, ut iram offensi numinis in se converteret: ita mala jaciens sui regiminis fundamenta, non nisi cum labore & dolore regnavit. Ut nihil sibi ipsis Principes infeliciùs consulant, quàm Ecclesiastica jura deprimere, & sic sibi omnia vendicare. Qui enim lacessit Ecclesiam, sibi quidem Deum adversarium constituere & ultorem, innumera docent exempla, sed ex iis, quæ suprà sub Godofredo, num. 6. dicta sunt, patescit; Patriarcham sine fundamento, nimis ampla sibi asseruisse jura: & etiam Balduinus limites Iustitiæ excessit; dum nimium favit Arnulfo, homini pessimo, adversario Daiberti. Tyrius lib. 10. c. 2.

6. Quomodo autem increbruerint mali mores, quodq; tum tàm Patriarcha, quàm ipse Rex, corruptioni huic fecerit initium, refert Tyrius, lib. 11. c. 15. 19. & 21. Per idem, inquiens, tempus, mortuus est Gibelinus, bonæ memoriæ, Hierosolymorum Patriarcha: cui substitutus, invitâ (ut credimus) divinitate, Arnulfus, Hierosolymitanus Archidiaconus; qui vulgò cognominatus est, Mala Corona. Sed propter peccata populi, patitur Deus regnare hypocritam. Hic sicuti & priùs, se ipsum continuans, multa pessima gessit opera. Nam inter cętera neptem suam, apud Eustachium Grener, unum de majoribus regni principibus, nobilium duarum urbium dominum,

dominum. Sydonis videlicet & Cæsareæ, nuptui collocavit; cùm eâ conferens Ecclesiastici patrimonii optimas portiones: Hiericho videlicet, cum omnibus pertinentiis suis, cujus tum reditus annualis, quinque millium aureorum fuisse dicebatur. Fuit autem & in sua pontificatu conversationis immundæ; ita ut ejus vulgò pateret ignominia. Cui rei colorem quærens, ordinem, quem primi principes, studiosè, & cum multâ deliberatione in Ecclesiâ Hierosolymitanâ instituerant, Regulares Canonicos introducendo commutavit. Regem etiam ad hoc impulit, ut vivente adhuc uxore suâ aliam duceret, sicut in sequentibus dicetur. Interim, Anno ab incarnatione Domini millesimo, centesimo, decimo tertio, ut anteà sæpiùs, iterùm de Perside (quæ mala semper consuevit effundere germina, ex quâ, tanquàm ex fonte pernicioso, aquæ solent pestilentes derivare) multitudo infanda prorupit, sub principe potentissimo, & titulis generositatis præclaro, Menduc nomine: tantum secum trahens numerositatem, ut eorum neque numerus certus esset, neque finis. Hi mediis transcursis regionibus, ad Euphratem pervenerunt, novis utentes consiliis. Nam qui eos de eodem populo præcesserant, sæpiùs circa partes Antiochenas, vires suas consueverant primùm experiri; his autem, sicut ex pòst facto patuit, longè alia mens, & propositum erat dissimile: nam omnem Cælesyriam pertranseuntes, relictâ à sinistris Damasco, inter Libanum & oram maritimam, Tiberiadem prætereuntes, circa pontem, sub quo Iordanis defluit, castra metati sunt. Quod audiens Rex, cognito, quòd

de infinitâ multitudine præsumerent, dominum Rogerum Antiochenorum Principem, Comitemque Tripolitanum, in suum evocat subsidium; tamen antequàm illi convenirent, ipse cum suis expeditionibus, in vicino eius loco castra posuerat: quod hostibus ut innotuit, emissis de exercitu equitum duobus millibus, intelligentes magis opus esse industriâ, quàm viribus, mille quingentos ex eis, præcipiunt latere in insidiis; quingentos verò reliquos, procedere iubent longiùs, & quasi se habentes incautiùs, Regem cum suis insequendo irritare. Quod non longè ab eorum proposito, certum est accidisse. Nam prædictos quingentos, quasi incautiùs se habentes, & progressos lõgiùs, Rex cõsiderans, & impetuosè suos convocans, illis procedit obviàm, & versos in fugam prosequens, imprudentius in eorum decidit insidias: quibus ex suis latebris egredientibus, facta est hostium ingens multitudo: collectisq; & ad se revocatis quingentis prioribus, in nostros irruũt impetu vehementi. Quibus cùm nostri tentarent resistere, & gladiis à se propulsare, proterviùs instantes, oppressi multitudine fugam inire compelluntur, quam nec etiam tutam reperiunt: nam fugientium facta est strages maxima, ita ut Rex ipse, relicto vexillo, quod gestabat in manibus, & Arnulfus Patriarcha, qui cum eo erat, & alii Regni Principes, relictis castris, & impedimentis omnibus, vix evaserint. Obtinuerunt ergò hostes, Christianorum castra; & facta est, peccatis eorum exigentibus, confusio multa, in populo Dei. Idq; totum Regi ascribebatur, quod impetuosè nimis, & de suâ virtute plùs æquo confidens,

dens, convocata noluit auxilia præstolari. Ceciderunt illâ die, de equitibus Christianorum triginta; de peditibus verò, mille ducenti. His ita gestis, affuerunt Princeps Antiochenus, Comesque Tripolitanus, cognitoque casu, qui acciderat, Regem arguunt, tanquàm nimis præcipitem; tandemque redeuntes in unum, in montibus vicinis castra locant, undè erat inferiùs in valle, hostium exercitus contueri. Illi autem scientes reliquas Regni partes, militiâ vacare, missis de suo exercitu ad varias partes, terram universam cœperunt percursitare: cædes passim per vias publicas operari, incendia procurare, effringere suburbana, captivare colonos; ita liberè per universam se habere Regionem, tanquàm sibi omnia subjecissent. Recesserant etjam à nobis per illos dies, nostri domestici, & suburbanorum nostrorum, quæ casalia dicuntur, habitatores Sarraceni: & hostium adjuncti cohortibus, alios erudiebant in nostram perniciem; qui tantò id melius facere poterant, quantò status nostri pleniorem habebant scientiam. Nulla enim pestis efficacior ad nocendū, quàm familiaris inimicus. His ergò ducibus hostes freti, & eorum fortiores facti solatio, villas circuibant & castella, prædas, & mancipia secum trahentes. Tantusque horror Regnum occupaverat universum, ut extra mœnia nemo prorsus auderet comparere. Dum autem hisce in periculis, Regnum universum, ipsaq; urbs, ab Ascalonitis divexaretur: affuit nuncius, Regi significans, quòd Comitissa Siciliæ, apud urbem Acconensem applicuerat. Fuerat prædicta Comitissa, Rogeri Comitis, qui cognominat' est Bur-

& equitaturis egregiis, assumens secum infinitam pecuniam, omnibus eam prosequentibus copiis, appulit Palæstinam. Hæc autem, ut prædictum est, Arnulfi patriarchæ machinabatur malitia, ut illa nobilis & honesta deciperetur fœmina. Deceptam quippè negare non possumus eam, quæ in simplicitate viarum suarum, Regem putabat idoneam gerere personam, ad hoc, ut ei nuberet legitimè. Erat autem longè secùs: nam uxor, quam ipse apud Edessam legitimè duxerat, adhùc in rebus agebat humanis. Postquàm ergò applicuit dicta Comitissa, præsente Rege Patriarchâ, & Regni Principibus, innovata sunt juramenta; juxta eandem formam, quâ prius in Siciliâ fuerant exhibita. Et quia intentione sinistrâ, & oculo non simplici, hæc fuerant inchoata; respiciens Dominus ad eorũ intentionem; nec solitam mulieri, licet innocenti, in Regno concessit fœcunditatem: & extrema hujus gaudii luctus occupavit. Difficile enim, ut bono claudantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. De hisce ita Baronius, A. C. 1113. n. 4 Hoc anno execrabile illud facinus perpetratur, ut Arnulpho Hierosolymitano Patriarchâ agente, Balduinus, vivente adhuc primâ conjuge, duceret in uxorem Comitissam Siciliæ: quæ uxor fuerat Rogerii Comitis. Ita infenso numine res Christianorum cœperunt in deterius labi. De impietate porrò, artibusque Arnulfi, ita Wilhelmus Tyrius lib. 11. c. 26. Eodem tempore Papa Paschalis, auditis enormitatibus Arnulphi Patriarchæ, & de ejus immundâ conversatione, pleniùs edoctus: Legatum dirigit ad partes Syriæ, quemdam virum venerabi-

lem, & multâ religione conspicuum, Arausicensem Episcopum: qui ad partes eas perveniens; convocato universi regni Episcoporũ Concilio, prædictum Arnulphum coram se astare præcepit: tandemq; meritis exigentibus, auctoritate sedis Apostolicæ, ab officio Pontificali deposuit. Ille autem, adhuc fiduciam habens in suis præstigiis, quibus penè universorum subvertebat animos, transfretare coactus, ad Romanam perrexit Ecclesiam: ubi domini Papæ, & totius Ecclesiæ blandis verbis, & largâ munerum profusione, religionem circumveniens; cum gratiâ Sedis Apostolicæ remeavit ad propria: sedem obtinens Hierosolymitanam, eâdem vivendi licentiâ, quâ priùs meruerat depositionem.

7. At de pœnitentia Balduini, hæc habet Tyrius lib. 11. c. 29. Hierosolymam (ex peregrinatione, quam susceperat ad Mare Rubrum) rediens Rex gravi ex insperato correptus est ægritudine: quâ cum supra vires defatigaretur, & timeret deficere, læsam habens conscientiam, super eo, quòd legitimâ uxore injustè abjectâ, aliam superduxerat: corde compunctus, & facti pœnitens, viris religiosis, & Deum timentibus aperiens conscientiam, reatum confessus est: satisfactionem promittens. Cui cum pro consilio daretur, ut Reginam, quàm superduxerat, à se dimitteret, abjectâ verò ad Regiam, unde deciderat, revocaret dignitatem, acquievit; & quòd ita facturus esset, si vita ei concederetur productior, voto se obligavit. Quod præstitit, dum Reginam, quam superinduxerat, in Siciliam dimisit: verum quòd prior dimissa fuerit revoca-

ta,

ta, non legimus. De morte autem Balduini ita idem Tyrius lib. 11. c. ult. Vt Ægyptiis vicem refunderet pro iis, quæ in regno sæpius commiserant, cum ingentibus copiis, descendit Rex in Ægyptum, & urbem antiquissimam, Pharamiam nomine, confregit violenter; & confractæ copias suis commilitonibus dedit in prædam. Est autem Pharamia urbs antiqua, in littore maris sita: non longè ab ostio Nili, quod Carabeix dicitur. Captâ igitur urbe, egressus Rex ad prædictum ostiū Nili; admiratus est aquarū, quas priùs non viderat, fluenta; eoq; maximè, quòd Nilus, cujus portionem alveus ille, usq; in mare deducit, unum de quatuor Paradisi fluminibus esse, creditur. Captis igitur de piscibus, quorum illic maxima est copia; in urbem; quam occupaverant redeunt, & parato prandio, refecti sunt ex eis. Cumq; Rex surrexisset à cœnâ, sensit se dolore plurimo interiùs prægravari; & recrudescente antiqui vulneris molestiâ, cœpit laborare vehementiùs: ita ut de vitâ periclitans desperaret. Indicto igitur legionibus, per vocem præconiam reditu; Rege, ægritudine invalescente, eatenùs debilitato, ut equitare non posset, lecticam instruunt: eumq; in eâ, anxiè laborantem collocant. Sicque continuatis itineribus, transcursâ ex parte solitudine, quæ inter Aegyptum & Syriam media diffinditur; Laris, antiquam ejusdem solitudinis urbem perveniunt maritimam. Ibi morbo superatus Rex, ad extremum veniens, in fata concessit: unde lugentibus, & præ doloris angustiâ deficientibus legionibus; Hierosolymam deportatus est. Et eâ dominicâ, quæ dicitur in Ramis palmarum, per

vallem Iosaphat, ubi de more populus ad diem festum convenerat, in urbem introductus, & juxta fratrem sub Calvaria, in loco, qui Golgotha dicitur, regiâ magnificentiâ sepultus est. Mortuus est autem ab incarnatione Domini 1118. Regni ejus octavo decimo.

Balduinus Godofredo fratri succedit. f. 2.

Balduini educatio, mores, & uxores. 2.

Non Castus; sed tamen cautus fuit Balduinus. 2.

De origine ordinum S. Iohannis, Templariorum, & Teutonicorum. 3.

Altera expeditio Christianorum in Syriam; sed infelicissima: & de perfidia Alexii Imp. Constantinopolitani. 4.

Variat Fortuna belli: ita ut exinde de veritate Religionis, vix judicium sumi possit. 4.

Pro veritate Religionis prætendere bellum, & impiè etiam cum amicis agere; turpissimum est, & omen admodum infaustum, 4.

Dissidia inter Patriarcham & Regem. 5.

Rixæ, & turbæ inter Clericos, & seculares; initium & præsagium ruinæ Regni Hierosolymitani. 5.

Excessus & peccata tam Patriarchæ, quàm Regis, clades procurant: & Regnum turbant, 6.

Balduinus Biganus. 6.

Pœnitentiam agit, & moritur. 7.

III. *Balduinus de Burgo ejus nominis II.*

A. C. 1118.

Successit Balduino I. ejusdem nominis alter Balduinus, superioris Balduini, ut Mich Ritius, *lib D. Reg. Hierosol.* scribit, consobrinus Hunc vulgò Balduinum de Burgo vocant. Eumque Albertus Aquensis,

quensis, *lib. 7. cap. 3.* patre Hugone, Comite de Rorstet, natum ait. Tyrius, comitatum illum Retestanum vocat, atque in Remensi Diœcesi collocat: idemq; huicce Balduino, attribuit Aculei cognomentū.

2. Verba Tyrii, lib. 12. cap. 1. &c. ita se habent: Secundus Hierosolymorum Rex, ex Latinis fuit Balduinus de Burgo, qui cognominatus est Aculeus; vir religiosus, ac timens Deum, fide cōspicuus, in re militari exercitatus plurimùm. Hic fuit natione Francus, de Episcopatu Remensi, filius Hugonis comitis de Retest, & Milisendis præclaræ Comitissæ. Hic vivente adhuc patre cum aliis nobilibus, qui iter Hierosolymitanum arripuerant, in comitatu Ducis Godefridi, cujus erat consanguineus; eandem viam, eâ devotione, quâ alii ingressus est, Balduino igitur piæ & illustris memoriæ Godofridi fratre, post fratris obitum ad regnum Hierosolymorū vocato, & in regni solio solēniter collocato; hic (de quo nobis est in præsentia sermo) tradēte Rege, qui consanguineus ejus erat, in comitatu Edessano successit: quem annis decem & octo, & aliquid amplius, strenuè & feliciter administravit. Anno autem sui Comitatus octavo decimo, regione suâ in optatâ tranquillitate locatâ, proposuit, Hierosolymorum regem, consanguineum & bene factorē suum, & loca sancta, devotionis gratiâ visitare. Ordinatis igitur ad iter necessariis, commissâq; fidelibus suis, de quorū fide, & industriâ plenius confidebat, regione, tanquàm vir providus & plenè circumspectus, viam destinatam, adjuncto sibi honesto comitatu, aggreditur

dicur. Dumq iter prosequeretur in cœptum, ecce nuncius occurrit, denuncians quòd dominus Rex in Aegypto, ultimum fato clauserat diem. Quo audito, plurimùm de morte domini & consanguinei sui, sicut nec mirum erat, consternatus; nihil tamen ab incepto destitit itinere, sed Hierosolymam maturatis gressibus contendit. Ad quam cum pervenisset, accidit casu, quòd in die festo, qui dicitur Ramis palmarum, cùm de more populus universus in vallem Iosaphat cõvenisset, ad solemnem & celebrem tantæ diei processionem; subitò ex una parte Comes cum suis ingrederetur, & è regione, domini Regis funus, cum exequiis importaretur. Introducto igitur funere regio, in sanctam civitatem, & in Ecclesiâ Dominici Sepulchri juxta fratrem, ante locum, qui dicitur Golgatha, sub monte Calvariæ, honorificè sepulto: convenerunt, qui aderant de Majoribus regni, Episcopi, Archiepiscopi, & alii Ecclesiarum prælati, unà cùm Arnulfo Patriarcha; & de laicis principibus nonnulli; inter quos vir erat industrius, Ioscelinus, potens in opere & sermone, Tyberiadensis Dominus. Habitaq; deliberatione de instanti negotio, varias promunt sententias: dicentibus aliis; Expectandum esse Eustachium comitem, (defuncti Regis fratrem) nec interrumpendam hereditariæ successionis antiquissimam legem: specialiter, cum bonæ memoriæ fratres ejus congruo, & cunctis placato moderamine, regnum feliciter administrâssent. Aliis dicentibus, Negocia regni, & continuam necessitatem, non posse pati has dilationes, nec indulgere tantas erias; sed maturandum esse, ut regioni citiùs consu-

consulatur, ne forte si incubuerit necessitas, non sit qui exercitus educat & reducat, & Regni procuret negocia; & pro ducis inopiâ Regni status periclitetur. Hanc partium fluctuationem & votorum repugnantiam, prætentata domini Patriarchæ, & ad se inclinatâ mente, prædictus Ioscelinus, qui maxime erat in Regno auctoritatis, illorum juvans partem, qui dicebant Regem statim esse ordinandum, diremit, dicens: Præsentem esse comitem Edessanum, virum justum & timoratum; domini Regis consanguineum, armis strenuum, per omnia commendabilem; quo meliorem nulla regio, nulla provincia posset ministrare. Commodius esse ipsum in Regem assumere, quàm casus periculosiores expectare. Erant itaq; multi, qui de sinceritate fidei, arbitrabantur Ioscelini verba procedere; scientes quòd non multò antè, dominus Comes, haut prout ille volebat eum tractasset: & illud reputantes, quòd proverbialiter dici solet, Omnis laus vera est ab hoste: nescientes quòd aliò ejus properaret intentio, fidem verbis ejus habentes, præstabant conniventiam. Ipse autem, ut dicebatur, aliter affectus erat: nam spe futuræ in Comitatum successionis, dominum Comitem in Regnum introducere nitebatur. Arnulfo igitur patriarchâ, & Ioscelino hanc opinionem amplectentibus, reliqui facilè in eandem inducti sunt: & pari voto, & unanimi consensu, eum in Regem eligentes, in die sanctæ Resurrectionis, qui proximè secutus est, solemniter, & ex more inunctus & consecratus est; & diadematis insigne regium suscepit. Quæcunq; autem Patriarchæ, aut Ioscelini in eo facto fuerit inten-

tio: Dominus rei eventum misericorditer convertit in bonum. Nam virum justum, pium, ac timentem Deum, Divinâ eum præveniente gratiâ, se exhibuit: eratq; vir in cunctis prosperè agens. Videtur tamen minus regularem habuisse introitum; legitimumq; regni hæredem certum est à debita successione fraudulenter exclusisse, illos qui eum promoverunt. Mortuo namque Rege, sivè de ejus supremo judicio, sivè de communi Principum regni consilio (quia neutrùm pro certo compertum habemus) missi erant quidam nobiles, & magni viri, qui ad regni successionem communi edicto citarent comitem Boloniensium dominum Eustachium, Godefridi ducis eximii, & Balduini Regis fratrem. Qui ad eum pervenientes, invitũ & renitentem, causas honestissimas prætendentes, quare eum venire oporteret, usq; in Apuliam traxerunt. Vbi audiens prædictus vir venerabilis, religiosus, ac timens Deum, verè tantorum virorum imitator & frater, & in virtutibus & honestis meritis successor, quòd Hierosolymis medio tempore, Balduinus, Edessanus comes ejus consanguineus, Rex fuerat ordinatus; instantibus nunciis qui pro eo missi fuerant, & alligantibus ut nihilominus procederet, qui quod factum erat, contra jus & fas, & contra hereditariæ successionis legem antiquissimam, nullo modo stare posset, respondisse dicitur vir Dèo plenus: Absit hoc à me, ut per me in regnum Domini ingrediatur scandalum, per cujus sanguinem pacem CHRISTI recepit; & pro cujus tranquillitate viri virtutum & immortalis memoriæ, fratres mei, egregias animas cœlis intulerunt. Compositisq;

iterum

iterum ſarcinis, & comitatu recollecto, invitis iis, qui eum ad regnum trahere nitebantur, ad propria remeavit. Dicitur autem Balduinus hicce ſecundus, formâ fuiſſe conſpicuus, corpore procerus, facie venuſtâ, capillo raro, flavo, canis mixto; barbam habens raram, ſed tamen uſq; in pectus demiſſam: colore vivido, & quantùm ætas illa patiebatur, roſeo. Habilis ad uſum armorum, & equis regendis aptiſſimus; rei militaris multam habens experientiam: in agendis ſuis providus, in expeditionibus felix, in operibus pius, clemens & miſericors. Religioſus & timens Deum; in orationibus jugis, ita ut callos in manibus haberet & genibus, pro afflictionis & genuflexionis frequentia: impiger, licet ſenior, quoties eum vocabant Regni negocia. Adeptus ergo Regni ſolium, ſollicitus de comitatu Edeſſano, quem ſine duce dimiſerat; Ioſcelinum conſanguineum ſuum vocat, ut quòd in eum priùs deliquerat, gratuitâ plenaq; ſatisfactione corrigeret: eique tanquàm qui regionem illam pleniùs noverat, comitatum donat; ſumptaq; fidelitate, per vexillum inveſtit, & inducit in poſſeſſionem. De eodem ita Baronius ſub A. C. 1118. n. 22. Moritur hoc Anno, Quadrageſimæ tempore Balduinus. Hieroſolymorum Rex, dum expeditione eſſet, ſepeliturque Dominicâ Palmarum, Hieroſolymis ſub Calvariæ loco. Subſtituitur ab eo vivente, Balduinus de Burgo affinis ejus, miles egregius, pietate præſtantior, coronatur die Paſchatis. Sed cùm intereà Euſtachius, Comes Bolonienſis frater defuncti Regis, ab aliis in Regem aſſumeretur, ne bellum civile inter Chriſtianos in Terrâ

ſanctâ,

ſanctâ, apud infideles maximo damno Chriſtianæ religionis conflaretur, ſponte magnâ animi conſtantiâ religione non impari, magnâ omnium admiratione, majori laudatione, ceſſit Balduino regnum: memorandum poſteris præbens exemplum, non quæ ſua ſunt, quærendi, ſed quæ plurimorum cauſæ faverent. Ad huncq; recens Regem electũ, extat epiſtola Petri Abbatis Cluniacenſis. lib. 4. epiſt. 46. & 47. officii plena.

3. Ad res geſtas quod attinet hujus Balduini, malè pugnatum eſt à Rogerio, qui principatum Antiochenum ſibi injuſto titulo uſurpaverat: cum homo alioqui vitâ turpiſſimus, qui in eodem bello interemptus occubuit, hoc divino munere ſit conſequutus, ut anteà confeſſione peccatorum habitâ, verè pœnitentis ſpecimen ederet. Ita planè renovata in Orientalibus illis prælis noſcuntur divina miracula; ut ſi cultores eſſent juſtitiæ Principes, nullo fermè negotio de hoſtibus, quamlibet numero, viribusq; ſuperioribus victores exiſterent; contrà verò vincerentur ab illis, ſi iniquitas prævaleret in ipſis, quam divino ultio ſequeretur, ſecundum illud Ioſuæ cap. 7. Anathema in medio tui Iſrael, idcirco traditus es in manus inimicorum tuorum. Interfecto autem Rogerio, cum exercitu, Balduinus Rex una cum Comite Tripolitano, prævio ligno ſanctæ Crucis, ingentem de Turcis eſt victoriam conſecutus, in Vigilia aſſumptionis S. Mariæ. Wilhelmus Tyrius, lib. 12. c. 10. 11. 12 13. qui addit, hoc eodem anno à Patriarcha Hieroſolymorum & Epiſcopis ſibi ſubditis eſſe celebratũ Concilium in civitate Neopolis (quæ eſt Samaria) ibiq; pro correctione morum,

morum, & conservandâ Ecclesiasticâ disciplinâ, statutos esse canones viginti quinque. Nec caruit fructu publica ista correctio: siquidem anno sequenti, Turcarum Princeps magno apparatu contra Antiochiam rediens, pugnante Domino, apoplexiâ percussus interiit. Baronius A.C. 1120. n.13. Quo Anno, Balduinus Rex Hierosolymorum, à Sarracenis circumventus capitur. Quâ de re (inquit ista scribēs Robertus de Monte, *in appendice ad Sigebertum*) mente excedentes, undiq; versùm evocati, ad quadraginta millia conglomerarentur, ut Christianos à finibus suis exterminent, & apud Ascalon impedimenta sua commendent. Christiani verò, in arcto positi, nihil spei, nisi in Deo habentes; exemplo Ninivitarum, utriq; sexui jejunium indicunt, pueris etiam, lactantibus infantibus universo quoque pecori pabula negantur. Dies pugnæ indicitur, procedunt Christiani cum militibus & peditibus vix ad tria millia æstimati. Principes gradiuntur in fronte, scilicet Patriarcha vexillo efferens Crucem Christi, Abbas Cluniacensis Pontius, proferens lancem transfixam in latere Christi, Episcopus Bethlehemides ferens in pyxide lac S. Mariæ Virginis. Sarraceni verò, quaquâ versùm effusi, ex omni latere in orbem circumcingunt Christianos, ne quis possit evadere. Dum ita in procinctu hærent Christiani, vident, Deo sibi auspice, splendorem scisso aëre super Paganos subitò cecidisse; sed non prosperum, verùm satis nocivum: quamvis hunc ipsi Sarraceni non viderint. Illicò enim, omni virium robore enervati, passim fugientes cæduntur: non solùm à viris, sed etiam à pueris & feminis.

Peric-

Perierunt in illo bello ſeptem millia, ſubmerſi ſunt in aquis quinq; millia: omnes verò Chriſtiani incolumes reverſi, ſummum & dulce Epinicium reboant Deo in excelſis. Hucusq; Robertus, *Videri etiam poteſt Tyrius lib.12. cap.17.* Et quoque Balduino adhûc captivo exiſtente, occupata eſt, à Chriſtianis Venetis civitas Tyri, De quâ ita Torſellus, *in ſecret. fidel. crucis, lib.3. p.6. c.12.* Quàm difficilis ſit ad expugnandum Tyrus, & ſitus oſtendit, & obſidentium olim labor inutilis. In figura eſt rotunda, & penè ex omni parte marinis fluctibus cingitur. Sic enim Ezech. 26. dicitur: Habitas in mari urbs inclyta, quæ fuiſti fortis in mari habitatoribus tuis. Quæ demùm civitas aut regnum, ut Tyrus, ſuſtinuit impetum Alexandri? Nabuchodonoſor etiam tribus annis, & decem menſibus eam obſedit, Ac ut de proximis temporibus eloquamur; Balduinus bellicoſiſſimus, cujus victoriæ in præcedentibus fuerunt inſignes, cùm Tyrum quatuor menſibus obſediſſet, & reſiſtentibus viriliter Tyriis, nihil proficeret, & multis inutiliter gravaretur expenſis; ſolutâ obſidione receſſit. In Ioſuæ quoq; 19. cap. Scriptura Sacra, Tyrum munitiſſimam civitatem appellat. Eſt autem Tyrus ſupra mare, muro & antemurali, ac turribus eminentibus munita: portus ejus idoneus & ſecurus, infra mœnia præbebant navibus ſtationem. Ex parte verò terræ triplici muro groſſo cingitur; habetq; foſſas profundas & latas, ad quas facilè eſſet introducere aquas maris. Muri quoque XII. turribus munitiſſimis ornantur: turribus verò continuatur arx civitatis in rupe, in corde maris, & ipſa turribus ac palatiis diſtin-

cta:

cta. Caput & Metropolis universæ provinciæ Phenicis: piscibus abundantissima, fontibus & rivis aquæ dulcis irrigua, vineis & agris frugiferis amœna, & fertilis, ex parte Meridiei usque Scandalium. Et ex parte Aquilonis, in ejus territorio, in loco aliquantulùm edito, est fons sive puteus, super quem fessus ex itinere, dicitur quievisse Dominus Iesus: habet autem aquas limpidissimas, intrinsecùs ita copiosè scaturientes, ut omnia pomeria & hortos olerum, & universam regionem irrigent. Hunc Salomon appellat puteum aquarum viventium, in Canticis Canticorum. Erat quoque ibi lapis, extra portam civitatis Orientalem, ad duos jactus sagittæ, inter arenas, super quem prædicavit Christus: qui locus arenâ illa nunquã operiri potest, licet per aëra volitet instar nivis, & tumulos faciat circa parietes vel sepes. Ibi & mulier devotè clamavit: Beatus venter, qui te portavit &c. Veneti autem multùm post victoriam, secum de illo lapide detulerunt. Est quoque Tyrus civitas vetustissima nimis: Nam eam fundavit Tyras, filius Iaphet, & suo nomine Tyrum appellavit. Hebraicè dicitur Sor, nos verò Sur vulgariter appellamus. Ibi natus ejusque Rex legitur fuisse, Africæ Rex Agenor Libiæ filius, ex qua Lybia nomen accepit, cujus filius major Catmus Athenas ædificavit, & litteras Græcas invenit. Phenix verò alter filius, toti regioni nomen imposuit: cujus filia Europa, à Iove rapta, ex Africâ, Cretamque advecta, nomen suum dedit tertiæ parti orbis. Dido quoque, in ea nata est, Carthaginensis conditrix urbis. Denique qui ejus laudes immensas scire voluerit, legat 26. Ezech,

cap.

cap. cum duobus sequentibus: ubi coronata dicitur civitas perfecti decoris: cujus negotiatores, Principes; institores ejus, inclyti terræ. De Ptolomayda igitur exeuntes fideles, 15. Februarii, terrâ marique Tyrum obsident. Veneti per mare omnem accessum prohibent; per terram, cæteri. Aedificant deindè castellum ligneum, & applicant mœnibus: utrinq; balistis & machinis, lapides & tela jaciũt; utrinq; mira aggressionis & defensionis virtus ostenditur. Erant enim in civitate Damasceni milites: quia tertiam partem civitatis Calypha Aegyptius concesserat Principi Damasceno, duabus sibi retentis. Erant quoq; in civitate copiæ, & insignes divitiæ, non modò propriæ, sed undiq; quasi ad locum inexpugnabilem deportatæ. Accessit extrinsecùs animi vigor, ex adventu Pontii Tripolitani Comitis, & confortabant se mutuò universi. Dum hæc aguntur, Ascalonitæ, nocendo Christianis seduli, nacta opportunitate, civitatem Sanctam aggressi sunt: sed, auxiliante Deo, cum damno & pudore ad propria rediêre. Post hæc, clausi Tyrenses, cœperunt affligi tædio potiores; in minoribus verò hoc advertentibus, omnis animi vigor emarcuit: cœperunt & victualia minui. Dum hoc modo deficerent, Calyphæ & Doldequino intimant periculum, ut impendant auxilium. Appropinquavit itaq; Doldequinus exercitui, ad quatuor Leucas: sed Tripolitanum Principem, cum parte exercitus, expectare ausus non fuit. Balac quoq;, qui Regem tenebat in carcere, collecto exercitu Grisopolim obsidet civitatem: cujus domino, ad colloquium vocato, caput amputari jussit. Vt verò res inno-

innotuit Iocellino, cum suis illi obviàm processit: & facto congressu, Iocellinus hostem invadit: Balac dirè percutit; & tandem caput præcidens, misit Antiochiam, orans ut Baronibus Tyrum obsidentibus pro solatio mitterent: quod factum, sicut Christianis gaudium, ita Tyrensibus afflictionem immisit. Finaliter hoc pacto civitas Christianis reddita est: ut Turchi, cum suis familiis, ac mobilibus, salvi abscedant ac liberi; qui verò in civitate manere elegerint, congruè pertractentur. Civitate igitur per deditionem acceptâ, in turribus ponuntur vexilla: primò Regis; secundò, Venetiarum ducis; Tertio Tripolitani Comitis, A. D. 1124. ultimo Iunii. At Anno eodem dicente Tyrio lib. 13. c. 15. quarto Calend. Septembr. Rex Hierosolymorum Balduinus; cùm quasi mensibus decem & octo, vel ampliùs aliquid, apud hostes detentus fuisset in vinculis, pactâ pro se pecuniâ, obsidibus datis libertatem precio inveniente consecutus, Domino auctore, Antiochiam reversus est. Dicitur autem summa pro se pactæ pecuniæ fuisse, centum millia Michaelitarum; quæ moneta in regionibus illis, in publicis commerciis, & rerum venalium foro, principatum tenebat.

4. A. C. 1130. Dum Christiani Principes, aucti novis viribus orbis Occidentalis, cum magno apparatu, confidentes in potentiâ virtutis suæ, obsident Damascum; ab eo qui exaltat humiles, & dispergit superbos, de cœlo pugnatum est contra eos, victiq; nebulis, imbribus, ventis, favente Deo his omnibus hostibus, coguntur re infectâ, sed malis ipsi confecti, ad propria remeare.

meare. Rem geſtam Wilhelmus Tyrius deſcribit. *de bell.ſacr.lib.13.c.26.* atq; demùm ut rem memorabilem, certâ temporis notâ conſignatã relinquat, hæc ait: Igitur octavo Idus Decembris, Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo trigeſimo, regni domini Balduini duodecimo; accidit hoc in eodem ferè loco, ubi quadriennio priùs, inſignem & cunctis memorabilem de iiſdem hoſtibus idem Rex obtinuerat palmam. Mirabile eſt, & verè mirabile eſt ſupra opiniones hominum, quod de ſuâ virtute præſumentes humilias, æterne Salvator; & qui in homine confidunt, & carnem ponunt brachium ſuum, jaculo tuæ maledictionis, meritis exigentibus confodis, &c.

5. Fuerunt quoq; & huic Regi, cum Patriarcha lites: nam A. C. 1128. moritur Guarimundus Patriarcha Hieroſolymitanus Sidone, cui ſubſtituitur Stephanus Abbas ſancti Iohannis Carnotenſis, affinis Balduini Regis, ſicut nobilitate, ita & moribus præſtans. De quo ita Wilhelmus Tyrius lib. 13. c. 25. Hic ejuſdem civitatis Carnotenſis, ante converſionem ſuam, in equeſtri ordine & habitu fuerat Vicedominus: poſtmodùm ſeculo renuncians, habitum religionis in prædicto clauſtro ſuſcepit. Demùm ſuffragantibus meritis, ad regimen Eccleſiæ ejuſdem promotus eſt: in adoleſcentia liberalibus diſciplinis convenienter inſtructus. Qui cum orationis gratiâ, & devotionis intuitu Hieroſolymam veniſſet; ibiq; tranſitum expectans moram faceret, contigit, quod poſt exequias Guarimundi Patriarchæ, dùm Clerus & populus de ſubſtituendo paſtore, tractarent; communi omnium

voto

voto electus est. Postquàm ergò consecratus est, cœpit adversus Regem quæstiones movere difficiles; allegans Ioppensem civitatem ad jus suum Ecclesiæ Dominicæ Resurrectionis pertinere: ipsamq; sanctam civitatem post captam Ascalonam eodem modo Ecclesiæ cessuram de jure confirmans. Erat autem homo magnificus, in proposito constans, honestæ conversationis, juris suis sollicitus persecutor. Vndè inter eum & dominum Regem graves exortæ sunt inimicitiæ, quarum tamen mors immatura finem dicitur fecisse: nam non completo biennio in fata concessit. Opinantur nonnulli eum veneno dato interiisse: sed nos pro certo id compertum non habemus. Traditur tamen, quod dum in lecto supremæ decubaret ægritudinis, & Rex ad eum visitandùm esset ingressus, & ab eodem de ejus statu quæreret, ita responderit: sic est nobis in præsenti, domine Rex, sicut vultis, hæc Tyrius.

6. A. C. 1131. Balduinus Rex Hierosolymorum Christi verus Confessor post liberatam à Turcis irruentibus Antiochiam, ægritudine affectus, habitum religionis assumens, & vitam regularem professus, si viveret, Deo feliciter spiritum reddidit. Qua de re ita Tyrius *lib.13. cap. penult. & ult.* Postquàm Boamundus Regis gener, princeps Antiochenus, ab expeditione rediens, in suam se recepit provinciam; Rodoan maledictionis filius, Halapiæ princeps, Turcarum dominator potentissimus, fines Antiochenorum ingressus est. Cui cùm Princeps, volens eum à suis arcere finibus, obviàm properâsset, in Ciliciam descendit, aliis etiam tractus caus-

sis,

sis, quæ domesticam & familiarem habebant rationem. Vbi cùm in eo loco, qui dicitur Pratum palliorum, in campestribus latè patentibus, castrametatus est; hostium irruente subitò multitudine, suis eum destituentibus, gladiis confossus interiit. Magnus Princeps, & Deo si vixisset amabilis; nisi mors immatura & sors invida, humanis eum rebus subtraxisset: quo casu populus Antiochenus mente plurimùm consternatus, qui sub illius regimine tutum per longa tempora se arbitrabatur posse conservari, & de ejus adolescentiâ supra id, quàm expediret, præsumebat, in recidivas iterùm incidentes querimonias, ut sine Principis officio iterùm hostibus præda fierent; communicato consilio Hierosolymorum regem evocant. Quod postquàm Regi nunciatum est, facti novitate permotus; timens, ne pro Ducis defectu prædictæ regioni deterius aliquid contingeret, omissis propriis, cœpit aliena curare: nil reputans alienum, quod Christianis principibus accidisset; dignum etiam suâ existimans sollicitudine, quicquid populo Christiano, per labores suos posse videbat accedere, citatis gressibus Antiochiam properat. Interea ejus filia, morte mariti cognitâ, nequam agitata spiritu, rem concipit nefariam; antequam de adventu patris quicquàm persentisceret. Vt statum sibi prepararet tranquilliorem, & effectui manciparet propositum, ad quendam Turcarum potentissimum Ducem, nomine Sanguinum, nuncios dirigit, ejus ope sperans, invitis patribus & universâ plebe, Antiochiam sibi in perpetuum vindicare posse. Erat autem eidem ex Boamundo bonæ memoriæ, unica

nica filia; cujus non multa apud matrem videbatur esse gratia: illûc enim tota matris properabat intentio, ut vel in viduitate consistens, vel ad secunda vota demigrans, Principatum sibi, exhæredatâ filia, perpetuò possideret. Miserat autem & prædicto nobili viro, per quendam familiarem suum, Palefredum (*Ital. Palafreno*) albissimum, argento ferratum, fræno & cæteris argenteis faleris redimitum; exameto coopertum albissimo, ut in omnibus candor niveus consonaret. Qui nuncius in itinere casu interceptus, & in Regis constitutus præsentiâ, facti seriem confessus, viarum suarum fructus colligens, supremo supplicio vitam finivit. Rex itaque Antiochiam, ob prædicta, quæ acciderant infortunia properans; illucq; perveniens in civitatem, filiâ prohibente non est admissus; cauteriatam quæ habens conscientiam, etiam Patris arbitrium verebatur: suis ergo complicibus & quos pecuniâ corruperat civitatem tradens, omninò resistere moliebatur, & tyrannidem suam liberiùs exercere. Sed accidit ei longè secus à proposito. Nam in eâdem civitate erant viri timentes Deum, insanientis fæminæ contemnentes protervіam: quorum unus erat Petrus Latinator, Monachus sancti Pauli, & Wilhelmus de Adversâ. Hi consentientibus aliis, Regem occultis vocant internunciis, & ex condicto Fulconem Andegavensium Comitem, in portâ Ducis locant; Comitem verò Ioscelinum, in portâ sancti Pauli: deindè aditus reserant, Regem introducunt. Quo cognito, Principissa in arcem contendit: undè postmodùm à prudentioribus, & quibus plenam fidem habebat, evocata; ante pa-

tris præſentiam ſe conſtituit, ejus arbitrio paritura. Pater verò, licet pro commiſſo, graviorem adverſus eam indignationis motum conceperat;tamen intervenientium prece devictus, & paterno non deſtitutus affectu, receptâ Antiochiâ,ne filia ſimile aliquando attentaret;Laodiciam & Gabulum urbes maritimas ei conceſſit: quas tamen maritus, ſupremo judicio ei ob donationem propter nuptias, deſtinaverat. Ordinatis igitur illius civitatis negotiis, & curâ Principibus conceſsâ; revocante eum domeſticâ ſollicitudine, Hieroſolymã reverſus eſt: ſumptis tamen priùs, tàm majorum quàm minorum fidelitatibus, & corporaliter juramentis; quòd vel eo vivente, vel poſt ejus obitum, Antiochiam cum ſuis pertinentiis, Conſtantiæ pupillæ, domini Boamundi junioris filiæ, fideliter conſervarent. Verebatur enim propriæ filiæ ſuæ, malitiam, ne prædictam pupillam tentaret, ſicut & prius fecerat,exhæredem facere. Reverſus ergò Hieroſolymam, decidit in gravem nimis ægritudinem: videnſq; ſibi mortis imminere diem; egreſſus de proprio palatio, ſupplex & humilis in conſpectu Domini, Regio ſtatu depoſitò, in domum Patriarchæ, quia loco Dominicæ reſurrectionis erat vicinior, ſe transferri præcepit: ſpem habens in eo, qui mortem ibi devicerat, quòd ſuæ reſurrectionis faceret eum participem. Ibiq; accitis filiâ & genero, pueroque Balduino jam bimulo; coram poſitis Patriarcha, & Eccleſiarum Prælatis, & de Principibus nonnullis, qui fortè aderant, Regni curam & plenam eis tradidit poteſtatem,more pii Principis paternâ eis benedictione indultâ.Ipſe verò

Chriſti

Christi verus confessor, habitum religionis assumens, & vitam regularem professus, si viveret, ei qui spirituum pater est, tradidit spiritum; cum piis principibus, auctore Domino, præmia percepturus. Mortuus est autem Anno ab incarnatione Domini, millesimo centesimo tricesimo primo, regni verò ejus tertiodecimo, mense Augusto, vicesimâ primâ die mensis: sepultus inter prædecessores suos, piæ recordationis Reges, sub monte Calvariæ, ante locum qui dicitur Golgota: multa suorum curâ & solemnibus obsequiis, regiâ dignis magnificentiâ. Cujus usq; in præsentem diem, ob egregiam fidem & opera insignia, memoria est in benedictione apud omnes.

Lites inter Regem & Patriarcham. 5.
Regnum Hierosolymitanum, ejusdem Ecclesiæ Feu 'um esse, asserit Patriarcha. 5.
Balduinus post Antiochiam, à Sarracenis liberatam; moritur: prius Religionem, si viveret, professus. 6.
Vidua Principis Antiocheni, eam provinciam turbat: & Turcarum auxilium accersit. 6.

IV. Fulco, Comes Andegavensis.

A. C. 11 1.

FUlco, Comes Turonensis & Andegavensis, primo matrimonio Comitatum Cenomanorum, altero Regnum Hierosolymitanum, acquisivit: ductâ nempè Melisendâ, filia Balduini secundi.

2. De eo ita Tyrius lib. 14. c. 1. & 2. Vocato ex hac luce Balduino, Hierosolymorum ex Latinis Rege secundo, qui cognominatus est de Burgo; successit in regno Fulco gener ejus, Comes Turonensium, Cænomanensium & Andegavensium: cui prædictus Rex, filiam suam primogenitam Melisendam nomine, dederat uxorem. Erat autem idem Fulco vir rufus, sed instar David, quem invenit Dominus juxta cor suum; fidelis, mansuetus, & contra leges illius coloris affabilis, benignus, & misericors; in operibus pietatis & eleemosynarum largitione liberalis admodùm: secundum carnem princeps potens, & apud suos felicissimus, priusquàm etiam ad regni vocaretur gubernacula; rei militaris experientissimus, & in bellicis sudoribus patiens & providus plurimum: staturâ mediocri, sed jam grandævus, & plusqàm sexagesimum agens annum.

annum. Inter alios verò, quos lege mortalitatis patiebatur defectus, fluidam & labilem eatenùs habebat memoriam; ut suorum domesticorum etiam non teneret nomina, nec vultus nisi paucorum agnosceret: ita ut de eo, cui paulò antè supremum impenderat honorem, & familiaritatis gratiam, diligenter postmodum quæreret, quis nam esset, si ex improviso se præsentem daret. Vndè multos de ejus familiaritate præsumentes, ad confusionem compulit, cùm ipsi aliis se defensores dare proposuerant, & ipsi patrono apud eum indigerent. Pater hujus, Turonensium & Andegavensium Comes, Fulco etiam dictus est, & cognominatus Rechin, qui uxorem duxit, sororem Amalrici de Monfort, nomine Berteleam: undè duos suscepit filios; Fulconem istum, undè nobis est sermo, & Gaufridum Martel, & filiam unam, Hermingerdam nomine, quæ priùs uxor fuit Pictaviensium comitis Wilhelmi: à quo spreta, & contra matrimonii leges abjecta, ad Comitem Britanniæ se contulit, eiq; affectione adhæsit maritali; ex quibus natus est Coranus, ejusdem Britanniæ comes, qui cognominatus est Grossus. His ergo tribus liberis apud prædictum Fulconem seniorem editis; mater spreto marito, ad Regem Francorum Philippum se contulit: qui abjectâ uxore suâ legitimâ, eam suscepit thori participem, curarum sociam, & affectione postea tractans maritali, contra leges Ecclesiasticas, invitis & multùm renitentibus Regni ejus Episcopis, simul & Principibus, apud se detinuit: ex eâque suscepit filios, Florum, Philippum, & Ceciliam: quæ priùs Tancredi Antiocheno-

rum principis uxor fuit; postmodùm eo defuncto, Pontio, Tripolitano Comiti, votis usa secundis, adhæsit. Præfatus verò Fulco, senioris Fulconis filius, patre jam defuncto, uxorem duxit; filiam comitis Cenomanensium Heliæ, Guiburgem nomine; ex qua duos suscepit filios, & filias totidem. Hujus autem matrimonii causa fuit mater. Nam dum idem, adolescens in curia comitis Pictaviensium, pincernæ fungeretur officio; auditâ fratris primogeniti morte, ab eodem Comite captus est, & vinculis mancipatus: occasione quorundam castellorum, quæ ab eo contendebat violenter eripere, quæ pater ejus & frater, in finibus prædicti Comitis jure hæreditario, sed de feudo illius Comitis diu possederant. Quod audiens mater, quæ jam ab ejus patre multo antè diverterat, & ad dominum Regem supplex imploravit & obtinuit, quod filius ejus à vicinis absolutus, paternæ restitueretur hereditati: insuper etiam effecit, ut suprà nominati Comitis Heliæ unicam filiam, cum eis omni hereditate, Rex ejus filio uxorem concederet: ex quâ, ut prædiximus, duos filios genuit, & filias in eodem numero. Primogeniti nomen fuit Gaufridus, qui patri successit in eodem Comitatu, cui senior Henricus, Rex Anglorum potentissimus, filiam unicam Mahaldam nomine, domini Henrici Romanorum Imperatoris viduam, uxorem dedit. Prædictus igitur Fulco uxore defunctâ, Hierosolymã orationis gratiâ, priusquã à Rege vocaretur, petierat: ubi magnificè plurimùm in Dei servitio se habens, populi universi gratiam & Regis, ac universorum principum familiaritatem plurimam, meritis exigen-

tibus acquisivit: quippè qui centum equites per annum integrum, in regno suis habuit impensis tandemque sospes ad propria regressus, filias nuptui, filios autem matrimonio collocans, Comitatum suum optimo statu composuit. Dumque strenuè & prudenter, annos aliquot post suum reditum, suis incumbit negotiis; ecce Rex Hierosolymorum de successione sollicitus, videlicet apud quem primogenitam suam nuptui collocaret, post multam deliberationem, de communi universorum principum consilio, sed & de populi favore, quosdam de Principibus suis, ad prædictum dirigit Comitem, invitans eum ad filiæ nuptias, & Regni successionem: qui compositis rebus,& ordinato Comitatu, datâ benedictione liberis suis, assumens sibi de honestis proceribus suis, iter veniendi ad domini Regis vocationem arripuit: cui postquam in Regnum ingressus est, statim infra paucos dies, sicut ex pacto tenebatur, primogenitam suam, ei matrimonio copulavit: conferens eidem dotis nomine, duas civitates maritimas, Tyrum & Ptolemaidam; quas quasi triennio possidens, continuò Comes, sicut antè quasi vocabatur. Defuncto igitur Rege undecimo Cal. Septemb. Anno ab incarnatione Domini, millesimo centesimo tricesimo primo, idem Comes cum prædicta uxore, octavo decimo Cal. Octob. in die exaltationis sanctæ Crucis; in Ecclesiâ Dominici Sepulchri, à Wilhelmo, Hierosolymorum Patriarchâ, solenniter & ex more coronatus & consecratus est.

3. Regnante autem hocce Rege, magnæ in Ecclesia Antiochenâ ortæ sunt turbæ Anno ete-

nim 1136. Moritur Bernardus, primus Latinorum ibidem Patriarcharum, cum sedisset (ut Wilhelmus Tyrius tradit) annis triginta sex. Cùm absq; consensu suffraganeorum Episcoporum, vel Cleri ejus Ecclesiæ intruditur in eam sedem, homo militaris; prædives quidam Rudolphus, cognomento Mamistanus Francus, favore populi; quem largitionibus demeruerat: cujus favore (inquit Tyrius) Ecclesiam & Palatium occupans, statim sine morâ, pallium de altari B. Petri, nullo ad Ecclesiam Romanam habito respectu, sibi assumpsit; detrectans omninò subiici Ecclesiæ Romanæ Pontifici, quem diceret non sibi superiorem, sed parem: & utramque (quemadmodùm inquit Tyrius lib. 15. c. 13.) Petri esse Cathedram, Antiochenam & Romanam; eamq; primogenitam, insignem prærogativâ. Innocentius ergò Papa simul ac ista cognovit: cum Romam venire coëgit. Quò perveniens, primâ facie difficiles habuit ad Papam introitus; tanquam Romanæ persecutor Ecclesiæ, & qui singularem sedis Apostolicæ primatum comminuere, & infringere voluerit: sedem æmulam contra Romanam erigens & pacificans Ecclesiam, tanquàm læsæ Majestatis reus ab ingressu sacri arcendus Palatii, & à Papæ colloquio suspenditur universa Ecclesia. Tandem quorundam amicorum usus officio, interventibus tam Papæ, quàm suis familiaribus semitas dirigentibus, admissus est ad Papæ & Curiæ solemniter congregatæ præsentiam: & cum multâ susceptus est magnificentiâ. Porrò semel & secundo eo in Consistorium ingresso, sumptâ opportunitate, ejus adversarii prodeunt in publi-
cum;

cum; & oblatis libellis accusatoriis, parati erant cum omni juris solemnitate, ad accusandum procedere. Verùm cognoscens tota curia, quòd qui ad accusandum prodierant, non erant eatenùs instructi, ut Papæ & ejus assessoribus, plenam de objectis possent ibi fidem facere: significatur ambobus quod interim quiescant, quousque Papa aliquem de latere suo ad partes dirigat Antiochenas, qui ibi habitâ testium, & instrumentorum copiâ, de causa pleniùs possit cognoscere. Intereà resignato pallio, quod idem Patriarchâ de altari Antiochenæ Ecclesiæ, suâ sibi sumpserat auctoritate in injuriam (ut dicebatur) Sedis Apostolicæ, & Cardinalibus tradito; aliud ei pallium sumptum de corpore B. Petri, more solemni per priorem diaconorum traditur. Sic itaq; morâ, quantùm negotium ejus exigere videbatur, Romæ habitâ, cum plenitudine gratiæ, salvâ tamen quæstione, sumptâ licentiâ, ad Ducem, Rogerium in Siciliam reversus est.

4. Fuit autem hujus Regis Imperium satis turbulentum, & Iohannes quoque Imperator Constantinopolitanus tranquillitatem illius reddidit inquietam. Quâ de re Tyrius lib. 14. c. 24. & 30. ita scribit. Nuntiatur intereà, & multorum relatione divulgatur, quòd Ioannes, Cõstantinopolitanus Imperator, Alexii filius: convocatis de universi Imperii finibus, populis, tribubus & linguis, in multitudine curruũ & quadrigarum, & inauditis copiis equitũ congregatis, in Syriam descendere maturabat: nec erat sermo fide vacuus. Statim enim ex quo famã comperit certiore, quod Raimundo vocato, ci-

ves ei Antiochiam tradidiſſent, & Boamundi filiam ei contuliſſent uxorem, diſpoſuerat Antiochiam venire: multùm indignans, quòd abſque ejus conſcientiâ & mandato, aut domini ſui filiam nuptui collocare præſumpſerant; aut civitatem alterius ditioni, eo inconſulto, auſi fuerant mancipare. Eam enim cum univerſis adjacentibus provinciis, ad ſui juriſdictionem revocans, ſibi vendicare contendebat: aſſerens, magnos illos Principes, viros virtutum, & immortalis memoriæ, & à Domino miſſos, qui in primâ venerunt expeditione, cum patre ſuo, & in Imperio anteceſſore, Alexio conveniſſe; multâ munerum & obſequiorum interventione, quòd quaſcunque urbes vel caſtella, in totâ illâ profectione, quocunque caſu comprehenderent, ejus ſine contradictione ſubiicerent Imperio, & mancipatas pro poſſe & viribus quouſque ipſe cum ſuis adeſſet copiis, fideliter conſervarent. Et hoc allegabat geſtis inſertum, & prædictorũ Principum juramentis corporaliter præſtitis confirmatum. Certum eſt autem, prædictos Principes, cum Imperatore pacta iniiſſe; ipſumque versâ vice, conditionibus quibuſdam ſe Principibus obligaſſe, à quibus ipſum prius defeciſſe conſtat: unde ei tanquam pactorum violatori ſe non teneri conſtanter aſſerebant, qui prædictis conditionibus interfuerant; eosq; qui jam vitâ deceſſerant, nihilominùs reddebant excuſatos, dicentes eum priùs, tanquàm varium & inconſtantem hominem, & cum eis fraudulenter verſatum, adverſus ſua pacta veniſſe. Vndè & meritò lege pactorum ſe dicebant abſolutos. Facto igitur per annum continuum, ad iter appara-

apparatu, pro Imperiali magnificentiâ necessario, in curribus & equis, thesauris numerum & pondus & mensuram nescientibus, & copiis infinitis; superato navigiis Hellesponto, qui vulgari appellatione dicitur Brachium sancti Georgii, viam versus Antiochiam dirigit, in multitudine gravi. Transcursis igitur mediis provinciis, in Ciliciam pervenit; ubi moram faciens, Tarsum primæ Ciliciæ Metropolim egregiam obsidens, occupavit eam violenter: & ejectis ex eâ Principis Antiocheni fidelibus, quorum fidei urbem prædictam commiserat, suos induxit. Ipsum autem & cunctis ejusdem provinciæ civitatibus, & municipiis & oppidis quibuslibet, facere non distulit. Sicque universam Ciliciam, per annos quadraginta, à principe Antiocheno, sine calumniâ possessam, suo contra jus & pium vendicans Imperio: inde etiam cum universis exercitibus suis, in multitudine virtutis suę progrediens; Antiochiam accelerat, ad eamq; perveniens, statim more hostili circumvallat obsidione. Ordinatis itaque per gyrum machinis, & ingentibus tormentis congruis stationibus collocatis, urbem cœpit vehementius arctare. Princeps autem, cujus res in arcto videbantur constitutæ, quia potentissimum orbis terræ principem ante suam civitatem hostilia meditantem dimiserat: Antiochiam sub omni celeritate rediens, per portam superiorem, quæ præsidio civitatis, & arci contermina est, ingressus, Imperatorem adhuc in eodem perseverantem proposito reperit: ubi per dies aliquot habitis congressibus, nonnullis, Antiochenis in Imperatoris exercitum clàm sæpè, palàm sæpius irruptiones

ruptiones faciendo, damna eis frequenter intulerunt enormia: & cum eis more hostili, non attentâ fidei professione, versabantur. Imperator quoq; versâ vice, tormentis ingentibus, & machinis jaculatoriis, cautes immanissimos, & immensi ponderis contorquendo, mœnia cædendo & turres, urbis claustra debilitare, & effringere nitebatur. Dispositisq; per gyrum legionibus, sagittis, & omnium missilium genere, nec non & fundibulariorum manu protervâ, cives à muri propugnatione arcebat eminùs, & ad suffodienda mœnia aditum & opportunitatem nitebatur vendicare. His igitur se habentibus, timori erat prudentioribus utriusque exercitus, quòd nisi maturo rei subveniretur consilio, res in eum casum esset deventura, in quo non facilè, periculis emergentibus, remedia possent aptari convenientia. Interponunt se itaq; viri timorati, partium arbitri, pacis portantes manipulos: & Imperatoris ingressi castra, ejus verbis pacificis, & omni humilitate prætentâ, mitigare satagebant indignationem. Rursum Principem adeuntes, prudenter & circumspectè nimis, prout opus erat, viam pacis student invenire. Tandem visum est arbitris, & quæsiti fœderis moderatoribus; quòd Princeps ad Imperialem accedens magnificentiam, in præsentiâ illustrium & inclytorum Imperialis palatii, cum universorum cœtu procerum suorum, cum debitâ solemnitate ei ligiam exhibeat fidelitatem; juretq; præstito corporaliter sacramento, quòd Imperatori Antiochiam ingredi volenti, vel ejus præsidium, sivè irato sivè pacato, liberum & tranquillum non neget introitum. Et si Impe-

rator Halapiam, Cæsaream, Hamam, Emissam, sicut pactis erat insertum, Principi restitueret quietas; quòd his & aliis circum adjacentibus contentus urbibus, Antiochiam Imperatori sine difficultate restituat jure proprietatis habendam: Imperator verò in recompensationem exhibitæ fidelitatis, Principi concedat, quod si auctore Domino eum contigerit Halapiam, Cæsaream, omnem circumadjacentem regionem sibi acquirere, totum Principi sine molestia & diminutione accrescat, & jure perpetuo sibi & heredibus suis, tamen in beneficio, quod feudum vulgò dicitur, tranquillè possideat. Egressus est igitur Princeps, juxta condictum, cum omni suorum nobilium comitatu, ad castra Imperialia: ubi cum debitâ honorificentiâ susceptus ab Imperatore, recensitis ad placitum hinc-inde pactis, consensum, fidelitatem suam Imperatori manualiter exhibuit; sed & statim prædictarum urbium, cum omnibus pertinentiis suis, Imperator investituram ei concessit: spondens firmissimè, quòd æstate proximè futurâ, eas, auctore Domino, comprehensas corporaliter tradat. Sic itaque fœdere completo, pace pleniùs restitutâ, vexillo Imperiali super principalem præsidii arcem collocato, donis ingentibus cumulatus, cum suis Princeps in civitatem est regressus. Imperator autem, propter instantem hyemis asperitatem, cum universis exercitibus suis, in Ciliciam reversus, circa Tarsus in regione maritimâ, hyemandi gratia se contulit.

5. De morte porrò Fulconis ita scribit Tyrius lib. 15. c. ult. Accidit illis diebus, quòd cum

Rex, unà cum Reginâ, transcurso autumno, in civitate Acconense moram faceret; voluit Regina, sublevandi gratiâ fastidii, extra urbem ad loca quædam suburbana, fontibus irrigua, causâ recreationis exire: quo Rex, ut solatium Reginæ non deesset, adjecit etiam ipse, cum solito comitatu proficisci. Dumque intereundum esset, accidit casu, ut qui agmina & comitatum præibant pueri, leporem in sulcis jacentem excitarent; quem fugientem clamor prosecutus est universorum. Rex autem arreptâ lanceâ, ut eundem leporem insectaretur, sinistro actus casu, equum ad illas cœpit urgere partes, & cursui vehementer instare. Tandem inconsultè festinans, equus in præceps agitur; corruensq; in terram, Regem dedit præcipitem: jacentiq; præ casus dolore attonito, sella caput obtrivit: ita ut cerebrum tam per aures, quàm per nares etiam emitteretur. Ad hunc casum, universus qui præibat & qui sequebatur, facti acerbitate perterritus, conversus est comitatus; & jacenti opem ferre volentes, exanimem reperiunt, cui neque vox erat, neque sensus. Regina vero compertâ mariti morte tam inopinatâ, & sinistro saucia casu; veste & capillo lacera ejulans, & doloris immensitatem suspiriis contestans & lamentis, in terram corruens, corpus amplectitur exanime. Non sufficit humor oculis, præ fletus ubertate continui; & vox, doloris interpres, crebris interrumpitur singultibus: nec dolori satis fit, licet nihil aliud sit sollicita, quàm dolori satisfacere. Familia quoq; lachrymis, voce & habitu mœrorem contestans, anxietatis nimiæ, lugubria prætendit argumenta.

Nun-

Nunciatur intereà, & famâ circumvolante divulgatur per urbem Acconensem, Regis miserabilis interitus; & ad partes illas certatim turbæ confluunt, intueri volentes factum inauditū, quod acciderat. Indè cum lachrymis in prædictam urbem deportatus; triduo, sine sensu; tamen adhuc palpitans, protraxit vitā: quartâ demum die, idibus videlicet Novembris, anno ab incarnatione Domini 1142. Regni verò ejus anno undecimo, deficiens, in senectute bonâ ultimum clausit diem. Indè Hierosolymam, cum debitâ delatus honorificentiâ, occurrente universo clero & populo, in Ecclesia Dominici Sepulchri, sub monte Calvariæ; introeuntibus ad dextram, secus portam, inter alios felicis memoriæ Reges, ejus prædecessores, per manum Wilhelmi, venerabilis Hierosolymorum Patriarchæ, regiâ magnificentiâ sepultus est, duobus superstitibus liberis, adhuc impuberibus relictis; Balduino videlicet primogenito, annorum tredecim, & Amalrico annorum septem, Reseditque regni potestas penès Dominam Melisendem, Deo amabilem Reginam, cui jure hereditario competebat.

Fulco, Comes Andegavensis, socero succedit. 1.
Ejus mores, genus &c. 2.
Patriarcha Antiochenus, semet æquiparat Pontifici Rom. 4.
Iohannes Imp. Constantinopolitanus, Syriam turbat. 4.
Latini Occidentales, Græcis promittunt, se ipsis tradituros urbes occupatas. 4.
Iniquum est ei fidem servari, qui contra pacta nititur venire. 4.
Fulco: leporem citato cursu premens, equi lapsu præcipitatus occumbit. 5.

V. Bal-

V. *Balduinus, ejus nominis tertius.*

A. C. 1142.

BAlduinus hicce, filius fuit Fulconis, Balduini secundi, ex filiâ Melisenda, nepos: cùmq; tredecim solùm haberet ætatis annos, Regni administrationem accepit mater; ad quam etiam extant literæ S. Bernhardi *epist. 289.*

2. De hoc ita Tyrius lib.16.c.1. & 2. Defuncto Fulcone, Hierosolymorum ex Latinis Rege tertio: successit ei Balduinus tertius, ex Milesende Reginâ, filius ejus; fratrem habens unum puerulum, Amalricum nomine, annorum septem, qui postmodùm eidẽm sine liberis defuncto, successit in regno, sicut in sequentibus aperietur. Tredecim annorum erat Balduinus, cùm regnare cœpit: regnavitque annis viginti. Fuit autem adolescens optimæ indolis, id de se certis promittens indiciis, quòd posteà in virilem evadens ætatem, pleno rerum persolvit experimento. Nam vir factus, sicut facie, & totâ corporis habitudine, præ cæteris differenti formæ præminebat elegantiâ: ita & mẽtis vivacitate, & eloquentiæ flore, omnes reliquos regni Principes, facilè anteibat. Erat corpore procerus, mediocribus major; ad corporis proceritatẽ membrorum habens consonam, & quasi proportionaliter respondentem universaliter dispositionem: ita ut nec in modico, à ratione totius, in eo pars aliqua dissentiret. Fuit facie decorus elegan-

legantiſſimâ, colore vivido, & innatum deſignante vigorem: à quibus planè in eâ parte matrem referens, & ab avo non degener materno; oculis mediæ quantitatis, modicè prominentibus, fulgoris temperati; capillo plano, non flavo penitus; barbâ mentum genasque, gratâ quadam plenitudine, favorabiliter veſtitus: carnoſitatis mediâ quadam habitudine modificatus; ita ut nec fratris more pinguior, nec matris exemplo dici poſſet macilentus. Tanta autem, ut in ſumma dicatur, formæ præibat eminentia, ut ignaris etiam eximiâ quadam in eo refulgente dignitate, certum in ſe de Regia Majeſtate daret indicium. Huic autem tantæ corporis venuſtati, mentis quoque conſtitutæ æquipollenter reſpondebat habitus. Nam ingenii ſummè velocis erat, & ſpontè fluentis eloquii ei non deerat prærogativa quædam ſingularis: nec morum dignitate commendabilium quolibet principe videbatur inferior. Affabilis enim & miſericors erat admodum: & licet ſupra vires ſe penè omnibus exhiberet liberalē; alieni tamen minimè cupidus: nec Eccleſiarum vexabat patrimonia, nec ſubjectorum, more prodigi, inſidiabatur opulentiis. Quodq; in ea ætate rariſſimè ſolet contingere, etiam in adoleſcentiâ ſuâ erat Deum timens, & ad Eccleſiaſticas inſtitutiones, & Eccleſiarum Prælatos omnimodam habens reverentiam: ingenii etiam vivacitate præditus, fidelis memoriæ erat aſſecutus beneficium. Erat autem & commodè literatus, & fratre ſuo Amalrico, qui ei ſucceſſit, multò ampliùs: cùm verò quid otii ex occupationibus publicis decerpere poterat, libenter incumbebat lectioni; hiſto-

V. *Balduinus, ejus nominis tertius.*

A. C. 1142.

BAlduinus hicce, filius fuit Fulconis, Balduini secundi, ex filiâ Melisenda, nepos: cùmq; tredecim solùm haberet ætatis annos, Regni administrationem accepit mater; ad quam etiam extant literæ S. Bernhardi *epist. 289.*

2. De hoc ita Tyrius lib.16.c.1. & 2. Defuncto Fulcone, Hierosolymorum ex Latinis Rege tertio: successit ei Balduinus tertius, ex Milesende Reginâ, filius ejus; fratrem habens unum puerulum, Amalricum nomine, annorum septem, qui postmodùm eidem sine liberis defuncto, successit in regno, sicut in sequentibus aperietur. Tredecim annorum erat Balduinus, cùm regnare cœpit: regnavitque annis viginti. Fuit autem adolescens optimæ indolis, id de se certis promittens indiciis, quòd postea in virilem evadens ætatem, plenò rerum persolvit experimento. Nam vir factus, sicut facie, & totâ corporis habitudine, præ cæteris differenti formæ præminebat elegantiâ: ita & mētis vivacitate, & eloquentiæ flore, omnes reliquos regni Principes, facilè anteibat. Erat corpore procerus, mediocribus major; ad corporis proceritatē membrorum habens consonam, & quasi proportionaliter respondentem universaliter dispositionem; ita ut nec in modico, à ratione totius, in eo pars aliqua dissentiret. Fuit facie decorus elegan-

legantissimâ, colore vivido, & innatum designante vigorem: à quibus planè in eâ parte matrem referens, & ab avo non degener materno; oculis mediæ quantitatis, modicè prominentibus, fulgoris temperati; capillo plano, non flavo penitus; barbâ mentum genasque, gratâ quadam plenitudine, favorabiliter vestitus: carnositatis mediâ quadam habitudine modificatus; ita ut nec fratris more pinguior, nec matris exemplo dici posset macilentus. Tanta autem, ut in summa dicatur, formæ præibat eminentia, ut ignaris etiam eximiâ quadam in eo refulgente dignitate, certum in se de Regia Majestate daret indicium. Huic autem tantæ corporis venustati, mentis quoque constitutæ æquipollenter respondebat habitus. Nam ingenii summè velocis erat, & spontè fluentis eloquii ei non deerat prærogativa quædam singularis: nec morum dignitate commendabilium quolibet principe videbatur inferior. Affabilis enim & misericors erat admodùm: & licet supra vires se penè omnibus exhiberet liberalē; alieni tamen minimè cupidus: nec Ecclesiarum vexabat patrimonia, nec subjectorum, more prodigi, insidiabatur opulentiis. Quodq; in ea ætate rarissimè solet contingere, etiam in adolescentiâ suâ erat Deum timens, & ad Ecclesiasticas institutiones, & Ecclesiarum Prælatos omnimodam habens reverentiam: ingenii etiam vivacitate præditus, fidelis memoriæ erat assecutus beneficium. Erat autem & commodè literatus, & fratre suo Amalrico, qui ei successit, multò ampliùs: cùm verò quid otii ex occupationibus publicis decerpere poterat, libenter incumbebat lectioni; histo-

historiarum præcipuè auditor, antiquorum regum & optimorum principum gesta moresque diligenter investigabat: literatorum maximè, sed & prudentum laicorum confabulationibus plurimorum recreabatur. Tantâ autem affabilitatis gratiâ præminebat, ut etiam contemptibilibus personis, ex improviso & nominatim salutationibus dependeret affatum; & ad se ingredi volentibus, vel occurrentibus, passim mutuæ collocutionis, aut offerret ultrò commercium, aut postulantibus non negaret. Vndè tantam sibi plebis & patrum cõciliaverat gratiam, ut prædecessorum suorum quolibet amplius, utriq; classi haberetur acceptus. Erat autem & laboris patiens, & in dubiis bellorum eventibus, more optimi principis maximè providus: in summis necessitatibus, quas pro Regni incremento pertulit sæpius, regiam præferens constantiam, & fortis viri nusquam deserens securitatem. Iuris etiam consuetudinarii, quo Regnum regebatur Orientale, plenam habens experientiam: ità ut in rebus dubiis, etiam seniores Regni principes, ejus consulerent experientiam, & consulti pectoris eruditionem mirarentur. Erat prætereà jucundi sermonis, facetique; & personis quibuslibet, favorabili quadam compositione, se conformem tribuens, omni ætati & conditioni gratissimè se contemperabat; urbanitatis quoque præcipuæ; eò minus, quod dicendi nimiâ utebatur libertate, ità ut quæ in amicis erant notabilia, & reprehensioni obnoxia, sublatâ differentiâ, utrum placeret an læderet, eis in faciem publicè jacularetur: quæ tamen, quoniam non nocendi animo, sed quâ-

dam

dam mentis hilaritate, vel potiùs levitate dicebat, non multùm indè, etiam eorum quos sermone liberiore lacessebat, gratiam demerebatur: eoq; amplius veniale videbatur, quòd in se versâ vice contortâ, æquanimiter dicta supportabat mordacia. Ad hæc & alearum, & damnificos talorum ludos, plusquàm Regiam deceret Majestatem sequebatur: & carnis curam perficiens in desideriis, injuriam alienis dicebatur inferre matrimoniis. Sed hoc in adolescentiâ: nam vir factus, secundū Apostolum, evacuavit quæ erant parvuli. Insignibus enim virtutibus secutis, vitia prioris compensavit ætatis: uxore enim susceptâ, cum eâ vixisse cōtinentissimè dictus est. Et quæ in adolescentiâ minùs Deo placita, & notæ subjacentia, lubrico ætatis impellēte, contraxerat, postmodùm prudentiore cōsilio detersit, & studio in melius reformavit saniore. In sumendâ præterea corporis refectione, sobrius erat admodum, & supra id quod ætas illa exigebat abstemius: ebrietatem, tam in cibo quam in potu, pessimi criminis fomitem esse asserens, abominabatur.

3. A. C. 1144. In Oriente, Sarracenis Edessam (Rohas, vel Rages) Mesopotamiæ, aut Mediæ, civitatem (quæ hactenus jam inde à diebus Constantini M. Christianam religionem servaverat, quamvis oppugnantibus paganis) civis quidam Armenius prodidit: quod Princeps urbis Ioscelinus, filiam ejus, eximia specie, virginē, invitā vitiâsset. Itaque nocte Dominicæ nativitatis, Sanguinus (Halapensis Syriæ ac Mesopotamiæ, exceptâ Antiochiâ & Damasco, Satrapa; Persarum & Medorum Regis, vel Soldani, subditus)

tus) aliter Alaph dictus; cum suis irruens Christianorum ingentem cædem fecit: præsertim verò mactavit eos, qui Christum abnegare noluerant: interquos ipsum Archiepiscopum Hugonem, Matronas & virgines altaribus inpositas, in contumeliam religionis constuprarunt; ac posteà interfecerunt. Sic, totâ Mesopotamiâ amissâ: Hierosolymitano Regno, maximus terror est injectus. Ideò preter alios, Episcopus Gabalensis in Italiam venit: ut Occidentē ad arma Orienti inferenda accenderet. Eapropter ad Reges quoq;, Conradum Germaniæ, & Ludovicū Franciæ, auxilii corrogandi causâ contendit. Quo atrocissimo casu, etiam Pontifex Eugenius vehementissimè perturbatus: crucē iterum sibi indicendam, totumq; Occidentē ad arma concitandum, indicavit: literis ad omnes Reges missis, præsertim ad Regem Francorum, excitavitque eos exemplo Vrbani II. qui proximè universo Occidenti propè classicum, ad hoc decus comparandum cecinerit. Ita Hierosolymis receptis, novum Regnum in Syria conditum esse. Nunc captam esse Edessam; Archiepiscopum ejus, clerum, populum Christianum, crudelissimè occisos: Sanctorum reliquias, ab infidelibus conculcatas Periculum jam esse, reliquæ Orientali Ecclesiæ maximum. Ergò concurrendum esse ad servanda illa: quæ labore ac sanguine patrum ipsorum parta sint. Vxores & liberos proficiscentium, in tutelam Ecclesiæ recipit: omnibus delicta sua, in itinere cum confessione morientibus, remittit: à corporis cultu, accipitribus, luxuriâ, dehortatur. *Frising. Vrsperg. Sigon. & alii.*

4. Lit-

4. Literis Eugenii in Franciam (scriptore Sigon.) de sacra expeditione perlatis; Bernhardus Abbas prædicationem crucis palàm, summâ contentione & gravitate, instituit. Venisse tempus quo plenitudo gentium introire deberet: & sic omnis Israel salvus fieret. Quæ vero dicebat Bernhardus (inquit idem Sigon. & alii) ea mirabilium signorum magnitudine cumulabat. Siquidem satis constat; nullum diem fuisse, quo non ægros aut debiles, aut membris captos, aliquos sibi oblatos sanarit. Quibus rebus inpulsus Rex Ludovicus; crucem à Bernhardo, cum plaraq; Franciæ nobilitate, suscepit. Sic & universa ferè Francia. Ideq, postero anno Germania fecit, ut & Italia. Anno 1147. (al. 1146) Spiræ, natalitiis Domini à Conrado Rege celebratis, Francofordiæ conventus Principum frequens actus est Eò S. quoq; Bernhardus venit: qui admirationi erat sanctitate suâ, eruditione, eloquentiâ. Et cùm à Conrado, in hospitium, à Templo deductus esset; puerum pedibus captum, rectè gradientem fecisse: cæco visum, muto loquelam, restituisse dicitur. De cruce igitur, gravem & amplissimam orationem habens: Conradum etiam Pontificis literis (nullâ enim amplius inter ipsum, & Romanam sedem, controversia erat) & Francici Regis auctoritate, ad crucem humeris accipiendam adduxit: quam etiam die purificationis Mariæ accepit. Quod idem & nepos ejus ex fratre unoculo fecit, Fridericus; qui postea imperavit: & Guelpho, & maximus quisq, Germaniæ Princeps. Multi etiam Episcopi, ut Ortliebus Basiliensis, Reginbertus Pataviensis, Otho Frisingensis

ſtitare. Nam tum devotione qualicunque, omnes id genus homines, pro remedio peccatorum ſacram amplexi militiam; in eam nomina dedêre volentes expeditionem. Conradus (cùm & Ratisbonæ & alibi in Bavaria etiam multi ſe adjunxiſſent) Vngariam ingreſſus cum copiis eſt: Rectoremq; ejus dare obſides, & juramentum fidelitatis, coëgit. Cumq; Conradus antehàc valdè ab Vladislao, quem è Polonia fratres expulerāt, ſollicitatus eſſet, ut ipſum reſtitueret (ut & eo nomine, legatos ad Boleslaum Criſpum, fratrem Vladislai, jam ibi regnantem miſiſſet: qui humaniter, & graviter, juſtè eum expulſum eſſe reſpondiſſet) in Poloniam ipſe venit: ſperans, ſe coràm poſſe reconciliationem gratiæ facere. Exceptus fuit ibi, ut & Bohemorū princeps Vladislaus, à Boleslao, fratribusq; per quàm liberaliter: atque uſquè ad Pontum Euxinum, quà compendioſior via erat, cum omni exercitu eſt deductus. Sed negotium reconciliationis, ab illis uſq; ad reditum Cæſaris dilatum eſt. Ac multi quoq; Poloni voluntarii, Cæſarem ad eandem militiam ſecuti ſunt. Alii eum per Vngariam, non ſatis compoſito agmine, in Thraciam profectum eſſe volunt. *Cromer. hiſt. Polon. lib. 6.* De eaq; profectione Tyrius lib. 16. Tranſierunt, inquit, Bavariam: & Danubio apud Ratisbonam transmiſſo (iter ſeparatis agminibus facientes) à lævâ eum fluvium habentes, deſcenderunt in Auſtriam. Emenſi ſunt Vngariam humaniter accepti, Bulgarorumq; provincias, Mæſiam & Daciam Ripenſem, à læva relinquentes. Indè in Thraciam, Philippopolin & Hadrianopolin, Regiam deniquè ad urbem (Conſtantinopolim)

nopolim) pervenerunt. Sigonius etiam, cum hoc tanto, ac tam ornato exercitu, inquit, Conradus Ratisbonæ conſcendit: ac Danubio devectus (equitatu terrâ ſubſequente) Pentecoſten Germaniæ in finibus egit; atque indè per Vngariam ducere inſtitit. In Thraciam indè ingreſſus: cùm 7. idus Septemb. ad caſtrum quoddam conſediſſet, ut ibi poſtridie nativitatem Deiparæ virginis celebraret; adversâ cœli tempeſtate, & ſævâ vicini amnis intumeſcentis injuriâ, uſque adeò conflictatus eſt: ut armis, impedimentis, militibuſque multis amiſſis, indè Conſtantinopolin venerit. His item de rebus Nicetas Choniata, *de Manuele Imp. lib. 1.* Horrenda nubes hoſtilis, ab Occidente in fines Romanorum, tanquam fulmen, irrupit: motus Alemannicus & cognatarum eis gentium. Equitabant unà mulieres, divaricatis in ſellis pedibus, ut viri: armatæ haſtatæ Martiali vultu, Amazonibus audaciores. Inter quas una excelluit, tanquàm altera Pentheſilia: quæ à fimbriâ & limbo, veſtis auro intertexto, Auripes nominabatur. Cauſa hujus expeditionis erat; Vt via, quæ anteà inſidioſa fuerat, tuta jam popularibus ſuis, qui ad Dominicum ſepulchrum peregrinari vellent, redderetur. Hanc cauſam, cùm jurejurando veram affirmaſſent; commeatum ab Emanuele Imp. per legatos petebat ſibi, jumentisq; ſuis, venalem exponi. Imp. re inexpectatâ territus, Regi Conrado benignè reſpondit: inſtitutum laudans; per edicta, ubique cibaria & pabulum proponi mandans. Interim ſuo Imperio metuens; ne id in Occidentem translaturi veniſſent. Romanas legiones convocat, cum

Senatu

Senatu suo deliberat: quantæ Latinorum copię, quàm armis instructę, quã truces & sanguinariæ quàm formidabiles, irruerint cõmemorat. Turres deindè, & propugnacula urbis instaurat: exercitui thoraces, & loricas, hastas & gladios, equos & pecuniam, dat: militũ partem in mœnibus disponit; cæteros exercitum Alemannorum ponè sequi jubet, à prædationibus coercẽdi causâ: nihil tamen hostiliter facere. Ac fuissent alicubi pugnæ ortæ circa Philopoppolin; nisi ejus civitatis Antistes, Michael Italicus, vir eloquẽs & suavis Regem Conradum concitatũ, mitigasset. Attamen cum Adrianopolin ventum esset; ibi cognatus quidam Conradi ægrotans mansit: quem improbi quidam Romani (Græci) rapinæ inhiantes, unà cum diversorio vivum combusserunt. Quo cognito: Conradus ultionem nepoti suo Friderico mandavit. Qui ut homo naturâ ferox, & irâ æstuans, reversus, Monasterium ubi ægrotus decubuerat, combussit; ac pœnas de raptoribus sumpsit. Porrò Melas fluvius, in Alemannos exundans. Cum in Chærobachorum (Frisingensis oppidum Cherevach vocat) planitiem venissent: castra ibi locarunt; tum rivus, qui campum perfluit, nocturnis auctus imbribus, & longè lateq; effusus; viros, equos, arma, miserabiliter (malo futurorum omine) involuit. Nec proderat ipsis corporum proceritas: neq; alias invicta bello dextra. Videres alios natantes (inquit Frising. qui præsens vidit) alios, equis adhærentes, alios funibus tractos, alios vi fluminis abreptos. Quidam ergo (inter quos & Otho hic) in tentoria Ducis Friderici cũfugiebant, ut tutiora: quoniam in latere mon-

tis posita. Quo casu, Conradus consternatus, & de ferociâ nonnihil remissior factus, ad urbem Imperatricem festinavit. Fertur magno æstu ipsum eò pervenisse; ac benè ab Emanuele exceptum fuisse (egregiâ nimirum fraudulenti affinis simulatione) cum quo & de Imperio, & de Turcis, consilia tractaverit. Sed statim exercitum traiicere coactus est in Asiam, Choniata teste. Æmylius verò lib. 5. Latinus Augustus, inquit, ab Augusto Græco amplè magnificeq; exceptus: tot bellatorum agmine subnixus, moræq; impatiens, in Asiam Bosporo Thracio (brachio S. Georgii) transiit. Itaque omne navigiorum genus, in transducendis Alemannis occupatum fuit. Quorum tanta multitudo erat, ut quamvis Manuel, Scribas, qui annotarent numerum, constituisse; illi tamen labore victi, re infectâ discederent. Francus Rex Ludovicus (auctore Aemylio) Idibus Maiis profectus: iter per Germaniam atq; indè, quà præcesserat Augustus, faciebat cum Franciæ delectâ juventute: in comitatu habens Leonoram uxorem, Wilhelmi Pictaviensis filiam; quòd à viro Rege, divelli nolle se diceret: & videre optabat patruum Raimundum, Antiochensium Principem (Choniata Petebinum vocat: idest Raimundum Pictavium) à quo venerant Oratores cum muneribus, precibusq; ut maturaretur, anteqàm Res Latinorum in Syria pessum irent. Classis etiam in Provinciæ portubus parata erat, ut prætervecta Italiæ oram, in Orientem, quo Rex juberet, transmitteret. Ibi Græcus rursum eis de commeatu providit, sed malignè. Scribitur enim à quibusdam (etiam à Choniata) gypsum pertritum

tum à Græcis immistum fuisse farinæ, quo cum pernicie certâ Latini vescerentur. In locis opportunis insidias (inquit, idem Choniata) Latinis Manuel collocabat, in locis angustis: ubi non paucos ex iis exercitibus, interimebat. Cives, portis clausis nihil vendebant Alemannis: aut funes de mœnibus demittentes, pecuniam illorum priùs subtrahebant, deindè aut paulum quid panis, aliarumve rerum, aut prorsus nihil demittebant, sed evanescebant. Quibus injuriis illi exacerbati, vindicem Dei oculum in eos invocabant: qui in advenas, ejusdemq; Religionis tam injusti essent. At etiam ex improbo argento monetam cudit Manuel iste: quæ Latinis illis, qui aliquid vendituri essent, daretur. Breviter ut dicam (ita concludit Choniata) nullum mali genus fuit, quod Imperator, non vel ipse in eos machinaretur, vel aliis machinandi auctor esset: ut scilicet eorum posteri, perpetuis monimentis, ab invadendis Romanis deterrerentur. Idem & Turcos facere, literis instigavit. Metuebat enim Græcus, ne Occidentis Imperator, Orientem Occidenti restitueret in unum Imperium, sicut antiquis temporibus fuerat. At quod Græci à Germanis, & Italis metuebant; hoc eis posterius à Turcis, cum quibus contra Latinos interdùm colludebant, accidit: ita injustitia, & vana diffidentia, suam sibi tandem mercedem invênit. Interim navalis Germanorum exercitus (teste Sigon.) adversus Occidentales Sarracenos paratus quàm maximè juvit Hispanos. Is enim, cum 5. Calend. Ma. Coloniâ discessisset, 14. Calend. Iun. in Angliam venit: ubi ducentas sibi Flandricas Anglicas na-

manus Auguſtus, ex itinere (ab Epheſo) Conſtantinopolin redierit (vix cum decimâ parte copiarum) nullâ re effectâ: cò quòd longè paratiores Turcarum res, quàm initio putâſſet, inveniſſet: & Latinorum degeneres. Tunc apud affinem, Græcum Auguſtum (vivente adhuc ejus Alemannâ conjuge Berthâ, vel Irenâ) per aliquot menſes manſit: majore humanitate res Germanorum acciſas proſequentem, quàm integras coluiſſet. Aquo anteà Francus quoque, cum Conſtantinopolin veniſſet, ſummis honoribus fuerat affectus: atquè inde in Aſiam tranſcenderat; juſsâ claſſe ſuâ, à Corcyrâ Rhodum dirigere curſum. Tum ad eum venerat Fridericus, (poſteà Imperator) à Conrado remiſſus, cum eo occultè colloquens: Hic per ſuos, Francis indicarat de fraude Græcorum (à Manuele adjunctorum) à quibus in ſolitudines ſeducti fuiſſent, ac ferè in manus hoſtium traditi locorum ignari, & re frumentariâ deſtituti: quam illi promiſiſſent quidem; ſed occultâ ſe fugâ, è caſtris proripuiſſent. Ergò veſtra, inquit, virtus tutior erit: caſu noſtro edocta. Anno autem Chriſti 1145. Francus Seleuciam, non longè ab Antiochiâ: ac poſteà ipſam Antiochiam, circa mediam Quadrageſimam, cum uxore Leonorâ intravit: ab Antiocheno Principe Raimundo humaniſſimè exceptus. Exindè tamen Raimundus, animo ab eo alienatus eſt: quòd ab ipſo, Hieroſolymam magis properante, auxilium contra vicinos hoſtes non impetrâſſet. Sed nec Regina laudabatur: quòd cum Raimundo conſueſcere ferebatur. Ideò Rex ab eo diſceſſit: ac ſequenti tempore domum reverſus, ipſam repudiavit.

pudiavit. Quam posteà Henricus Nortmannus, cum plurib. in Galliâ regionibus accepit: ac postea R. Angliæ est factus. Conradus Rex, Constantinopoli Palæstinam versus navigavit: ac in Paschali hebdomade, Ptolemaidem applicans, post paucos dies Hierosolymam venit: magno cum honore & lætitiâ Regis, Cleri, populiq; exceptus. Ibi per aliquot dies, in palatio Templariorum (ubi olim Regia domus, & Templum Salomonis fuit) manens: & sancta ubiq; loca peragrans; per Samariam & Galilæam, Ptolomaidam rediit: omnes adventantes, quos poterat, milites, ad manendum, pecuniâ inducens. Convenerat enim ei cum Hierosolymitano Rege, & Fulcerio patriarcha, & Templi militibus, circa proximũ Iulium, in Syriam ad expugnandam Damascum ducere copias. Venerat & Francus Rex Hierosolymam; eiq; Patriarcha obviàm missus fuerat. Ambo Reges occidentales, multis, & magnis malis conflictati fuerant: nondum tamen ex tot & tantis attritionibus (ut ait Frisingensis) factus inter eos Regalis decoctus, conquieverat. Accedunt mense Majo (inquit 17. lib. Tyrius, ad An. C. 1147. Sed rectiùs alii, ad 1148.) cum exercitu Reges & Principes, ad Damascum obsidendam. Hortorum claustra effringunt, fluvium invitis hostibus, occupant. Ibi in conflictu quodam, Cæsar cuidam hosti, strenuè dimicanti, uno ictu caput, collumque cum dextero humero, ac brachio, ac partem subjecti lateris, dicitur amputasse; non obstante loricâ. Cives desperantes, ac de fugâ cogitantes, quosdam de Christianis pecuniâ corrumpunt; quorum persuasione, in oppositam urbis

partem

partem (multò ſcilicet firmiorem) traducitur Exercitus. Tunc cõmeatus noſtros defecit: ac detectâ illâ proditione, obſidionẽ ſolvunt: & Aſcalonẽ nequicquàm cogitant obſidere. Itaq; Conradus vidẽs ſe gratiâ Dei deſtitui; omnibus ferè amiſſis, cum paucis Conſtantinopolin verſus, undè venerat, eſt reverſus. Welpho, morbo correptus deſperatâ ſalute, domum rediit: antè cum in Siciliam navibus appuliſſet, à Rogerio honoficè exceptus: emptus etiam ampliſſimis muneribus (Avent. teſte) ut denuò Conrado bellum faceret. Conſtantinopoli autem verſans Conradus (vel in Achaiæ ſeu Theſſaliæ finibus, ut ait Friſing. ubi cum Manuele de Rogerio Siculo, communibus armis perſequendo, conſultavit) Theodoram, Imp. Manuelis ex fratre Iſaacio neptem, Heinrico Regulo Boiorum accepit in matrimonium, nuptiisq; confectis, navibus occidentem verſus (cum jam eſſet Domini an. 1149.) vectus eſt: ac Polam Hiſtoriæ, quæ tunc Imperio, & proceribus Damaſiâ oriundis (Dominis à Dieſſem) parebat, applicuit. Inpè Aquileiam petiit. Iuvaviæ poſteà (Salisburgi, metropolitanâ ſede Bojariæ, ut Friſing ait) Quinquagenalia (Pentecoſten) celebravit (expletis ab eo tempore, quo idem Feſtum in Pannoniæ finibus egerat, duobus annis) deindè Reginoburgi (Ratisbonæ) & conventus (cum magna Principum frequentia) egit. Rediit & Fruxinenſis (Friſing) Otho: qui antea in Aſiâ, nudis pedibus, ſciſſis tunicis, rebus omnibus amiſſis, vix evaſerat. Mox indè à diſceſſu noſtrorum ex Oriente: res Orientalium Latinorum decreſcere cœperunt. Noradino enim, San-

guini (qui antehâc ebrius, à suis confossus fuerat) filio, in fines Antiochiæ irruente; Princeps Raimundus (Choniatæ Petebinus) inconsideratè cum paucioribus occurrens, est confossus. Conrâdum verò, de gravi tribulatione reversum, Eugenius P. M. literis est consolatus: quæ apud Frising. extant. Vndè paucula hæc excerpere lubet. Eugenius Episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Conrado, Dei gratiâ Romanorum Regi illustri, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exhortamur te in Domino: quatenùs tribulationes, quas tibi & exercitui tuo omnipotens Deus irrogavit, patienter supportes: & in eo spem tuam constituas; quem vult, permittit affligi, & confidentes in se, misericorditer liberare consuevit. Si enim patientiam, & humilitatem in adversis perfectè tenueris; per desertum hujus vitæ, sub protectione columnæ nubis & ignis, id est, patientiæ solatio, & charitatis ardore, intrepidè perducêris. Nobilitatem tuam monemus, & exhortamur in Domino; quatenùs nobis statum tuum, & Regni, studeas intimare: & hoc tempore devotionem, quam erga matrem tuam, sanctam Romanam Ecclesiam geris, ostendas; ut nostro respondere affectui congruè videaris, & beatri Petri, Apostolorũ Principis, intercessionibus (cui te totum debes exponere). creatoris nostri, largiorem debeas gratiam promereri. Conradus exindè, Principes & illustres viros, qui fidelem & strenuam operam ei, contra Saracenos navaverant, magnificè muneravit gratitudinis ergò: inter quos & Basiliensis Ortliebus fuit; cui præter alia, jus quoq; ipsi & successoribus)

ſoribus) cudendæ monetæ dedit. Vndè adhuc Baſilienſis argentei reperiuntur nummi, cum hâc inſcriptione: Chuonradus Rex. Cruſius annal.lib.10.part.2.cap.9. Videri etiam de hac expeditione poteſt Baronius Anno Chriſti 1146. Vbi num.6.de causâ infelicioris ſucceſſus,inter alia ita ſcribit. Quod auctoritate Apoſtolicâ indictum eſt bellum, Epiſcoporum Concilio probatum, Sanctorum prædicationibus annunciatum, ſignis & miraculis comprobatũ, cauſa juſtiſſima promulgatum, atque undiq; ſanctificatum: Quid minùs habuit, ut non faverit ipſi Deus, qui voluit ipſum? Sed terribilis planè Deus in conſiliis ſuper filios hominum. Pſalm. 65. Fuit ſanè (ita putabatur omninò) voluntas Dei, & utiq; bona; ſed an beneplacens,& omnibusq; perfecta? hoc exactè inquirendum, monet Apoſtolus ad Romanos ſcribens, cùm ait: Reformamini in novitate ſenſus veſtri, ut probetis quæ ſit voluntas Dei bona,& beneplacens,& perfecta; in bono probando opere: bona utiq; Dei voluntas acceſſit, ſed in offerente non ſibi Deus complacuit, nec fuit voluntas Dei in eo. Non ergo reſpexit ad offerentem, licèt bona quæ eſſent, offerret; ſicut nec ad Cain, Gen. 4. nec ad munera ejus, quid enim ab offerente requiritur Evangelicâ lege? Vade prius (inquit Dominus Marc. 5.) reconciliare fratri tuo, magis magisq; verò patribus tuis. Quot nam autem ſanctos Epiſcopos ſuarum ſedium, Francorum Rex Ludovicus, fecit extorres, & ſuis privavit paſtoribus Eccleſias; apparet ex Epiſtolis ejuſdem S.Bernardi. At dixerit quiſpiam: emendavit Rex iſta! Immò certum eſt non correxiſſe,

& adhuc eâ de causâ, Ecclesias interdicto perseverasse subjectas. Quomodo ergo Deo placere possit, si Princeps alterâ manu pro Ecclesiâ pugnet, alterâ contra Ecclesiam prælietur? At dicet aliquis: amplissimum Iubileum, ab Eugenio Papâ ipsi, aliisq; eâ de causâ concessum, an non satis ad expianda maxima quæq; delicta? sanè quidem, si veram pœnitentiam satisfactio comitetur. Hæc præmisisse, necessarium duximus; ne mens humana in scandalum impingat, quo justificans homines, Deum impiè aut impudenter accuset, si non egressus est Deus in virtutibus nostris, sed reliquit in manibus inimicorum suorum. Insuper non simplex in Terram sanctam tantùm indicta fuit à Papa Eugenio expeditio, sed duplex, altera (ut dictum est) in Palæstinam; altera adversus Boreales, Paganos adhuc populos; diversæq; iis dabantur pro tesserâ militari sanctæ Crucis imagines: quod exprimit idem Otto Frisingensis, dum ait: c.40. in fin. Saxones verò, quia quasdam gentes, spurcitiis idolorum deditas, vicinas habent; ad Orientem proficisci abnuentes, crucis itidem, easdem gentes bello attentaturi, assumpserunt: à nostris in hoc distantes, quòd non simpliciter vestibus assutæ cruces scilicet, sed à rota subterposita in altum protendebantur. Hæc Otto, qui ista tunc præsens inspiciebat. Sed qui tunc scribebat Saxo Grammaticus, de ista expeditione in Boreales Paganos sicut luculentius, ita & locupletius tractat, aitque lib. 14. Per eadem tempora Romanus Antistes, barbaricæ tempestatis procellâ, rem divinam penè obrutam, eversamq; conspiciens: datis per Europam epistolis, universos Christianæ credulitatis ho-

ſtes, ab ejus cultoribus oppugnari præcepit. Singulæ autem Chatolicorum provinciæ confinem ſibi barbariem inceſſere jubebantur. Ne ergò Dani, privatæ militiæ rebus, publicæ religionis officia detrectarent; ſumptis ſacræ peregrinationis inſignibus, imperium amplectuntur. Igitur Canutus, ac Sueno, invicem obſidibus datis, depoſitisq; inimicitiarum exercitiis, rei meliùs gerendæ gratiâ, pacem pro tempore ſtatuunt, revocatumq; à ſuis viſceribus ferrum, ad ſacrorum vindictam convertunt. Diſcordiam itaq; à Regni æmulatione profectam, ſociæ expeditionis fœdere caſtigantes, junctis viribus Sclaviam petunt; Germanis ex condicto diverſarum ejus invadentibus plagam. Erant ergò hi Saxones, ut ex Ottone jam eſt relatum: nam & paulò inferiùs, idem Saxo, hæc ſubdit: Occurrunt in littore Saxones, & ipſi vindicandæ religionis cupientiſſimi, militiæ ſocii Danis futuri. Sed quàm parùm felicem exitum habuerit expeditio iſta, ad ſociale bellum converſis Principibus, idem Saxo pluribus narrat. Quod autem in Paganos idolorum cultores, perfici hoc anno non potuit; feliciter poſteà peractum per Waldemarum filium S. Canuti, martyris, Daniæ Regis. Quod verò ſpectat ad reditum Ludovici Francorum Regis; is mare navigans, capitur à navibus Emmanuelis Conſtantinopolitani Imperatoris: ſed eripitur à claſſe Regis Siciliæ. Res geſta ita breviter narratur à Roberto de monte *in Appendice ad Sigebertum*: Ludovicus Rex Francorum à Palæſtinâ navigans, ut in patriam rediret, Græcorum naves incurrit. Cumq; ab eis Imperatori Curſolium obſidenti, præſentandus

deducitur; Georgius dux navium Regis Siciliæ, eos aggreditur: siquidem vastatis & spoliatis Græcorum provinciis, usq; ad ipsam urbem regiam Constantinopolim accedens, sagittas aureas in palatium Imperatoris ejecerat; & incensis suburbanis, de fructu hortorum Regis violenter tulerat. Undè rediens, naves Græcorum incurrit, captum Ludovicum Regem eripuit, &c. Qui ubi in Galliam pervenit, de novâ expeditione cogitari cœptum; de quâ idem auctor: Habitis per Franciam conventibus, annuente etiam Papâ Eugenio, ut Abbas Clarævallis Hierosolymam ad alios provocandos mitteretur: grandis iterum sermo de profectione transmarina celebratur, sed per Cistercienses monachos totum cassatur. Quod enim infelix admodùm extitisset prioris exitus, eandem tentare expeditionem iterum, visum est admodùm importunum, ac præter rationem. Quod igitur Cistercienses monachos obstitisse, auctor affirmat: occasio illa fuit, quòd cùm prior expeditio malè cessisset; in auctorem ejus S. Bernardum, obloquentium omniũ linguæ convertebantur, quasi suæ prædicationi obsequentem populum decepisset, qui eos ad interitum absque utilitate misisset. Quamobrem horum detractione non parum quidem derogatum est existimationi ejusdem S. Bernardi utriusque exercitus promotorem. Excusavit autem eum Otto Episcopus Frisingensis unus ex peregrinis illis, aitquæ *post multa in vitâ Frider. lib. 1. c 60. in fin.* Si dicamus sanctum illum Abbatem (Bernardum scilicet) Spiritu Dei ad excitandos nos afflatum fuisse; sed nos ob superbiam lasciviamque nostram, salubria mandata

mandata non observantes, merito rerum personarumq; dispendium deportasse; non sit à rationibus, vel antiquis exemplis dissonũ. Quamquàm & spiritus Prophetarum non semper subsit Prophetis. Sed de iisdem obtrectatoribus, audi Gofridum, *in vita ipsius S. Bern. lib. 3. c. 4.* Nec tacendum (inquit) quod ex prædicatione itineris Hierosolymitani, grave contra eum quorundam hominum, vel simplicitas, vel malignitas scandalum sumpsit; cum tristior sequeretur effectus. At dicere possumus, ab eo initium non sumpsisse iter illud. Cùm enim multorum jam animas permovisset audita necessitas; à Rege Francorum, semel & iterum propter hoc expetitus, Apostolicis etiam literis monitus: nec sic acquievit super hoc loqui, vel consilium dare, donec per ipsius tandem summi Pontificis generalem Epistolam jussus ab eo est, tamquam Romanæ Ecclesiæ lingua, exponere populis atque Principibus. Ejusq; Epistolæ tenor fuit, ut in pœnitentiam & remissionem peccatorum iter arriperent, aut liberaturi fratres, aut suas pro illis animas posituri. Hæc & hujusmodi, super hoc poterant veraciter dici: sed dicendũ potius fuit, id quod potius fuit. Evidenter enim verbum hoc prædicavit, Domino cooperãte, & sermonẽ confirmante sequentibus signis; sed quantis, & quã multiplicibus signis? quanta vel numerare, nedũ narrare difficile foret. Nam & eodem tempore scribi cœperant; sed ipsa demùm scriptorum numerositas, scribendorumq; materia fatigavit auctorem: nimirùm cùm aliquandò una die, viginti, seu etiam plures, ab incommodis variis sanarentur; nec facile ab hujusmodi dies

ulla vacaret. Plures enim, eo tempore Christus per servi sui tactum,& orationem,ex ipsis etiam matrum uteris cæcos videre, claudos ambulare, aridos convalescere, surdos fecit audire,& multos loqui; mirabiliq; restituere gratiâ,quod minùs præstitutum fuerat à naturâ. Nec tamen ex illâ profectione Orientalis Ecclesia liberari; sed cœlestis meruit impleri & lætari. Quod si placuit Deo, tali occasione plurimorum eripere si non Orientalium corpora à Paganis, Occidentalium animas à peccatis; quis audeat dicere illi: Quod fecisti sic? Aut quis rectè sapiens, illorum sortem magis non doleat, qui ad priora, vel peiora forte prioribus scelera redierunt, quàm eorum mortem, qui in fructibus pœnitentię purgati, variis tribulationibus Christo animas reddiderunt? Alioquin quamlibet dicant Aegyptii, dicant filii tenebrarum, qui veritatem nec videre valeant, nec proferre: Exod. 32. Callidè eduxit eos, ut interficeret in deserto. Patienter tolerat Salvator opprobrium, quod tantarum animarum salute compensat. Et infrà. Accidit autem, ubi primùm de ejusdem exercitus dissipatione, lamentabilis intra Gallias insonuerat rumor; ut illuminandum Dei famulo filium cœcum, offerens pater, multis precibus vinceret excusantem. Et imponens Sanctus puero manum, orabat ad Dominum, quatenus si ab eo verbum prædicationis illius exierat, si prædicanti Spiritus ejus affuerat; in illius illuminatione ostendere dignaretur. Dum verò post orationem, orationis præstolaretur effectum: ait puer: Video. Attollitur ilicò clamor astantium. Plures enim, non modò ex Fratribus, verùm è secularibus aderant, qui ut puerum vi-

dere videntem, multipliciter consolati, Deo gratias referebant. Hucusq; de his Gofridus. Poterant quidam tanta ista, obstruere ora loquentium iniqua: attamen sicut nec Redemptori, tot ab eo edita profuere miracula; quin in eum calumniæ atq; blasphemiæ jacerentur, imò etiam morti turpissimæ traderetur: ita nec satis S. Bernardo, ejusmodi miraculo, suspicionem de præsumptâ temeritate purgâsse: quin de iis ipsis jugiter calumniam pateretur: adeò ut fuerit ipsi necesse pro se ipso, scribere Apologiam, Anno quarto, à Concilio Rhemensi (ut ipse numerat) cùm libros de Consideratione scripsit ad Eugenium Papam, in cujus tractatus libro secundo, ejus exordio, ista in sui defensionem habet: Incidimus ut ipse nosti, in tempus grave, quod & ipsi penè vivendi usui videbatur indicere cessationem, nedum studiis; cum scilicet Dominus, provocatus peccatis nostris, ante tempus quodammodò visus sit judicasse orbem terræ, in æquitate quidem, sed misericordiæ suæ oblitus. Non pepercit populo suo, non suo nomini. Nonne dicunt in Gentibus, Psalm. 113. Vbi est Deus eorum? Nec mirum: Ecclesiæ filii, & qui Christiano censentur nomine, prostrati sunt in deserto, aut interfecti gladio, aut fame consumpti. Effusa est contentio super Principes, & Dominus errare fecit eos in viâ. Contritio, & infelicitas in viis eorum, pavor & mœror, & confusio in penetralibus Regum ipsorum. Quàm confusi pedes Evangelizantium pacem, annuntiantium bona? Diximus, pax, & non est pax: promisimus bona, & ecce turbatio. Quasi verò temeritate in opere isto, aut levitate usi simus?

Cucur-

tur ipsi? Dico ego unum: Quid poterant proficere, qui semper revertebantur cum ambularent? Quandò & isti per totam viam, non redierunt corde in Aegyptum? Quod si illi ceciderunt, & perierunt propter iniquitatem suam; miramur istos eadem facientes, eadem passos? sed nunquid illorum casus adversus promissa Dei? ergò nec istorum. *Baronius sub ann. Chr. 1149. n. 4. & se. q.*

5. Et hoc sub Rege, ut ferè sub aliis quoq; imperium civilibus turbis inquietatum fuit: & quidem inter ipsum Regem, & matrem, dissidia periculosa sub orta sunt, qua de re Tyrius lib. 17. c. 13. & 14. Inter hæc, dum satis prospero cursu, Regni Orientalis negotia procederent, & quasi quâdam tranquillitate gauderent: videns inimicus homo, qui solet superseminare zizania, & nostræ invidens prosperitati; intestinis nos tentans concutere seditionibus, quietem nostram perturbare aggressus est: cujus periculi hæc fuit causa, & origo. Milisendis Regina, defuncto marito, ut prædiximus, derelicta cum duobus liberis adhuc infra annos constitutis, Regni tanquàm jure hereditario sibi debiti, curam & administrationem sortita est; filiorum legitimam agens tutelam. Hanc consilio Principum regionis, strenuè & fideliter, vires & animum transcendens fœmineum, usq; ad illum diem administraverat: filio primogenito, Balduino, cujus in præsenti gesta conscribimus, etiam postquam in Regni sublimatus est solium, ejus multùm favente, & meritò subjacente Imperio. Inter cæteros autem, quorum operâ, consilioq; utebatur Regina, familiarem admodùm habe-

catâ, in publicum processit Laureatus. Transcursâ igitur illâ solemnitate, convocato procerum cætu, matrem convenit; & ut Regnum secum dividat, instanter exigit; & avitæ sibi postulat hæreditatis portionem assignari. Tandem post multos, hinc indè habitos deliberationis tractatus, divisâ hereditate; Regi optione datâ, assumpsit sibi in partem Tyrensem & Acconensem, cum pertinentiis suis, urbes maritimas: relictis ReginæHierosolymâ, & Neapoli, cum suis iterum pertinentiis. Sicque divisi sunt ab invicem, sperante populo, quòd pro bono pacis, tolerandum esset, quod sic ordinatũ fuerat; quòd uterq; contentus esse deberet suâ, quæ eum contigerat, portione. Per eosdem itaque dies, Rex, nobilem quendam Henfredum de Torono, cui magnæ & amplæ possessiones erant, in montibus qui Tyrensi adjacent metropoli, ordinavit Constabularium suum, & ei militiæ suæ curam commisit. Sed neque sic etiam quievit Reginam persequentium stimulus; sed & causis levibus, vires resumens ignis, qui latuerat in favillâ, incendium majus, & priore multo periculosius, cœpit ministrare. Nam Rex eisdem impellentibus, quorum consilio priùs acquieverat, matrem iterùm cœpit molestare: & eam quam ex utriusque beneplacito Regni obtinuerat portionem, exclusâ omnino matre, sibi vendicare proposuit. Quod intelligens Regina, commendatâ Neapoli quibusdam fidelibus suis, qui ejus curam haberent, Hierosolymam se recepit. Rex verò intereà, congregatâ quantâ potuit militiâ, prædictum Manassem in suo castello quodam obsidet, eumque ad deditionem com-

compellens, Regnum & omnem cismarinam regionem abjurare coëgit: indè occupatâ Neapoli, matrem persequens, Hierosolymam proficiscitur. Recesserant autem à Reginâ, juramentorum & fidelitatis immemores, quidam ex iis, qui intra sortem ejus habebant possessiones & ei fide mediâ erant obligati. Pauci verò ei adhærentes, fidei servaverant integritatem. Audiens itaque Regina, filium cum exercitu advenire, in arcem, cum familiaribus suis, & fidelibus se recepit; de præsidii munitione confidens. Patriarcha verò Fulcherus, videns tempora periculosa, & dies tentationis imminere; volens partes suas interponere, & de iis, quæ ad pacē sunt rogare: assumptis sibi de clero, viris religiosis, & Deum timentibus, Regi obviam exiit; monens ut à pravo desistat proposito, & in finibus pactorum consistens, matrem quiete perfrui patiatur: apud quem postquam videt se non proficere, consilium ejus detestans, in urbem est regressus. Rex autem urgens propositum, ante urbem castra locat. Tandem verò civibus indignationem declinantibus Regiam, & portas aperientibus, intromissus est cum suis expeditionibus: ubi statim arcem, in quam mater se contulerat, aptatis ad eam expugnandam machinis, obsidione vallat; & more instans hostili, balistis, arcubus, & jaculatoriis machinis, continuas inferens molestias, obsessis requiem negat. Illi verò, instanti omninò reluctantes, vim vi repellere nituntur. Tandem, cùm per dies aliquot, periculosè nimis hinc indè decertatum esset, cùm in arcem, expugnando Rex non multùm proficeret, nec tamen à proposito velles

vellet desistere, intercurrentibus quibusdam pacis, & gratiæ reformatoribus; urbe Neapolitanâ, cum suis finibus contenta, Regina Regni caput, Regi resignat, Hierosolymam nempè: interpositis ex parte Regis, & præstitis corporaliter juramentis, quòd super eâ possessione per eum perpetuò non deberet molestari: sicque eis in mutuam redeuntibus gratiam, quasi stella matutina, in medio refulgens nebulæ, Regno & Ecclesiæ restituta est tranquillitas. Vide etiam Pantaleonem *in histor. Ord. Iohannit. lib. 1.* qui idem *lib. 2. à principio*, ita scribit. Cùm negotia regni Hierosolymitani, satis prosperè nostris succederent; etiam Ioannitarum, equitum Ordo incrementa sumpsit; atq; ob virtutem, plurima oppida, vicos, atq; bona, passim à rege & principibus, in terrâ sanctâ obtinuit; ita ut magnæ simultates indè ipsis cum Fulchero Patriarchâ exortæ fuerint: conquerebatur enim ipse, quòd decimas prædiorum sibi negarent, quòd sumptuosas domus, ante Resurrectionis Ecclesiæ januam, in sui contemptum ædificarent; quòdq; excommunicatos, & ab Ecclesia separatos, ad se reciperent, ac eisdem ægrotis, supremam unctionem, & mortuis sepulturam non negarent. Itaque tandem contentiones eò devenerunt, ut partium studiosi, etiam in Templis, sese mutuis telis, impeterent. Cùm ergò Patriarcha videret. Hospitalarios subindè ditiores fieri, atque sibi & aliis Episcopis decimas negare; sua privilegia, & Regum immunitates prætendentes; Romam ad Pontificem proficisci statuit: ut adversarios accusare, atq; Ecclesiæ suæ jura asserere posset Vndè centesimo ferè ætatis anno verno

tem-

tempore, se mari commisit, atque unà cum aliquot episcopis, Hydruntum Apuliæ vrbem maritimam, appulit; & postea Brundusium pervenit. Eodem tempore Hadrianus ejus nominis quartus Pontificatum inierat, atq; diuturnum bellum cum Wilhelmo Rege Siciliæ ferebat. Aderat quoque Fridericus Barbarossa, Cæsar, ut imperii coronam Romæ ab Adriano acciperet. Hisce motibus factum, ut Fulcherus Patriarcha, minus ad Pontificem pervenire, atq; Ioannitas accusare posset: præsertim cùm illi ipsi, honestam legationem ex suo ordine, priùs ad Pontificem misissent, atque privilegiorum suorum confirmationem impetrâssent. Tandem tamen Anconam pervenit, atq; per Episcopos suos, Imperatorem salutavit, & ejus litteras ad Hadrianum commendatitias obtinuit: postea Romam accessit, ac tandem Pontificem, Beneventum secutus salutavit. Ibi partibus auditis, Hadrianus cum Cardinalium senatu, pro Ioannitis pronuntiavit; atq; eorum bona à Iurisdictione Patriarchæ & Episcoporum liberavit. Vix enim duo Cardinales inventi, qui Patriarchæ partes foverent: aliis omnibus (ut Tyrius inquit) muneribus à Hospitalariis corruptis. Hacq; ratione factum, ut Fulcherus infectâ re, domum redierit. Ab eo autem tempore ordo Ioannitarum (Pontificis Romani authoritate) opibus & dignitate, plurimùm crevit; atque apud principes in magnâ existimatione & honore fuit. Eadem de re multa etiam habet Tyrius lib. 18. cap. 3. & seqq. Anno deniq; à Christo nato, 1156. qui numeratur Tertii Balduini Regis Hierusalem, decimus quartus: justè ulciscente numine, ob non serva-

ſervatam à Rege Chriſtiano fidem, pactam Infidelibus; exercitus Chriſtianorum ſemper vincere ſolitus, ignominiosè proſternitur in Palæſtinâ: rem geſtam exactè deſcribitur à Wilhelmo Tyrio Archiepiſcopo lib. 18. c. 11. 12. 13. 14.

6. De morte autem Balduini tertii, ita Pantaleon lib. 1. Cùm Rex rebus feliciter expeditis, Hieroſolymam rediiſſet, ecce Imperatoris Conſtantinopolitani legati, comparent; & ſuo Domino, uxorem de Regis cōſanguineis exoptant, atque litteras offerunt. Rex itaque deliberatione habitâ, ſororem Comitis Tripolitani, virginem illuſtrem, nomine Melleſendam, ei deſponſandam offert. Sed Imperator eandem reſpuit, atque Mariam Raimundi, principis Antiocheni defuncti filiam, rege conſentiente, uxorem duxit. Comes Tripolitanus id ægerrimè tulit, atque per pyratas Imperatoris regiones, mirum in modum afflixit. Matrimonio autem illo contracto, Rex Antiochiæ degebat, atq; arcem Pontis ferri, ſuper Orontem fluvium, contra hoſtes reſtaurabat. Dum ibi moram traheret, ante ingruentem hyemem (pro more) à Barac Iudæo, Tripolitani comitis Medico pillulas ſumpſit; quibus venenum immixtum credebatur. Nam pharmaci reliquum, cani porrectum, eundem enecuit. Itaq; eo medicamento ſumpto, rex dyſenteriâ & febre ſimul corripitur: ac mox in hecticam febrim incidit. Proptereà immenſos dolores ſentiens, aerem mutavit, ac Tripolim pervenit. Poſt menſes aliquot Beryttum deportatus, ſacramenta ſumpſit, atque hanc vitam cum æternâ beatitudine commutavit. Inde Hieroſolymam perductus magno luctu, majorum

rum

rum sepulchro illatus est. Obiit 15. Idibus Februarii Anno regni 24. ætatis 33. & salutis 1163. Ob ejus mortem non amici tantum, sed & hostes doluerunt. Nam Noradinus, cùm ad hostiles irruptiones, dum regi exequiæ pararentur, à suis instigaretur, dixisse fertur: Compatiendum, & humanè indulgendum est justo eorum dolori: eò quod principem amiserint, qualem reliquus non habet orbis. *Eadem habet Tyrius lib. 18. c. 23. &c.*

antè

antè præcipui Consiliarii: sed & plerunque in odium mutatur, 5.

Dissidia inter Patriarcham, & milites Ordinis Iohannitarum. 5.

Etiam infidelibus data fides, impunè non violatur. 5.

Mors Regis, veneno à Medico Iudæo, procurata. 6.

VI. *Almericus, vel Amalricus, Balduini 3. frater.*

A. C. 1163.

AMalricus, succedens Balduino fratri defuncto, A C. 1163. coronatur Rex Hierosolymorum. Antequàm autem coronaretur, coactus est ab Apostolicæ sedis Legato, simul cum Patriarchâ Hierosolymitano, dimittere uxorem, quam sibi in quarto consanguinitatis gradu conjunctam, Patriarchâ refragante, duxisset; & ex eâ prolem geminam suscepisset: cõcesso tamen, ut duo ex eâ nati filii, legitimi haberentur.

2. De eo ita Tyrius lib. 19. c. 1. 2. 3. & 4. Balduino tertio, absque liberis defuncto, successit ei in eâdem civitate sanctâ, Amalricus, frater ejus unicus, Comes Ioppensis & Ascalonitanus, Anno ab incarnatione Domini, millesimo, centesimo, sexagesimo tertio: à liberatione verò ejusdem Deo amabilis civitatis, sexagesimo secundo: præsidente Romanæ Ecclesiæ Alexandro, pontificatus ejus anno tertio; sanctæ verò Resurrectionis Ecclesiæ, domino Amalrico, Lati-

norum Patriarchâ nono, pontificatus ejus anno quarto. Post fratris tamen obitum, dissonantibus inter se Regni principibus, & de Regis substitutione aliter & aliter affectis, paulò minus se interposuit ingens, cum periculo ex schismate ortum scandalum. Sed optato affuit Divina clementia; quæ rebus periclitantibus, competentia norit aptare remedia: subitò enim, favente sibi potissimùm clero, & populo, paucisq; de magnatibus, evacuatis aliter affectorum moliminibus, in Ecclesiâ Dominici sepulchri, à supradicto Amalrico Patriarchâ, præsentibus & cooperantibus Archiepiscopis & universis Ecclesiarum prælatis, Regiæ unctionis gratiam, & diadematis insigne adeptus, & in Regni solium hereditario sibi jure debitum, duodecimo Cal. Martii sublimatus est: die octavâ post fratris obitum. Hic statim, ex quo miles factus, arma cœpit gestare militaria, factus est Comes Ioppensis, cui posteà frater ejus Balduinus, eximiam Philistinorum metropolim Ascalonam, diebus suis expugnatam, & Christiano post longa tempora nomini restitutam, Regiâ liberalitate concessit, Viginti septem annorum erat Amalricus, cùm regnare cœpisset. Regnavit autem annis undecim, mensibus quinque. Fuit vir experientiâ præditus seculari, prudens admodùm, & in agendis circumspectus: linguæ aliquantulum impeditioris, non adeò tamen, ut ei multùm pro vitio posset imputari; sed ita, ut illam sponte fluentis eloquii nō haberet elegantiam. Consiliis longè melior, quàm verborum affluentiâ, vel ornatu. In jure consuetudinario, quo regebatur Regnum, subtilis plurimùm, & nulli secun-

ſecundus: imò qui Regni principes, & mentis acumine, & diſcretionis præiret ſinceritate univerſos. In periculis & ſummis neceſſitatibus, quas frequenter incurrit, dum pro Regno ampliando, viriliter & ſine intermiſſione decertat, fortis & providus; & animum, regiâ quadam conſtantiâ conſervans imperterritum. Modicè literatus erat,& fratre multò minùs: ſed ingenii vivacitate, & tenacis memoriæ beneficio,interrogatione frequenti, legendi ſtudio, cũ aliquid ocii Regni occupationes indulgebant, juxta id, quod Regibus ſolet contingere, ſatis commodè erat inſtructus: in quæſtionibus argutior, in earum ſolutionibus plurimùm recreabatur. Hiſtoriarum, præ cæteris lectionibus, erat avidus auditor, memor perpetuò, promptus & fideliſſimus recitator. Totus erat in ſeriis; in mixicis, vel aleâ nunquàm. Accipitrum & herodiorum volatu & prædâ, libentiùs delectabatur. Patiens erat laboris; ſicut erat corpulentior, & pinguis mimiùm, algoris cal risque inclementiâ, non multum angebatur. Decimas, cum omni integritate, & ſine moleſtiâ, Eccleſiæ dari præcipiebat. Miſſam omni die (niſi ægritudo, aut ingruens præpediret neceſſitas) audiebat devotus. Maledictorum, conviciorumq;, quæ in eum, & publicè ſæpius, & clàm ferebantur, etjam à vilibus & contemptibilibus perſonis patientiſſimus exceptor, & diſſimulator erat egregius: ut nec quæ audierat, ea audiſſe videretur. In cibo potuq; ſobrius, & ebrietatem inprimis abominabatur. Procuratoribus etiam ſuis, tantam dicebatur habere fidem, ut ex quo eos negotiis præfecerat ſuis, nec rationem ..b eis exi-

geret, nec de eorum infidelitate suggerentibus aurem præberet: quod tamen quidam ducebant pro vitio; quidam virtuti ascribentes, argumentum sinceræ fidei asserebant esse. His animi dotibus, & bonis potioribus, detrahebant quædam in eo notabilia, quæ prius dictis, nubem quandam inducere videbantur. Taciturnus enim erat ultrà decens, & eximiæ urbanitatis expers. Affabilitatis gratiam, quæ maximè principibus subjectorum corda conciliat, penitùs non habebat. Raro unquàm quempiam alloquebatur, nisi compulsus necessitate; aut sermone prius lacessitus: tantoq; in eo notabilior occurrebat iste defectus, quantò in fratre fuerat sermonis jucundi, & amplectendæ affabilitatis gratia cumulatior. Lubrico etiam carnis, ut dicitur, impatienter laborans, aliena attentare matrimonia dicebatur. Libertatis quoque Ecclesiarum, vehemens impugnator; earum patrimonia crebris, & indebitis exactionibus, diebus suis, usq; ad supremam exinanitionem attrivit: ita quòd ære alieno gravari compelleret loca venerabilia, supra suarum obventionum vires. Pecuniæ cupidus, suprà quàm Regiam deceret honestatem. Interventu munerum auferebat sæpè, differebat sæpiùs, aliter quàm censuræ rigor, & juris modestia pateretur. Avaritiæ tamen suæ excusationem prætendens, Tyri etiam Archiepiscopo, hæc scribenti, familiariùs colloquenti, causas nitebatur assignare dicens: Principem quemlibet, & maximè Regem, semper hanc debere penes se providentiam habere, ne egeat, propter duo: tum, quia opulentia tuta est subjectorum, ubi non eget Imperator; tum quidem, ut

ut præ manibus habeat, unde necessitatibus Regni sui, si fortè inopinatæ occurrant, consulat: & in eo casu, Regem providum, oportere esse abundè munificum, & sumptibus omninò non parcere, ut non sibi, sed Regni usibus, quicquid id est, videatur possidere. Horum alterum in eo fuisse, nec invidi ejus possunt negare. Nam in Regni necessitatibus nec expensis parcebat, nec proprii corporis fatigatione revocabatur. Sed non erat tuta omninò subjectorum opulentia: ad quorum exhaurienda patrimonia, sumptâ qualibet levi occasione, frequentiùs occurrebat. Corporis autem quâdam favorabili staturâ, quasi proportionaliter modificatus, ut mediocribus major, & longissimis minor esset. Facie venustâ, & quæ ignotis etiam reverendi Principis, meritò prætenderet dignitatem. Oculis fulgentibus, mediæ quantitatis: naso instar fratris, decenter aquilino: capillo flavo, refugoq; pusillum. Barbâ, genas, mentumq;, gratâ quadam plenitudine vestitus. Risum tamen habebat in compositum, & quo totus in ridendo cōcutiebatur. Prudentibus & discretis viris, & remotorum locorum peritiam habentibus, & externarum consuetudinum tenentibus experientiam, libentissimè confabulabatur. Refertq; Tyrius, se semel, ab eo familiariter evocatum, dum in castello Tyrensi, febriculâ lentâ, non multùm periculosè laboraret, horis quietis & lucido intervallo, sicut interpolatis febribus solet contingere, secretius cum eo multa contulisse; & ad quasdam ejus questiones, quantùm pro tempore occurrebat, adhibuisse solutiones: multùm enim ejus collatione recreabatur. Inter

quas unam illi obtulit quæstionem, quæ eum multùm movit interiùs: tum quia inusitatum erat illud quæri, quia nec quæstione dignum videbatur, quod fides universalis edocebat, & firmissimè tradiderat credendum; tum quia animo graviter vulnus imprimebat, si Princeps Orthodoxus, & Orthodoxorum filius, in re tam certâ, pateretur scrupulum, & in conscientiâ dubitaret. Quæsivit sanè, si præter doctrinam Salvatoris, & Sanctorum, qui Christum secuti sunt de quâ non dubitabat, posset ratio inveniri, quâ posset probari argumentis evidentibus & necessariis, resurrectionē futuram? Ad quod novitate permotus verbi, Tyrius respondit: Sufficere Domini ac Redemptoris nostri doctrinam, quâ manifestissimè multis locis in Evāgelio, carnis resurrectionem futuram edocet: venturum se judicem, judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem promittit: daturū se electis regnum, præparatum à constitutione mundi; impiis autem ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis ejus, pollicetur. Sanctorum quoq; Apostolorum, & Patrum etiam veteris Testamenti, sufficere piam assertionem. Ad quod ille: Hæc omnia firmissimè teneo; sed rationem quæro, quâ alicui hæc neganti, & doctrinam Christi nō recipienti, futuram resurrectionem, & aliam vitam post istam mortem, probari possit. Cui Tyrius, Assumite ergò vobis hujus hominis sic affecti personam, & tentemus aliquid circa hoc invenire. Placet, inquit. Tum Tyrius: Deum justum confiteris esse? Tum ille: Nihil verius. Iusti autem est, (regerit Tyrius) pro bonis bona, pro malis mala retribuere? Tum ille: Verum

est.

est. Tyrius: In præsenti vita autem non fit istud. Nam & boni quidam, in præsenti seculo, nonnisi molestias patiuntur, & adversa; mali verò quidam felicitate gaudent continuâ, sicut rerum quotidianarum exempla nos edocent. Tum ille: Certum est. Tyrius verò processit. Ergò in aliâ vitâ fiet; quia non potest Deus non esse justus retributor: alia ideoq; vita erit, & hujus carnis resurrectio; in qua meruit quis bonum vel malum, in ea debet recipere præmium & remunerari. Tum ille: Placet supra modum; & omnem detersisti de corde meo dubitationem. His & similibus plurimùm recreabatur collationibus. Sed ad propositum redeamus. Pinguis erat supra modum, ita ut more fœmineo mamillas haberet, cingulotenùs prominentes, Cæteras autem corporis partes, manu traxerat natura lætior benigniore, ut non solum mediam prætenderent venustatem, verùm quâdam gauderent formæ prærogativâ. In sumendâ quoq; corporis refectione, sobrium, vinique abstinentissimum, nec inimici negare possunt. Denique dum adhuc frater ejus, in rebus ageret humanis, & Regnum feliciter administraret, uxorem duxit Agnetem, Ioscelini junioris Comitis Edessani filiam, è quâ, vivente fratre, prolem suscepit geminam, filium videlicet Balduinum, quem patruus de sacro fonte suscepit, & filiam natu priorem, nomine Sybillam. Hanc tamen uxorem, defuncto jam fratre, dum Regnum ad se jure hereditario devolutum vendicaret, coactus est abjurare. Nam & in initio, dum eam duxisset, invito Patriarchâ Fulchero & contradicente, sibi eam matrimonio copu-

L 4 lavit;

lavit; eò quòd quarto consanguinitatis gradu se dicebantur contingere; sicut posteà in facie Ecclesiæ, per communes consanguineos solemniter est probatum, consanguineis utriusq; corporaliter juramenta præstantibus, & asseverantibus sic esse ut dicebatur: & tum interveniente divortio, solutum est matrimonium. Hoc addito tamen, ut qui ex ambobus nati erant, legitimi haberentur, & in bona paterna successionis plenum jus obtinerent. Porrò Amalrico Rege, absq; conjugio adhuc perseverante, illa statim, Hugoni de Ibelim, copulâ conjuncta est maritali. Addit & Tyrius, in operis sui præfatione, & repetit lib. 19. c. 21. se jussu & rogatu hujus regis Historiam suam conscripsisse: tum & aliam de Orientalibus Principibus, eorumq; bellis, elaborasse, eodem rege libros Arabicos subministrante: sic ut expositionis istius series, à temporibus Mahometis, usque ad suam ætatem, hoc est per annos 570. deducta fuerit; qui longè maximus thesaurus temporum injuriâ deperiit.

3. Contigit sub hoc Rege (ut qui aderat Wilhelmus Tyrius lib. 22. c. 8. docet) Maronitarum hæreticorum ad Catholicam Fidem accessio; de quibus hæc ipse: Intereà dum regnum, pace à Saladini bello, gauderet temporali; natio quædam Syrorum, in Phœnicæ Provinciâ, circa juga Libani, juxta urbem Biblensium habitans, plurimam circa sui statum passa est mutationem. Nam cùm per annos penè quingentos, cujusdã Maronis Hæresiarchæ errorẽ fuissent secuti, ita ab eo dicerentur Maronitæ, & ab Ecclesia Fidelium sequestrati; seorsùm sacramenta conficerent sua: divinâ inspiratione, ad cor redeun-

tes,

res, languore depoſito, ad Patriarcham Antiochenum, Haimericum, acceſſerunt; & abjurato errore, quo diù periculoſè nimis detenti fuerant, ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ reverſi ſunt: parati Romanæ Eccleſiæ traditiones, cum omni veneratione amplecti, & obſervare. Erat autem hujus populi turba non modica, ſed quadraginta millium, dicebatur excedere quantitatem; qui per Biblienſem, Botrienſem, & Tripolitanum Epiſcopatus, juga Libani, & montis devexa (ut prædiximus) inhabitabant: erantque viri fortes, & in armis ſtrenui, noſtris in majoribus negotiis, quæ cum hoſtibus habebant frequentiſſima, valdè utiles. Vndè & de eorum cõverſione, ad Fidei ſinceritatem, maxima Latinis acceſſit lætitia. Maronis autem error, & ſequacium ejus eſt, & fuit (ſicut ex ſexta Synodo legitur, quæ contra eos lata eſſe dignoſcitur, & in qua damnationis ſententiam pertulerunt) quòd in Domino noſtro Ieſu Chriſto, una tantum ſit, & fuerit ab initio, & voluntas, & operatio. Cui articulo ab Orthodoxorum Eccleſia reprobato; multa alia pernicioſa nimis, poſtquàm à Cœtu fidelium ſegregati ſunt, adjecerunt. Super quibus ducti pœnitudine (ut prædiximus) ad Eccleſiam redierunt Catholicam, unà cum Patriarchâ ſuo, & Epiſcopis nonnullis; qui eos ſicut prius in impietate præceſſerant, ita ut ad veritatem redeuntibus pium ducatum præſtiterunt. Haſtenus Tyrius Archiepiſcopus. Porrò hi ſe à vico Syriæ, Maronia, Maronitas, ſive à S. Marone Abbate, ante cognitum Maronem Monothelitam, contendunt eſſe denominatos; ex hocque fieri, ut nomen hoc ſuum, ipſorum deteſtantes

errorem, retinere mordicùs perseverent. Post hæc autem eorum Patriarcha, sub Innocentio Papâ, Tertio, venit ad Lateranense Concilium; ubi plenissimè res spectantes, ad Fidem Catholicam, ritusq; sacros edoctus, suos eosdem sequi voluit; sicque perstiterunt immobiles in sanctâ Fide Catholicâ; licet semper agitati Infidelium pressuris, ut litteræ illorum ad Leonem Decimum redditæ, quæ extant, apertè estantur. Baronius A.C. 1182. n. 4.

4. Quomodò autem, Amalrico imperitante, Siraconus Aegyptũ occuparit, Soldanumq; interfecerit: ac eo, paulò pòst defuncto, Salahadinus, ejus ex fratre nepos, obtinuerit Aegyptum; refert Tyrius. 20. c. 11. & seq. Quæ eadem de re, MarinusSanutus *in secret. fidei. Cr. cu.* ita scribit, lib. 3. part. 9. c. 3. Mortuo Norandino, Rege Turcarum; Saladinus regnum occupat, & simul cum regno Ægypti sub suâ redigit potestate. Saracunus enim unus ex Satrapis Norandini, regnum Ægypti, quod violenter occupaverat; Saladino nepoti suo ex fratre, in morte reliquit. Hic Saladinus ingenio astutus erat, in armis exercitatus, in agendis providus & festinus; liberalis valdè & mannificus, non solùm suis, sed etiam quibusdam Christianis, quos ad se muneribus & promissionibus attrahebat. Igitur postquàm Aegypti administrationem obtinuit, timens Calypham Aegyptium: multis enim accusatoribus, non immeritò Domino suo Calyphæ, factus erat suspectus: nolens ipse sub timore alterius, vel dominio remanere: accessit Calypham, fingens solitam reverentiam se velle exhibere; & clavâ subitò percussum, ad terram deiecit,

deiecit, proditorq; occidit: & cunctos filios, cognatos, & potiores amicos, aut interfici jussit, aut carceri perpetuò mancipari: compulitque Aegyptios, Calypham proprium de cætero non habere, sed Baldacensi subesse. Postquàm verò Saladinus Calypham Aegyptium, Dominũ suum occidit, Salech filio domini sui Norandini jam defuncti, qui puer tunc temporis, in Alapiâ morabatur; regnum abstulit Damascenũ, præcipuis regni tyrannis, partim muneribus & promissionibus, partim metu & violentiâ, ad proditionem inclinatis. Addidit quoque prædicto Domino suo, cujus ipse, & pater ejus servi fuerant, opulentissimas surripere civitates, Haman videlicet, & Mahubeth; Emissenam etiam civitatem, quæ vulgariter Camele appellatur, insuper & Cæsaream magnam. Mortuo quoque prædicto Norandini filio, cùm in potestate patrui sui Catebedini, Mussulæ domini, jure hereditario Alapia devenisset, non solùm Alapiam, sed etiam comitatum Edissanum, & totam terram usq; Euphraten, & etiam Mesopotamiæ nobiles civitates, Edessam, Charan, & cætera, Saladinus prædicto domino Mussulæ violenter abstulit, non sine Christianorum magno dispendio: & eò maximè, quia Sarraceni, qui à principio, quando primùm Latini terram ingressi sunt, rudes erant in præliis, & quasi inermes, cum arcubus tantùm ad bella procedentes; nunc verò usu & exercitio, frequentiq; cum Christianis congressu, adepti essent pleniùs militiæ disciplinam: & more uterentur Latino, loricis, scutis, & galeis, ensibus & lanceis, omnique armorum genere, tàm offensivo, quàm etiam defensivo.

5. De morte autem Amalrici, ita Tyrius, lib. 20. c. ult. Noraudinus maximus, nominis & fidei Christianæ persecutor; princeps tamen justus, vafer & providus, & secundum gentis suæ traditiones religiosus, regni ejus anno vicesimo nono, mense Maio defunctus est. Hujus defectum Rex audiens, confestim sine dilatione universas convocans Regni vires, urbem obsidet Paneadensem. Quod audiens prædicti uxor Principis, vires transcendens fœmineas, missâ legatione ad Regem, ut ab obsidione discedat; eiq; pacem concedat temporalem, certum pecuniæ, in multâ quantitate summam promittit: quam Rex, ut ampliorem extorqueret, primâ fronte visus est respuisse, obsidionem nihilominùs cōtinuans. Cùmq; ibi per dies quasi quindecim, vigili operâ, & studio diligenti obsessos impugnâsset, & tàm machinis quàm modis aliis, multiplices eis molestias intulisset; videns eos ad resistendum, singulis diebus animosiores, & pleniùs cognoscens, quòd non proficeret, & prędictæ nobilis matronæ Legati, pro pace impetrandâ instarent vehementiùs, susceptâ pactâ pecuniâ, & viginti captivis equitibus de nostro populo libertati restitutis; animo majora concipiens, solutâ obsidione reversus est: aqud familiares conquerens, quòd non satis sanus esset, nec in bonâ corporis habitudine. Indè dimissis expeditionibus, cum familiari comitatu Tyberiadem pervenit, ubi dysenteria cœpit periculosissimè laborare. Indè morbum metuens, per Nazareth & Neapolim, eques tamen, nec ita prorsùs invalidus, Hierosolymam ingressus est. Vbi ingravescente valetudine, febre etiam cœpit

cœpit vehementissimè laborare, cessante physicorum artificio dysenteriâ. Cumq; per dies aliquot eâ febre, supra vires affligeretur, præcepit ad se accersiri medicos Græcos, Syros, & illarum nationum homines; petens instantissimè ab eis, ut aliquâ decoctiunculâ alvum ejus solverent: quòd cùm ab eis impetrare non posset, fecit ad se consequenter vocari Latinos, à quibus idipsum exigens, adiiciens etiam, ut sibi omnis rei imputaretur eventus: dederunt ergò ei decoctiunculam unam, quâ sumptâ, sine difficultate alvus soluta est aliquoties; ita ùt sibi videretur quòd ei esset meliùs: antequàm tamen corpus medicinæ violentiâ exhaustum, sumpto cibo posset reficere, febre solitâ recurrente, infata concessit. Mortuus est autem Anno ab incarnatione Domini, millesimo, centesimo, septuagesimo tertio, quinto Idus Iulii; regni verò duodecimo, mense quinto; ætatis trigesimo octavo. Sepultus est inter prædecessores suos secus fratrē; in eadem linea, ante locū Calvariæ; vir prudens & discretus, & ad regni gubernacula prorsùs idoneus, cujus precibus & instantiâ, gesta tam predecessorum suorum, quàm sua, scriptis mandavit Tyrius.

Amalricus, fratri succedit: sed dimittere cogitur uxorem, sibi in quarto gradu cognatam. 1. 2.

Amalrici qualitates, & mores ac vitia. 2.

Quomodo Amalricus avaritiam in Principibus excusârit. 2.

Quomodò Tyrius, huic Regi, ex lumine naturæ, futura post hanc vitam præmia & supplicia probârit? 2.

Maronitæ, ad Ecclesiam Romanam accedunt. 3.

Saladinus, quomodò emerserit. 4.

Sarraceni, à Christianis discunt gerere bella. 4.

Amalrici mors. 5.

L 7 Bal-

VII. *Balduinus, ejus nominis Quartus.*

A. C. 1173.

ALmerico patri ſucceſſit Balduinus eo nomine quartus, in ordine Regum ſeptimus: qui lepræ morbo correptus, & omni ſpe prolis abjectâ, Balduinum Guilihelmi Longæſpatæ, Marchionis Montisferrati, quem ſoror ejus Sibylla pepererat, inſtituit habere ſucceſſorem. *Michael Ritius, de Regibus Hieroſolymorum.*

2. De eo ita Tyrius lib. 21. c. 1. 2. & 3. Sextus (Gothofredus enim à Tyrio, inter reges non numeratur) Hieroſolymis Latinorũ Rex fuit, Balduin⁹ quartus, Amalrici, de quo prædiximus, filí⁹: ex Agnete Comitiſsâ, Ioſcelini junioris Edeſſani Comitis filiâ. Hanc, ut prædictũ eſt, dum ad regnum avitum, & jure hereditario debitum vocaretur, compellente Almarico, tunc Hieroſolymorum Patriarchâ, Fulcherii prædeceſſoris ſui veſtigiis inhærẽdo, coërcitione Eccleſiaſticâ coactus eſt dimittere. Hunc, puerum adhuc, annorum circiter novem, dum Wilhelmus Tyri Archiepiſcopus, adhuc Archidiaconatum adminiſtrare ejuſdem Vrbis, pater multùm pro ejus eruditione ſollicitus, multis precibus, & ſubobtentu gratiæ ſuæ, ei erudiendum tradidit, & liberalibus ſtudiis imbuendum. Dumque apud illum eſſet, & is vigilem ei curam, & quantam regio puero convenit, tum in morum diſciplinâ,

plinâ, tùm literarum ſtudio ſollicitudinem impenderet; accidit, quòd colludentibus pueris nobilium, qui ſecum erant; & ſe invicem, ut mos eſt pueris laſcivientibus, unguibus per manus & brachia vellicantibus, alii ſenſum doloris clamoribus ſignificabant; ipſe autem quaſi doloris expers, patienter nimis quamvis ei cæteri non parcerent, ſupportabat. Hoc autem, cùm ſemel & ſæpiùs accidiſſet, mihiq; nunciatum eſſet; credidi priùs, & virtute patientiæ, & non ex inſenſibilitatis vitio procedere: vocansque eum, percunctari cœpi, quidnam eſſet; tandemque comperi, brachium ejus dexterum, manumq; eandem, pro parte dimidiâ, obſtupuiſſe, ita ut penitus vellicationes, aut etiam morſus non ſentiret. Dubitare cœpi, reputans mecum illud Sapientis verbum: Certum eſt, à ſalute plurimùm aberrare membrum, quod obſtupuit; & ægrum ſe non ſentientem, periculoſiùs laborare. Nunciatum eſt hoc patri; conſultisque medicis, crebris fomentis, unctionibus, pharmacis etiam, ut ei ſubveniretur, diligenter; ſed fruſtrà, procuratum eſt. Erat enim ut proceſſu temporis, ipſo rerum experimento poſteà pleniùs cognovimus, amplioris & penitùs incurabilis doloris initium, quod præmittebatur; quodq; ſiccis oculis dicere non poſſumus, cum ad pubertatis annos cœpit exurgere, elephantiaſi viſus eſt periculoſiſſimè laborare: quo per dies ſingulos ingraveſcente nimiùm, extremitatibus maximè læſis, & facie, fidelium ſuorum corda, quoties eum intuebantur, compaſſionis affectu moleſtabat. Proficiebat tamen in ſtudio literarum; ſingulisque diebus magis & magis,

bonæ

bonæ ſpei & amplectendæ indolis ſuccreſcebat. Erat autem juxta illius conditionem ætatis, formâ venuſtâ, & præter morem majorum ſuorum, equis admittendis, regendisq; aptiſſimus: memoriæ tenacis, & confabulationum amator; parcus tamen; ſed & beneficiorum pariter & injuriarum valde recolens: patri per omnia, non ſolum facie, verùm toto corpore, inceſſu quoq;, & verborum modificatione ſimilis, ingenii velocis, ſed verbi impeditioris. Hiſtoriarum, more patris, avidus auditor, & ſalubribus monitis valdè obtemperans. Hic defuncto patre, vix erat annorum tredecim, habens ſororem Sibyllam nomine, natu ſe priorem, ex eadem matre, quæ in clauſtro ſancti Lazari in Bethania, apud ejuſdem loci Abbatiſſam, patris ejus materteram, nutriebatur. Defuncto igitur patre, convenientibus in unum univerſis Regni Principibus, tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus, conſonante omnium deſiderio, in Eccleſia Dominici Sepulchri, ſolemniter & ex more, ab Almarico, Hieroſolymorum Patriarchâ, miniſtrantibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, Idibus Iulii, quartâ die, poſt patris obitum, inunctus eſt & coronatus: præſidente Romanæ Eccleſiæ Alexandro Papâ, tertio.

3. Hujus autem Regis, Anno primo, circa Auguſti initium, ducentarum navium claſſis à Wilhelmo Siculorum Rege, ad impugnandam Alexandriam miſſa, non exiguas, tam peditum, quàm equitum copias deferens, deſcendit in Ægyptum. Vbi dum ejus procuratores, & primicerii, incautiùs ſe habent, amiſſis ex utroq; ordine quàmpluribus, tam captivatis quàm pe-

remptis:

emptis gladio, per moram quinque aut sex dierum, quarum circa urbem fecerant, confusi recesserunt. In Regno verò Hierosolymitano, procurãte Milone de Planci Regni negocitia, obortæ sunt graves inimicitiæ, inter eum & quosdam Regni Principes: invidebant enim, & anxiè movebantur, quòd ipsis ignorantibus, nec vocatis, ipse solus, nimiùm de se præsumens, spretis aliis, Regi semper assisteret; & cæteris à Regiâ familiaritate seclusis, eis inconsultis, Regni negotia procuraret. Interea Comes Tripolitanus, ad Regem accedens, apud Principes, qui tunc fortè aderant, Regni procurationem petit, allegans Regis adhuc infra pubertatis annos degentis, tutelam legitimam, jure agnationis sibi deberi. Et hãc multiplici ratione sibi dicebat cõpetere; tùm quia consanguineorũ suorũ omnium erat proximus, tùm quia ditissimus, & potentissimus erat omnium Regis fidelium: tertiam quoq; annectebat rationem validissimam, quòd dum ipse captus fuisset, ex ipso carcere, fidelibus suis, sub obtentu fidelitatis, præcepit, ut Regi Amalrico, patri hujus, universam terram suam, arces & castella traderent; & ejus mandatis & omnimodæ ditioni supponerent universa: Hoc adiiciens etiam, quòd si eum humanitùs in carcere vitam finire contingeret, prædictum Regem, quia consanguineorum suorum omnium esset proximus, ex asse constituerat heredem. Pro iis omnibus, hanc sibi rependi vicissitudinem magis honoris gratiâ, quàm spe futuræ alicujus utilitatis, postulabat. Dilata est ad hasce prædicti Comitis allegationes responsio: eo prætextu, quòd paucos haberet:

ret Rex de Regni majoribus secum, quorũ consilio in præsenti uteretur: Promisit tamen, quòd tempore opportuno eos citiùs, & omnes convocaret; habitoq; eorum consilio, congruum, auxiliante Domino, super his omnibus daret responsum. His ita gestis, Comes ad sua se contulit: favebat autem Comiti populus penè omnis; de Baronibus itidem multi: & Episcopi propè omnes. Prædictus verò Milo Planci, nobilis homo erat de Campania ultramontana, fueratq; Almarico Regi nimiùm familiaris, & consanguineus; ita ut regni sui eum Senescalcum constitueret. Hic ergò, confisus de nimiâ familiaritate, quam apud Regem hujus patrem habuerat; Regni Principes, etiam se majores, despectui habebat. Erat autem homo incircumspectus, superbus quoque & arrogans, verborum inutilium prodigus, & de se plus æquo præsumens. Dumq; incautè se gerit, dum imprudentiùs loquitur, & omnia Regni negotia, invitis aliis, ad suam revocat sollicitudinem; omnia disponit, omnia pro arbitrio dispensat, conflato adversus eum odio pertinaci; subornati sunt quidam, qui vitæ ejus insidias molirentur: quod cùm ei nunciatum esset, quasi frivolum pro nihilo duxit. Dumq; more solito incautè se habens, in Acconensi civitate moram faceret; circa primum noctis crepusculum, in viâ publicâ, gladiis confossus, turpiter & ignominiosè tractatus, interiit. Porrò de ejus necessariæ sententiæ ferebantur in populo: dicentibus aliis, quia pro sua fidelitate, quam Regi devotus exhibebat, hoc ei acciderat; aliis è contra, quod sibi Regnum occultè parabat, missis nunciis

nunciis ad amicos & notos suos in Franciam, ut ad eum properarent, quorum suffragiis Regnum sibi videbatur posse obtinere. Eodem quoq; tempore, convocatis Regni Principibus, & Ecclesiarum Prælatis, dum Rex esset Hierosolymis, Comes Tripolitanus iterum rediit; auditurus super petitionibus suis de obtinendâ Regni procuratione, quas porrexerat prius, responsum. Iteratoque verbo, dum eisdem insisteret, habitâ Rex per continuum biduum deliberatione, novissimè de communi omniũ conniventiâ, in capitulo Dominici Sepulchri, tradita est ei universa Regni, post Regem, populo acclamante, procuratio & potestas. Hicq; de quo nobis sermo est, Raimundus Comes, à seniore Raimundo, carnis originem traxit: qui in exercitu Domini, cujus operâ & studio & laboribus, Regnum Orientale Christi servitio restitutum est, non infimum obtinuit locum.

4. Inter hæc autem, in deterius quotidiè prolabentibus rebus Christianorum in Palæstinâ, Saladino adversus eos prævalente; coëuntibus unà Principibus simul cum Patriarcha Hierosolymitano, & aliis, de mittendâ legatione ad Christianos principes transmontanos, ut opem ferrent periclitantibus Hierosolymis, inter eos decretum est, & firmiter stabilitum. Ita sanè Wilhelmus Tyrius Archiepiscopus in suo de bello sacro scripto historiæ libro: qui cùm hîc finem scribendi fecisse reperiatur, illud in causa fuisse videtur, quod ipse unus ex legatis fuit missus ad Regem Francorum, sicque scribendi intermisisse visus est institutum; cùm præsertim rerum adversarum dolore perculsus (ut ipse præfatur

fatur in exordio libri noviſſimi) ſcribendi officium ſubiret invitus: adeò ut quâlibet intercedente adversâ occaſione, munus omiſerit, quod nec reſumpſiſſe potuit, defunctus, dum eandem legationem obiret. Primus autem omnium, adornant primariam legationem, ad univerſalem promotorem ejuſmodi expeditionum in Terram ſanctam: nempè ad ipſum Romanum Pontificem Lucium Papam: Venerunt ergo Legati Romam; ubi acceptis literis à Lucio Papâ, ad Anglorum Regem, magnâ celeritate Angliam verſus, ut in mandatis acceperant, dirigunt iter. Quid autem per eos cum Anglorum Rege tranſactum fuerit, habet iſta Rogerius in Anglorum Annalibus. Eodem anno, inquit Balduinus leproſus Rex Hieruſalem, & Templares, & Hoſpitalares, miſerunt ad Regem Angliæ, filiũ Mathildis Imperatricis, Heracliũ ſanctæ civitatis Ieruſalem Patriarcham, & ſummos Hoſpitalis, & Templi magiſtros, una cum vexillo Regio, & clavibus Sepulchri Domini, & Turris David, & civitatis Ieruſalem: poſtulantes ab eo celerem ſuccurſum, ſicut ab hærede & domino terræ Ieruſalem. Eſt enim ſciendum, quod Fulco, frater Gaufredi Comitis Andegaviæ, patris quoq; iſtius Henrici, fuit Rex Ieruſalem, ut ſuperius dictum eſt. Cùm autem prædictus Patriarcha, & magiſter Hoſpitalis, venirent in Angliam; Rex Angliæ occurrit eis in villâ de Redinges, & eos cum gaudio ſuſcepit. Qui ſtatim ad pedes Regis provoluti, cum fletu magno & ſingultu, verba ſalutationis ex parte Regis, & Principum, & univerſæ plebis terræ Ieroſolymitanæ, proferebant; & exponen-

tes causam adventus eorum: tradiderunt ei vexillum regium, & claves Sepulchri Domini, & claves Turris David, & civitatis Ierusalem ex parte Regis, & Principum terræ Ierosolymitanæ & literas ex parte Lucii. Baronius. A. C. 1188. n. 5. & 6.

5. In causas autem, cur hoc tempore, declinare inceperint, retroque sublapsæ referri res Christianorum in Oriente, inquirit Tyrius lib. 21. c. 7. & ita scribit. Solet quæri, & verè meritò quærendum videtur: quid causæ sit, quòd patres nostri, in numero pauciore, majores hostium copias in conflictu sæpè sustinuerunt fortiùs; & frequentiùs, in manu modicâ, majores eorum cuneos, & innumeram plerunq; multitudinem contriverunt: ita, quòd nomen Christianum, gentibus Deum ignorantibus, esset formidini, & in operibus patrum nostrorum glorificaretur Dominus. Nostri autem temporis homines, versâ vice, à paucioribus sæpiùs devicti, & cum pluribus, nonnunquàm adversus pauciores, frustrà aliquid tentâsse, & succubuisse aliquoties reperiuntur. Considerantibus ergò nobis, & statum nostrum diligenter discutientibus; prima occurrit causa, in Deum auctorem respiciens: quòd pro patribus nostris, qui fuerunt viri religiosi, & timentes Deum, nati sunt filii perditissimi, filii scelerati, fidei Christianæ prævaricatores, passim & sine delectu, per omnia currentes illicita: tales aut talibus peiores, qui dixerunt Domino Deo suo, Recede à nobis; scientiam viarum tuarum nolumus: quibus meritò, peccatis eorũ exigentibus, gratiam subtrahat Dominus, tanquàm ad iracundiam provo-

provocatus. Tales sunt præsentis seculi, & maximè Orientalis tractus homines: quorum mores, imò vitiorum monstra, si quis diligentiori stilo prosequi tentet, materiæ immensitate succumbat, & potius Satyram movere videatur, quàm historiam texere. Secunda nobis causa, ex latere occurrit; quòd tempore præterito, cùm illi viri venerabiles, Zelo ducti divino, ardore fidei interiùs succensi, primùm ad Orientales partes descenderunt, erant bellicis assueti disciplinis, præliis exercitati, usum habentes armorum familiarem. Populus verò Orientalis, è contrario, longâ pace dissolutus, rei militaris expers, inexercitatus legibus præliorum, vacatione gaudebat. Vndè non erat admiratione dignum, si pauci plures sustinuerent leviùs; aut eis devictis, in bellicis eventibus, meliorem calculum, & cum palmâ victoriam reportarent. In talibus enim, experientia usu comparata, longævo & continuo, adversus indoctas vires & carentes industriâ, solet sæpiùs obtinere. Tertia quoq; causa non inferior, nec minùs efficax, iterùm nobis se ingerit; quòd priscis temporibus, singulæ penè civitates infidelium dominos habebant diversos, non subalternatim positos: qui raró, paribus, frequentiùs, contrariis studiis agebantur. Contra, quos diversa sapientes, vel sæpiùs adversa; sibiq; suspectos invicem, minore periculo decertabatur: quippè qui nec ad communes injurias propulsandas, facilè possent, aut vellent convenire: nec in nostram leviter perniciem armarentur, qui suos nimiùm, non minùs quàm nostros formidini haberent. At nunc omnia regna nobis contermina, in u-

nius

nius potestatem, Domino ita sustinente, redacta sunt: nam proximè præteritis temporibus, vir immanissimus, & nomen Christianum abhorrens, quasi pestem aliquam, Sanguinus; hujus qui nuper obiit Noradini pater, post alia quæ violenter occupavit regna, nobilem & egregiam Medorũ metropolim Rages, alio nomine Edessam dictã, fidelibus qui in eâ erant, neci datis, cũ omnibus finibus suis occupavit violẽter. Item Noradinus ejus filius, expulso Damascenorum Rege, magis fraude suorum, quàm viribus propriis, regnum illius sibi vendicavit; atq; ad paternam adiecit hereditatẽ. Novissimè idem Noradinus, per ministerium & industriam Siraconi, regnum Aegypti antiquissimum, & opulentum nimis, sibi mancipavit. Sic ergò, ut diximus, omnia vicina nobis regna, unius parent imperio, unius nutibus serviunt vel inviti; ad unius vocem, quasi vir unus, in nostram armantur læsionem: non est qui dispari rapiatur stadio; non est qui domini mandata impunè prætereat. Hæc sanè omnia Salahadinus, vir genere quidem humilis, extremæ conditionis homo, secundâ nimis arridente fortunâ, possidet. Ex Aegypto & finibus adjacentibus, auri primi & purissimi, quod obryzum dicitur, inæstimabilem habens copiam; ex aliis provinciis equitum, pugnatorum, & aurum sitientum turmas, habẽs innumeras; quas auri habentibus copiam, facilè est satis congregare.

6. De morte denique hujus Balduini ita Tyrius lib.22.c.25. Dum noster, apud fontem Seforitanum, suspensus detineretur exercitus, contigit Regem apud Nazareth, febre repentinâ gravissimè

vissimè laborare; morbo quoque elephantioso, quo ab initio Regni sui, & à primis adolescentiæ auspiciis molestari cœperat, præter solitum ingravescente, lumen, amiserat: & corporis extremitatibus læsis, & computrescentibus omninò, pedes, manusque ei suum denegabant officium. Regiam tamen dignitatem, & administrationem, nihilominùs (licet à nonnullis ei suggereretur, ut cederet; & de bonis regiis, sibi tranquillam, seorsùm eligenti vitam honestè provideret) hactenus detrectaverat deponere. Licet enim corpore debilis esset, & impotens, forti tamen pollebat animo; & ad dissimulandam ægritudinem, & supportandam Regiam sollicitudinem, supra vires enitebatur. Febre igitur, ut præmisimus, est correptus, & de vita desperans; convocatis ad se suis Principibus, præsente matre, & Patriarchâ, Guidonem de Liziniaco, sororis suæ maritum, Comitem Ioppensem & Ascalonitanum, Regni constituit Procuratorem; salvâ sibi Regiâ dignitate, retentâque sibi solâ Hierosolymâ, cum reditu decem millium aureorum, annuatim solvendorum: reliquarum Regni partium generalem, & liberam ei contulit administrationem, præcipiens fidelibus suis & generaliter Principibus omnibus, ut ejus vasalli fierent, & ei manualiter exhiberent fidelitatem, quod & factum est. Iurasse tamen priùs de mandato Regis perhibetur, quòd eo vivente, non aspiraret ad coronam; & quòd de universis civitatibus, & castellis, quæ Rex inpræsentiarum possidebat, nihil transferret in alium, vel à fisco alienaret. Creditur autem id studiosè, & de multâ industriâ eidem injunctum fuisse, & ad id firmiter obser-

observandum jurisjurandi religione, in præsentiâ universorum Principum obligatum fuisse; eò quòd singulis eorum, ferè de majoribus Regni membris, portiones promiserat non modicas, ut ad id obtinendum quod petebat, eorum suffragiis juvaretur, & studio: quibus ut promissa compleret, simili vinculo dicebatur astrictus. Erant tamen nonnulli, quibus hęc mutatio, non multùm placuit: quorum alii familiaribus studiis, & ex causis occultis, ad id, ut displiceret, proclives se dabant; alii publicam agentes causam, & de Regni statu anxiè soliciti, publicè cōtestabantur, prædictum Comitem, tantæ administrationis imparem oneri, ad procuranda Regni negotia non posse sufficere; alii verò, quibus de ejus promotione spes suberat, ut suas meliores possent facere conditiones, utiliter factum asserebant. Eratque murmur, & vox dissona plurimùm, in populo, juxta id, quod proverbialiter dici solet: Quot homines, tot sententiæ. Verumtamen hac diu desideratâ & injunctâ sibi pro votis administratione, quâ inprimis satis inconsideratè visus est gloriari, non diu lætatus est, sicut in sequentibus dicetur. Inconsideratè autem onus hujusmodi præfatum sibi assumpsisse Comitem, eâ diximus ratione; quòd non satis diligenter vires suas cum eo, quod injungebatur, munere compensavit. Impar enim & viribus & prudentiâ, pondus importabile humeris imposuit: parabolâ non satis edoctus Evangelicâ, quâ suggeritur, ei qui turrim vult ædificare; ut sedens priùs computet sumptus, & discutiat diligenter, utrum pares cum assumpto proposito vires habeat, ne deficiens audiat: Iste

M homo

homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.

Almerico, succedit filius Balduinus, ejus nominis quartus: elephantiasi correptus. 1. 2.

VVilhelmus Tyrius, hujus Regis, in juventute præceptor. 2.

Siculi, frustrà oppugnant Alexandriam: & turbæ domesticæ in Regno Hierosolymitano, suboriuntur. 3.

Minorenne existente Rege, ferè semper de Regni administratione suboriuntur turbæ. 3.

Hierosolymitani, mittunt Legatos ad Occidentales: petentes succursum contra Saladinum. 4.

Cur qui primùm Palæstinam occupârunt, mirabiles victorias obtinuerunt: eorum verò posteri, non sine miraculo fuerint fugati sæpiùs. 5.

Mors Balduini 4. & ordinatio de Regni administratione. 6.

Circa Regni administrationem, orta domestica dissidia, Regni totius ruinæ, caussam præbent. 6.

VIII. *Balduinus, ejus nominis Quintus: cognomine Puer.*

A. C. 1185.

Balduinus (præcedentis ex sorore nepos) ejus nominis *Quintus*, à primo Hierosolymorum Rex *Octavus*, impubes iniit Principatum; cui se tutorem Beltrandus Comes Tripolitanus, ex avunculi Testamento gerere cùm vellet; Guido Lusignanus pueri vitricus, & cui Sibylla Balduini mater erat nupta, administrationem Regni vi occupavit. Ipseq; Balduinus, octavo post avunculi mortem mense, diem clausit. *Ritius*, Arnoldus Lubecensis,

censis, septimo Regni mense anno ætatis nono, mortuum esse asserit. Variatq; de nomine continuator Sigeberti, ad A. C. 1185. & perperàm Henricum vocat.

2 Quomodò autem hicce Balduinus, ab avunculo, Balduino quarto, Rex fuerit designatus, refert Tyrius lib. 22. ubi ita scribit. Rex videns, quòd in negotio apud fontem Tubaniacum, Comes Ioppensis, cui ut præmisimus, Regni commiserat administrationem, minùs strenuè, minusque prudenter se gesserat; quòdque ejus imprudentiâ, & omnimodâ insufficientiâ, Regni status penè lapsus fuerat; saniore usus consilio revocat ad se suam, quam illi commiserat administrationem Dicuntur & aliæ subesse caussæ. Nam ut prædiximus, ubi curam regni ei commiserat, urbem Hierosolymam, cum decem millibus aureorum persolvendorum annuatim, pro expensis familiaribus, sibi retinuerat: postmodùm, facti pœnitens, pro Hierosolymâ, Tyrum eisdem conditionibus, eò quòd munitissima totius regni esset civitas, & suis cõmoditatibus aptior videretur, sibi voluit permutari. Quam ejus petitionem, quoniam Comes ægrè visus est suscepisse, Rex prædictam dicitur mutâsse sententiam. Factumq; est meritò, ut qui in modico, erga eum, qui sibi universa contulerat, noluit esse liberalis, ab universâ summâ rerum decideret. Nec solùm Regni cura, & administrationis honor, ei subtractus est; verum etiam successionis spes, est eidem penitus amputata. Nam de communi principum consilio, maximè Boamundi Principis Antiocheno-

rum, Raimundi quoque Tripolitani Comitis, Rainaldi Sidonienſis, Balduini Ramatenſis, Baliani fratris ejus, præſente ipſo & contradicere non audente; ſuggerente hoc, & ad id penitùs hortante matre, Balduinus, adhuc puerulus, vix annorum quinque, proſequente eum univerſæ plebis ſuffragio, cleri quoq; qui præſens erat aſſenſu, in Eccleſiâ Dominicæ Reſurrectionis, Regiâ decoratus eſt unctione, & ſolenniter coronatus: ſtatimq; ſine dilatione exhibitæ ſunt eidem puero, univerſorum Baronum, cum ſolitâ juramentorum formâ, manualiter fidelitates, honorq; & gloria Regiæ debita majeſtati, cum omni plenitudine ſunt depenſa: ſolus tamen Ioppenſis Comes, ut ei ſuũ exhiberet hominiũ, à nemine eſt invitatus: quod factum prudentioribus, ſicut erat procul dubiò, conceptæ ſimultatis, imò manifeſti odii, evidens viſum eſt argumentum: ſicut ex poſt facto liquebit manifeſtius. Verùm ſuper hoc tantæ mutationis articulo, varia erat, & multiplex virorum prudentium opinio; dicentibus aliis, quòd in hâc pueri promotione, nihil compendii Regno, nihil utilitatis rebus acceſſiſſet publicis. Nam uterq; Regum, alter morbo, alter ætate præpediente, prorsùs erat inutilis; magisq; videretur expediens, ſi de communi conſilio procerum, alicui viribus ſtrenuo, conſilio pollenti regiorum cura negotiorum, & Reipublicæ committeretur adminiſtratio: aliis autem videbatur, quòd de puero factum erat, & ſi non poterat uſquequaque utile judicari, in eo tamen publicæ videbatur conſultum eſſe utilitati, quòd prædicto Comiti, ad regni ſucceſſionem anhelanti, viro, ut dice-

dicebant, insufficienti, succedendi spes erat præcisa: in quo futurorum materia scandalorum, & periculosæ seditionis, quæ post Regis obitum timebatur, fomes, finem accepisse sperabatur. Omnibus tamen mens una erat, & desiderium; ut gerendis publicis, maximeque educendis, & reducendis exercitibus, contra hostium solito vehementiorem instantiam, præficeretur procurator: idq; soli Comiti Tripolitano convenire, eumq; solum ad prædicta posse sufficere, penè omnium una erat sententia.

3. De hocce Rege ita Pantaleon, *Hist. Ordin. Iohann. lib. 2.* Rege sepulto, Balduino 5. adhuc puero existenti regnum confirmatur. Tum autem scintillæ, quæ jam sub cineribus latuerant in magnum incendium exiverunt. Raimundus enim Tripolitanus comes, omnem regni administrationem, ac regis pueri Balduini tutelam sibi integram deberi contendit: atq; à proceribus regni in publicis comitiis ferè obtinuit. At Sibylla, defuncti regis soror, & viventis pueri regis mater, Guidonem maritum suum instigat, ut competitori Tripolitano, nullo modo cedat. Guido etiam quod volebat, minis à regni proceribus extorquet. Verum septem mensibus lapsis, Balduinus Rex, puer quoque obiit, atque apud avunculum suum sepultus fuit. Ferebatur autem, tum vulgò, quòd à matre, lento veneno, regni cupiditate, sublatus fuerit. Ejus etiam obitum, mater non priùs aperuit, quàm ab Heraclio patriarcha, aliisq; proceribus regni impetrârit, ut Guido maritus, Rex declararetur. Cùm etiam Gerardus Ridefordius, Templi magister, Coronam & reliqua regni insignia, apud se cu-

ſtodiret, ingenti pecuniâ acceptâ reddidit; atq; ut Guido ſtatim coronaretur, author fuit: & hâc ratione factum eſt, ut uno eodemq; die, Balduini exuviæ terræ mandarentur, atq; Guido Rex coronaretur. Hunc etiam ejus conatum, Bonifacius Montisferrati Marchio, qui tum cum non contemnendâ militum manu, in Syriam venerat, plurimùm adjuvit.

Balduinus 5. puer adhuc, Avunculo ſuccedit. 1.
Eum avunculum, adhuc vivus, Regem deſignat: & Guidoni Luſigniano, Regni adimit adminiſtrationem. 2.
Rege exiſtente minore, ſi de Regni adminiſtratione lites oriuntur; id plerunq; cum jacturâ publicæ ſalutis, eſt conjunctum. 3.

IX. *Guido de Luſignano, ultimus Hieroſolymorum Rex.*

A. C. 1185.

IN locum Balduini V. *Guido* ſufficitur, adnitente Sibylla conjuge, Balduini matre: cujus Principatu, Saladinus Hieroſolyma vix uno oppugnata menſe, redegit in poteſtatem ſuam. Noſtræ ſalutis anno milleſimo, centeſimo octogeſimo ſeptimo; cùm per annos undenonaginta fuiſſet in poteſtate Regum noſtri dogmatis. In ipſo captæ urbis tumultu, Sibylla cum quatuor liberis occubuit. *Ritius*. De eo ita Reineccius, *in append. ad Hiſtor. Orientalem*. Guido de Lizimaco, ut Tyrius, aut Luſignano, ut alii, inauguratur regno, à Balduini privigni morte, uxoris artibus.

artibus. Quare æmulum Raimundum Tripolitanum, hostemq; Saladinum, Soldanum Aegypti, accipit. A quo prælio victus, cùm ipse, tum urbs Hierosolyma, in hostis potestatem devenit: duravitq; captivitas ejus annum integrum. Libertate recuperatâ, cùm uxor intereà obiisset: iterùm de regno affinium æmulationem incurrit. Quo tandem Richardo, regi Angl. cedere coactus, Cyprum ab eo recipit: Suntq; de familiâ Lusignana, editi insulæ istius reges, usq; ad Venetorũ dominatum, quem rursus Turcæ evertêre. Quod vero attinet Raimundum, Comitem Tripolitanum, cognomento Iuniorem: is captus à Noradino, Sanguini Filio, novennali carcere vexatur, ut Tyrius lib. 20. cap. 30. Deindè Balduini IV. tutelam & regni administrationem, petit & impetrat: à quo post biennii absentiam, regnum intrare vetitus, graviter indè irritatur. Mox tamen offensione sanata, ex morte regis, in novam cum Guidone Lusignano, de Balduini V. tutela contentionem venit. Cumque illo brevi post vita defuncto, regnum Guidoni cessisset: invidia & æmulatione planè dementatus, hostilem animum induit: Saladino occul-

to fœdere jungitur: prodit res Christianas. Et dùm regni cupiditate etiã in verba & religionem Barbari jurat, subita morte perit: seu circumcisionis dolore, seu custodum insidiis extinctus. *De moribus & conjugio ejus idem Tyrius lib. 21. c. 5.*

2. De Rege autem Guidone, ita Pantaleon lib. 2. Cùm Guidoni regnũ aliquo modo esset confirmatum, atq; Tripolitanus videret se omni spe regni decidisse; irâ exæstuans, omnem lapidem movere cœpit, ut Guidoni rebus obsistere posset. Saladinus animum ægrotum, & regnandi cupidum magis impellit, eiq; suam operam addixit. Id officii genus Raimundus avidè arripuit. Fata enim regnum Hierosolymitanum appetebant, & ad miserabilem ruinam trahebant; præsertim cum populus regi atq; templariis esset infensissimus, quasi jura regni, pecuniâ vendidissent, atq; sacra profanis passim miscerent. Itaq; Saladinus, fœdus cum Tripolitano iniit, ac missis passim nuntiis, Turcas, Sarracenos ac Aegyptios, arma capessere hortatur; utendum enim occasione hâc maximâ, nimirùm discordiâ Christianorum principum, ex prædâ etiam divitias pollicetur amplissimas. Vrbs Acconensis locus constitutus, in quo omnes copiæ convenirent. Itaq; ex omnibus locis, religionis odio, & spe prædæ, quam Saladinus omnem promiserat: tantus exercitus convolavit ex omnibus Barbarorum locis, ut ad 50. millia equitum, & infinitus numerus peditum conveniret: quibus etiam per Hierosolymitanorum fines, tutum

tutum iter non patebat; Tripolitanus comes, per Tyberiadis, Nezarethanum, & Galileæ agrum salvos deducit. Copiis Barbarorum omnibus congregatis, Saladinus urbem Acconam (quæ & Ptolomais dicitur) primò obsidere, atque bellicis machinis oppugnare statuit Erat autem hæc urbs, jam dudum à regibus Hierosolymitanis militarium ordinis equitibus Hospitalariis, & Templariis tradita; ut iis in partibus Rempublicam Christianam, fortiter contra Barbaros irrumpentes defenderent, atque eam urbem conservarent. Itaq; famâ hujus belli evulgatâ, omnes suas vires eò contulerant, armis & commeatu communierant, magistris ipsis ordinum præsentibus. Cùm autem Saladinus timeret, ne & Guido novus Rex, cum suis copiis adventaret, atque ordinum Magistris succurreret; statuit urbem ipsam oppugnare & in suam potestatem redigere, omnibus incolis interfectis. Itaque die primo Maii constituto, Barbari omni genere telorum & machinarum in urbem impetum faciunt; atque per scalas urbis mœnia superare contendunt: idque eâ horâ cùm Christiani, in templo rebus divinis vacare statuerant. Verùm Christiani, fortiter turres & mœnia defendebant, atque Barbaros magno clamore ascendentes præcipites deiiciebant. Cùm hoc modo ad mœnia pugnaretur, Ordinum Magistri, cum selectâ equitum manu, per aversam portam erumpunt, castra hostium invadunt, ac obvios quosque obtruncant. Cadentium ploratus ad aerem attollitur, atq; funestam cladem Barbaris ad mœnia pugnantibus denunciat. Mox etiam nostri à tergo, oppugnantes urbem

vissimè laborare; morbo quoque elephantioso, quo ab initio Regni sui, & à primis adolescentiæ auspiciis molestari cœperat, præter solitum ingravescente, lumen, amiserat: & corporis extremitatibus læsis, & computrescentibus omninò, pedes, manusque ei suum denegabant officium. Regiam tamen dignitatem, & administrationem, nihilominùs (licet à nonnullis ei suggereretur, ut cederet; & de bonis regiis, sibi tranquillam, seorsùm eligenti vitam honestè provideret) hactenus detrectaverat deponere. Licet enim corpore debilis esset, & impotens, forti tamen pollebat animo; & ad dissimulandam ægritudinem, & supportandam Regiam sollicitudinem, supra vires enitebatur. Febre igitur, ut præmisimus, est correptus, & de vita desperans; convocatis ad se suis Principibus, præsente matre, & Patriarchâ, Guidonem de Liziniaco, sororis suæ maritum, Comitem Ioppensem & Ascaldnitanum, Regni constituit Procuratorem; salvâ sibi Regiâ dignitate, retentâque sibi solâ Hierosolymâ, cum reditu decem millium aureorum, annuatim solvendorum: reliquarum Regni partium generalem, & liberam ei contulit administrationem, præcipiens fidelibus suis & generaliter Principibus omnibus, ut ejus vasalli fierēt, & ei manualiter exhiberent fidelitatem, quod & factum est. Iurasse tamen priùs de mandato Regis perhibetur, quòd eo vivente, non aspiraret ad coronam; & quòd de universis civitatibus, & castellis, quæ Rex inpræsentiarum possidebat, nihil transferret in alium, vel à fisco alienaret. Creditur autem id studiosè, & de multâ industriâ eidem injunctum fuisse, & ad id firmiter obser-

observandum jurisjurandi religione, in præsentiâ universorum Principum obligatum fuisse; eò quòd singulis eorum, ferè de majoribus Regni membris, portiones promiserat non modicas, ut ad id obtinendum quod petebat, eorum suffragiis juvaretur, & studio: quibus ut promissa compleret, simili vinculo dicebatur astrictus. Erant tamen nonnulli, quibus hęc mutatio, non multùm placuit: quorum alii familiaribus studiis, & ex causis occultis, ad id, ut displiceret, proclives se dabant; alii publicam agentes causam, & de Regni statu anxiè soliciti, publicè cōtestabantur, prædictum Comitem, tantæ administrationis imparem oneri, ad procuranda Regni negotia non posse sufficere; alii verò, quibus de ejus promotione spes suberat, ut suas meliores possent facere conditiones, utiliter factum asserebant. Eratque murmur, & vox dissona plurimùm, in populo, juxta id, quod proverbialiter dici solet: Quot homines, tot sententiæ. Verumtamen hac diu desideratâ & injunctâ sibi pro votis administratione, quâ inprimis satis inconsideratè visus est gloriari, non diu lætatus est, sicut in sequentibus dicetur. Inconsideratè autem onus hujusmodi præfatum sibi assumpsisse Comitem, eâ diximus ratione; quòd non satis diligenter vires suas cum eo, quod injungebatur, munere compensavit. Impar enim & viribus & prudentiâ, pondus importabile humeris imposuit; parabolâ non satis edoctus Evangelicâ, quâ suggeritur, ei qui turrim vult ædificare; ut sedens priùs computet sumptus, & discutiat diligenter, utrum pares cum assumpto proposito vires habeat, ne deficiens audiat: Iste

homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.

Almerico, succedit filius Balduinus, ejus nominis quartus: elephantiasi correptus. 1. 2.

VVilhelmus Tyrius, hujus Regis, in juventute præceptor. 2.

Siculi, frustrà oppugnant Alexandriam: & turbæ domesticæ in Regno Hierosolymitano, suboriuntur. 3.

Minorenne existente Rege, ferè semper de Regni administratione suboriuntur turbæ. 3.

Hierosolymitani, mittunt Legatos ad Occidentales: petentes succursum contra Saladinum. 4.

Cur qui primùm Palæstinam occupârunt, mirabiles victorias obtinuerunt: eorum verò posteri, non sine miraculo fuerint fugati sæpiùs. 5.

Mors Balduini 4. & ordinatio de Regni administratione. 6.

Circa Regni administrationem, orta domestica dissidia, Regni totius ruinæ, caussam præbent. 6.

VIII. *Balduinus, ejus nominis Quintus: cognomine Puer.*

A. C. 1185.

BAlduinus (præcedentis ex sorore nepos) ejus nominis *Quintus*, à primo Hierosolymorum Rex *Octavus*, impubes iniit Principatum; cui se tutorem Beltrandus Comes Tripolitanus, ex avunculi Testamento gerere cùm vellet; Guido Lusignanus pueri vitricus, & cui Sibylla Balduini mater erat nupta, administrationem Regni vi occupavit. Ipseq; Balduinus, octavo post avunculi mortem mense, diem clausit. *Ritius*, Arnoldus Lubecensis,

censis, septimo Regni mense anno ætatis nono, mortuum esse asserit. Variatq; de nomine continuator Sigeberti, ad A. C. 1185. & perperàm Henricum vocat.

2 Quomodò autem hicce Balduinus, ab avunculo, Balduino quarto, Rex fuerit designatus, refert Tyrius lib. 22. ubi ita scribit. Rex videns, quòd in negotio apud fontem Tubaniacum, Comes Ioppensis, cui ut præmisimus, Regni commiserat administrationem, minùs strenuè, minusque prudenter se gesserat; quòdque ejus imprudentiâ, & omnimodâ insufficientiâ, Regni status penè lapsus fuerat; saniore usus consilio revocat ad se suam, quam illi commiserat administrationem Dicuntur & aliæ subesse caussæ. Nam ut prædiximus, ubi curam regni ei commiserat, urbem Hierosolymam, cum decem millibus aureorum persolvendorum annuatim, pro expensis familiaribus, sibi retinuerat: postmodùm, facti pœnitens, pro Hierosolymâ, Tyrum eisdem conditionibus, eò quòd munitissima totius regni esset civitas, & suis cõmoditatibus aptior videretur, sibi voluit permutari Quam ejus petitionem, quoniam Comes ægrè visus est suscepisse, Rex prædictam dicitur mutâsse sententiam. Factumq; est meritò, ut qui in modico, erga eum, qui sibi universa contulerat, noluit esse liberalis, ab universâ summâ rerum decideret. Nec solùm Regni cura, & administrationis honor, ei subtractus est; verum etiam successionis spes, est eidem penitus amputata. Nam de communi principum consilio, maximè Boamundi Principis Antiocheno-

rum, Raimundi quoque Tripolitani Comitis. Rainaldi Sidoniensis, Balduini Ramatensis, Baliani fratris ejus, præsente ipso & contradicere non audente; suggerente hoc, & ad id penitùs hortante matre, Balduinus, adhuc puerulus, vix annorum quinque, prosequente eum universæ plebis suffragio, cleri quoq; qui præsens erat assensu, in Ecclesiâ Dominicæ Resurrectionis, Regiâ decoratus est unctione, & solenniter coronatus: statimq; sine dilatione exhibitæ sunt eidem puero, universorum Baronum, cum solitâ juramentorum formâ, manualiter fidelitates, honorq; & gloria Regiæ debita majestati, cum omni plenitudine sunt depensa: solus tamen Ioppensis Comes, ut ei suū exhiberet hominiū, à nemine est invitatus: quod factum prudentioribus, sicut erat procul dubiò, conceptæ simultatis, imò manifesti odii, evidens visum est argumentum: sicut ex post facto liquebit manifestius. Verùm super hoc tantæ mutationis articulo, varia erat, & multiplex virorum prudentium opinio; dicentibus aliis, quòd in hâc pueri promotione, nihil compendii Regno, nihil utilitatis rebus accessisset publicis. Nam uterq; Regum, alter morbo, alter ætate præpediente, prorsùs erat inutilis; magisq; videretur expediens, si de communi consilio procerum, alicui viribus strenuo, consilio pollenti regiorum cura negotiorum, & Reipublicæ committeretur administratio: aliis autem videbatur, quòd de puero factum erat, & si non poterat usquequaque utile judicari, in eo tamen publicæ videbatur consultum esse utilitati, quòd prædicto Comiti, ad regni successionem anhelanti, viro, ut dicc-

dicebant, insufficienti, succedendi spes erat præcisa: in quo futurorum materia scandalorum, & periculosæ seditionis, quæ post Regis obitum timebatur, fomes, finem accepisse sperabatur. Omnibus tamen mens una erat, & desiderium; in gerendis publicis, maximeque educendis, & reducendis exercitibus, contra hostium solito vehementiorem instantiam, præficeretur procurator: idq; soli Comiti Tripolitano convenire, eumq; solum ad prædicta posse sufficere, penè omnium una erat sententia.

3. De hocce Rege ita Pantaleon, *Hist. Ordin. Iohann. lib. 2.* Rege sepulto, Balduino 5. adhuc puero existenti regnum confirmatur. Tum autem scintillæ, quæ jam sub cineribus latuerant in magnum incendium exiverunt. Raimundus enim Tripolitanus comes, omnem regni administrationem, ac regis pueri Balduini tutelam sibi integram deberi contendit: atq; à proceribus regni in publicis comitiis ferè obtinuit. At Sibylla, defuncti regis soror, & viventis pueri regis mater, Guidonem maritum suum instigat, ut competitori Tripolitano, nullo modo cedat. Guido etiam quod volebat, minis à regni proceribus extorquet. Verum septem mensibus lapsis, Balduinus Rex, puer quoque obiit, atque apud avunculum suum sepultus fuit. Ferebatur autem, tum vulgò, quòd à matre, lento veneno, regni cupiditate, sublatus fuerit. Ejus etiam obitum, mater non priùs aperuit, quàm ab Heraclio patriarcha, aliisq proceribus regni impetrârit, ut Guido maritus, Rex declararetur. Cùm etiam Gerardus Ridefordius, Templi magister, Coronam & reliqua regni insignia, apud se cu-

ſtodiret, ingenti pecuniâ acceptâ reddidit; atq; ut Guido ſtatim coronaretur, author fuit: & hâc ratione factum eſt, ut uno eodemq; die, Balduini exuviæ terræ mandarentur, atq; Guido Rex coronaretur. Hunc etiam ejus conatum, Bonifacius Montisferrati Marchio, qui tum cum non contemnendâ militum manu, in Syriam venerat, plurimùm adjuvit.

Balduinus 5. puer adhuc, Avunculo ſuccedit. 1.
Eum avunculum, adhuc vivus, Regem deſignat: & Guidoni Luſigniano, Regni adimit adminiſtrationem. 2.
Rege exiſtente minore, ſi de Regni adminiſtratione lites oriuntur; id plerunq; cum jacturâ publicæ ſalutis, eſt conjunctum. 3.

IX. *Guido de Luſignano, ultimus Hieroſolymorum Rex.*

A. C. 1185.

IN locum Balduini V. *Guido* ſufficitur, adnitente Sibylla conjuge, Balduini matre: cujus Principatu, Saladinus Hieroſolyma vix uno oppugnata menſe, redegit in poteſtatem ſuam. Noſtræ ſalutis anno milleſimo, centeſimo octogeſimo ſeptimo; cùm per annos undenonaginta fuiſſet in poteſtate Regum noſtri dogmatis. In ipſo captæ urbis tumultu, Sibylla cum quatuor liberis occubuit. *Ritius*. De eo ita Reineccius, *in append. ad Hiſtor. Orientalem*. Guido de Lizimaco, ut Tyrius, aut Luſignano, ut alii, inauguratur regno, à Balduini privigni morte, uxoris artibus.

artibus. Quare æmulum Raimundum Tripolitanum, hostemq; Saladinum, Soldanum Aegypti, accipit. A quo prælio victus, cùm ipse, tum urbs Hierosolyma, in hostis potestatem devenit: duravitq; captivitas ejus annum integrum. Libertate recuperatâ, cùm uxor intereà obiisset: iterùm de regno affinium æmulationem incurrit. Quo tandem Richardo, regi Angl. cedere coactus, Cyprum ab eo recipit: Suntq; de familiâ Lusignana, editi insulæ istius reges, usq; ad Venetorũ dominatum, quem rursus Turcæ evertêre. Quod vero attinet Raimundum, Comitem Tripolitanum, cognomento Iuniorem: is captus à Noradino, Sanguini Filio, novennali carcere vexatur, ut Tyrius lib. 20. cap. 30. Deindè Balduini IV. tutelam & regni administrationem, petit & impetrat: à quo post biennii absentiam, regnum intrare vetitus, graviter indè irritatur. Mox tamen offensione sanata, ex morte regis, in novam cum Guidone Lusignano, de Balduini V. tutela contentionem venit. Cumque illo brevi post vita defuncto, regnum Guidoni cessisset: invidia & æmulatione planè dementatus, hostilem animum induit: Saladino occul-

to fœdere jungitur: prodit res Christianas. Et dùm regni cupiditate etiã in verba & religionem Barbari jurat, subita morte perit: seu circumcisionis dolore, seu custodum insidiis extinctus. *De moribus & conjugio ejus idem Tyrius lib. 21. c. 5.*

2. De Rege autem Guidone, ita Pantaleon lib. 2. Cùm Guidoni regnũ aliquo modo esset confirmatum, atq; Tripolitanus videret se omni spe regni decidisse; irâ exæstuans, omnem lapidem movere cœpit, ut Guidoni rebus obsistere posset. Saladinus animum ægrotum, & regnandi cupidum magis impellit, eiq; suam operam addixit. Id officii genus Raimundus avidè arripuit. Fata enim regnum Hierosolymitanum appetebant, & ad miserabilem ruinam trahebant; præsertim cum populus regi atq; templariis esset infensissimus, quasi jura regni, pecuniâ vendidissent, atq; sacra profanis passim miscerent. Itaq; Saladinus, fœdus cum Tripolitano iniit, ac missis passim nuntiis, Turcas, Sarracenos ac Aegyptios, arma capessere hortatur; utendum enim occasione hâc maximâ, nimirùm discordiâ Christianorum principum; ex prædâ etiam divitias pollicetur amplissimas. Vrbs Acconensis locus constitutus, in quo omnes copiæ convenirent. Itaq; ex omnibus locis, religionis odio, & spe prædæ, quam Saladinus omnem promiserat: tantus exercitus convolavit ex omnibus Barbarorum locis, ut ad 50. millia equitum, & infinitus numerus peditum conveniret: quibus etiam per Hierosolymitanorum fines,

tutum

tutum iter non patebat; Tripolitanus comes, per Tyberiadis, Nezarethanum, & Galileæ agrum salvos deducit. Copiis Barbarorum omnibus congregatis, Saladinus urbem Accoram (quæ & Ptolomais dicitur) primò obsidere, atque bellicis machinis oppugnare statuit. Erat autem hæc urbs, jam dudum à regibus Hierosolymitanis militarium ordinis equitibus Hospitalariis, & Templariis tradita; ut iis in partibus Rempublicam Christianam, fortiter contra Barbaros irrumpentes defenderent, atque eam urbem conservarent. Itaq; famâ hujus belli evulgatâ, omnes suas vires eò contulerant, armis & commeatu communierant, magistris ipsis ordinum præsentibus. Cùm autem Saladinus timeret, ne & Guido novus Rex, cum suis copiis adventaret, atque ordinum Magistris succurreret; statuit urbem ipsam oppugnare & in suam potestatem redigere, omnibus incolis interfectis. Itaque die primo Maii constituto, Barbari omni genere telorum & machinarum in urbem impetum faciunt; atque per scalas urbis mœnia superare contendunt: idque eâ horâ cùm Christiani, in templo rebus divinis vacare statuerant. Verùm Christiani, fortiter turres & mœnia defendebant, atque Barbaros magno clamore ascendentes præcipites deiiciebant. Cùm hoc modo ad mœnia pugnaretur, Ordinum Magistri, cum selectâ equitum manu, per aversam portam erumpunt, castra hostium invadunt, ac obvios quosque obtruncant. Cadentium ploratus ad aerem attollitur, atq; funestam cladem Barbaris ad mœnia pugnantibus denunciat. Mox etiam nostri à tergo, oppugnantes urbem

invadunt, ac omnia prosternunt: itaq; Saladinus, castrorum clade attonitus, oppugnatione omissâ, ingruenti hosti occurrit, & prælium cruentum iniit. Pugnabat enim Tripolitanus pro Barbaris; sed habitu mutato, & facie fucatâ: qui Volonum manu in omne scelus promptissimâ, per medias acies in Magistrorum cohortes irrupit, idque potissimum odio Templarii ordinis. Cùm autem is, in diverso loco pugnaret, in Iohannitarum magistrum incidit, atque eundem viriliter resistentem equo dejecit: qui etiam armorum onere oppressus, & multitudine hostium instantium obtritus, interiit. Id cùm Iohannitæ sensissent, dolore & irâ perciti, hostem loco pellunt; atq; strenuè pugnando, Christianis egregiam victoriam, sed sibi cruentam ac luctuosam, compararunt: fortissimi enim quiq;, cum suo magistro occubuerunt. In hoc prælio ex Turcis ad quindecim millia perierunt, alii sibi fugâ vitam conservarunt: contigit hæc memorabilis victoria Christianis, Calendis Maii Anno 1187. Cum Saladinus vi nihil præclari contra Christianos agere posset, rem dolo aggrediendam censuit. Itaque author est Tripolitano, ut amicitiam cum rege simulet: placet viro consilium, moxq; Regis, per legatos amicitiam ambit. Ex composito quoq; Barbarus, omissâ Accone, Tyberiadem quæ Tripolitano parebat oppugnare statuit. Vndè Tripolitanus, à rege & militiæ sacræ ordinibus auxilium petiit: consilio itaq; habito, Christianorum vires per Asiam congregantur, quibus se etiam Tripolitanus conjunxit. M.D. equites, & XV. millia peditum æstimabantur. At hostium exercitus equitum

CXX.

CXX. millibus, peditum CLX. millibus constabat. Ad sublevandam igitur Tyberiadis obsidionem profecti, in itinere mox obvium hostem habuerunt; qui in singulas occasiones intentus, commodissimis quibusq; locis, regios arcendos statuebat. Itaq; 4. Nonas Iulii, atrox pugna cœpta, quam etiam, omnibus solis ardore fessis, nox tandem diremit. Postridiè prælium restauratur, in quo Barbari, Tripolitani proditione & turpi ex acie fugâ, superiores extiterunt. Cum Guidone rege, Gerardus Templi magister, ac Bonifacius Montisferrati Marchio vivi in hostium potestatem pervenerunt. Capta etiam sacrosancta crux, quam Acconensis præsul exercitui prætulerat. Omnes hoc prælio Christianorum orientalium vires conciderunt. Templarii etiam & Hospitalarii omnes, quos Barbarus miles ceperat, cum fugere nollent, miserè sunt trucidati. Proditâ hac ratione à Raimundo, re Christianâ, cætera omnia Barbaro prona fuerunt. Ptolemaide enim Biblio, & Berytho, spontaneâ deditione potitus est: in deditione Saladinus victor, mitis ac liberalis erat, nec religionis Christianæ quenquam, præter Latinos, urbibus excedere jubebat: modò æquo cum cæteris jure vivere, ac tributum conferre pollicerentur. Calamitatem præteritam & futuram, multa præcesserunt prodigia, crebri horrendique terræ motus, venti atroces, solis defectus, grandines frequentes instar ovi anseri, mare redundans æstu solito majore. Regis etiam cubiculario, prægrandis aquila 7. jacula unguibus uncis gestans, & Christianorum copias circumvolitans per quietem visa; quæ humanam

vocem edebat, Væ Hierosolymis. Cùm itaq; hostis, totam regionem, quæ inter Sidonem, & Ascalonem, ad mare sita est, præter Tyrum, intra mensem occupasset; exercitum ad Ascalonem urbem admovit, atq; tandem per novem dies, frustrà oppugnavit. Dum autem Barbarus timeret, ne obsessorum virtus, victoriæ suæ cursum impediret, deliberatione habitâ, discessit, atq; rectâ Hierosolymam sanctam urbem, & regni caput petiit. Mox etiam legatos in urbem misit, atq;, ut sese, & fortunas dederent civibus consuluit: verùm legati infectâ re discesserunt. Itaq; urbem obsedit, & per XIV. dies, omni genere machinarum oppugnavit. Cùm autem cives viderent, regni vires ac militares ordines, proximâ pugnâ majori parte occubuisse, nec ab exteris ulla subsidia subvenire posse; certis conditionibus urbs Saladino tradita est: nimirùm ut civibus, vel manere, vel incolumes cum fasciculis, quos singuli humeris ferre possent, abire liceret. Latinis tamen ad habitandum urbs negata atq; Syris, Græcis, Armenis, Iacobitis, Georgianis, & Nestorianis, stationes designatæ. Incidit hæc calamitas in sextum Nonarum octobris, Anno salutis 1187. cùm Christiani eam per undenonaginta annos, inhabitâssent. Mox etiam Latini, parentes cum liberis, nobiles cum plebeis, magno luctu urbe excesserunt, atque Tripolim, Tyrum, aut Antiochiam petierunt, quæ sola tres urbes in hisce tumultibus Christianis salvæ permanserunt; omni circumjacenti ditione in solitudinem quandam redactâ. Deindè etiam Turcæ, Hierosolymâ ingressi, Templum Domini prophanârunt, atq; aquâ rosaceâ

lotum,

ſotum, ſuæ ſuperſtitioni dedicârunt: reliqua equorum habitatione facta; ſolum Dominicæ reſurrectionis fanum, à Surianis ingenti auro redemptum. Hanc calamitatem Tripolitanus etiam auxit, atq; miſeram Chriſtianorum gentem exulantem; copiis ſuis aggreſſus diſſipavit: ac crudeliter omnibus ſarcinis ſpoliavit: ita ut plurimi fame & frigore perierint. Paulo pòſt tamen, etiam Tripolitanus, nocte quâdam, in cubili ſuo mortuus inventus, atq; (ut Vincentius refert) circumciſus: quòd defectionis non modò à rege Guidone, ſed etiam à Chriſtianâ religione evidens fuit argumentum. Perierunt in hiſce turbis ultra viginti millia Chriſtianorum.

3. Sed de clade illâ Hieroſolymitanâ, quæ & alii habent ſubjungam. De eaq; Cruſius annal. part. 2. lib. 11. c. 15. ita ſcribit. In Oriente, Saladinus diſſidium, quod inter Guidonem R. & Tripolitanum Raimundum erat audivit. Igitur cum Raimundo fœdus init: ac pecoribus multis aſtutè objectis (ut Ioann. Heroldus ſcribit, continuatione belli ſacri) occaſionem Hieroſolymitanis dedit, inducias violandi, quas cum eis ipſe habebat. Nam cùm ea Rainaldus Caſtellio rapuiſſet: Saladinus bellum Regi ac Templariis indixit. Congregatis ergò auxiliis, Tripolitano iter per Galilæam præbente; cum Templariis, apud Acconem conflixit. 1187. Calend. Maii. In quo prælio, ipſe quidem victus eſt, amiſſis, XV. millibus ſuorum: ex noſtris tamen periit Hoſpitalis Magiſter, à Raimundo cæſus & optimi quiq;. Ad Tiberiadem iterùm pugnatum 4. nonas Iulii: ſed proditione Tripo-

litani (qui simulatè cum nostris in gratiam redierat, in pugna, quæ eos deseruit) res Christianorum pessum iverunt. Captus enim quamvis fortiter pugnans, fuit Rex Guido; capta sancta crux, captus nobilissimus quisque: inter quos, Bonifacius Monteferratensis, Templiq; Magister, Rainaldus Castellio. Cæsi nobiles, Templarii, Hospitalarii, ferè omnes. Castellio in conspectu victoris jugulatus. Saladinus, Ptolemaide sive Accone, & quicquid inter Sidonem, atq; Ascalonam (præter Tyrum) est, in potestatem receptis. Et Ascalonâ, quæ se viriliter defendebat, relictâ, ad Hierosolymitanam urbem, pergit. Eâ die obsidionis XIV. sexto nonas Octob. illi dedita est: cum non essent, qui propugnarent. Ita hæc urbs, LXXXVIII. quam à Gottefrido Bilioneo capta fuerat, rursum amissa est. Licuit Latinis, cum supellectile, quam humeris quisque portare posset, excedere: negatâ eis ad habitandum urbe. Emigravit Regina Sibylla; emigravit Heraclius Patriarcha; strenuus omnis dissidii incentor: emigravit maxima multitudo Clericorum. Omnia, luctus plena, præsertim ad sepulcrum Domini, ad monumenta Regum, ad loca sancta: quibus adhærentes, ea osculabantur. Sicut Poëta, de Troadibus canit:

Præcipites atrâ ceu tempestate columbæ

Condensæ, & Divum amplexæ simulacra tenebant.

Vix quidam, sibi à Reginâ & Patriarcha temperabant: Guidonem R. & Tripolitanum execrabantur. Tandem Salahadinus eis voce præconis exire præcepit. Pro thesauro, viri ægrotas uxores, aut ægrotos viros ipsæ uxores efferebant. Qui in Tripolitani homines incidebant,

verbe-

verberati sunt & spoliati. Templum victor rosaceâ aquâ lavit, odoribus preciosissimis implevit; sua sacra ibi fecit. Reliqua fana in equilia mutata. Campanæ confractæ omnes: Vexilla Regum lacerata & deleta. Heraclio Imp. crux capta; Heraclio Patriarcha, amissa. Vrbano Papa, urbs capta; Vrbano Papâ, rursus amissa. Tripolitanus deindè, abnegatâ fide, Tripolin venit, ut Rex. Cives ei se jurejurando obligare nolebant. Ipse postridiè, manè repertus est in lecto jugulatus. Pont. Vrbanus (scribente Sigon.) tanto detrimento rei Christianæ cognito, tantum doloris indè hausit: ut Ferrariæ 14. Calend. Novemb. mortem obierit. Addam etiam ex Baronio nonnulla. A. C. 1187. num. 4. Qui hoc eodem Anno, inquit; vox ab Oriente auditur lugentium, atque lamentantium interfectos populi Dei, & civitatem sanctam Hierusalem, hostili pervasione vastatam. Cal. namque Maii, & posteà, infra octavam Apostolorum, iterùm malè pugnatum est à Christianis, adversus Saladinum Babyloniæ Regem, in terra Sancta. Extant de his literæ Magni Præceptoris Templatorum, qui tunc illis præerat, & rebus interfuit; quas recitat Rogerius in annalibus istis verbis: Frater Tericus, pauperrimæ domus Templi dictus magnus Præceptor, omnisq; Fratrum pauperrimus, & ferè omninò annihilatus conventus, universis Præceptoribus & Fratribus Templi, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem; & in illum suspirare, in quo Sol, & Luna mirantur. Quot quatisque calamitatibus, ira Dei, nostris peccatis exigentibus, nos in præsenti flagellari permiserit; nec literis, nec flebili voce

(prola

(proh dolor) explicare valemus. Turcæ enim, immensam suarum gentium multitudinem cõgregantes, Christianorum nostrorum fines acriter invadere cœperunt: contra quos, nos nostrarum gentium phalanges coadunantes, infra octavas beatorum Apostolorum Petri, & Pauli in eos congredi, & versus Tiberiadem (quam violenter, castro solo relicto, ceperant) iter arripere præsumpsimus. Cùm nos in scopulis pessimis impulissent, nos ita acriter impugnaverunt, quòd S. Cruce, & Rege nostro captis, & omni multitudine nostrâ interfectâ, & fratrum nostrorum (ut in veritate credimus) eodem die ducentis, & trecentis decollatis (exceptis illis sexagenis, qui primâ die Maii, interempti sunt) vix Dominus Comes Tripolis, & Dominus Reginaldus Sidonis, dominusq; Ballovius, & nos de illo miserabili campo evadere potuimus. Deinde Pagani, Christianorum nostrorum sanguine debacchati, versus civitatem Accon, cum omni suâ multitudine venire non distulerunt; quam violenter capientes, totam terram ferè invaserunt: Ierusalem, & Ascalon, & Tyro, & Berithon, nobis & Christianitati solis adhuc relictis. Istas etiã civitates, omnibus earũ fere civibus interfectis; nisi divinũ, & vestrum præstò sit auxilium, nullo modo retinere poterimus. Civitatem etiam Tyrum, in præsentiarum acriter obsidentes, die, noctuq; expugnare non cessant, & tanta est eorum copia, quod totam terræ faciem, à Tyro usq; ad Ierusalẽ, & usq; ad Gazam velut formicæ cooperuerunt. Nobis ergò, & Christianitati Orientis, ad præsens omnino deperditæ, quantocyus succurrere dignemini;

mini; ut per Deum, & vestræ fraternitatis eminentiam, residuas civitates vestro fulti adminiculo, salvare possimus. Valete. At ingruente cum copiis Saladino, capta est quoque ipsa sancta civitas Hierosolymitana, à Sarracenis; quarta Cal. Octobr. Cùm verò plures hujus temporis scriptores cladē tantā, stylo lugubri fuerint prosecuti: nos his omnibus epistolarum præferentes historiam, opportunè subiicimus ejusdem, qui suprà, Terrici magni Præceptoris Templariorum litteras: quibus cuncta, quæ hoc anno sunt gesta, usque ad extremam diem, præsens quæ vidit, accuratè recenset; sic scribens ad eundem Regem Anglorum. Charissimo Domino Henrico, Dei gratiâ illustri Anglorum Regi, Duci Northmanniæ, & Aquitaniæ, & Comiti Andegaviæ: Frater Terricus, quondam magnus Præceptor domus Templi Hierusalem, salutem, in eo qui dat salutem Regibus. Sciatis, quòd Hierusalem, cum arce David, reddita est Saladino. Syrii autem habent custodiam Sepulchri, usque ad quartum diem post Festum S. Michaelis: & ipse Saladinus in domo Hospitalis permisit remanere decem de fratribus Hospitalis, ad custodiendum infirmos, usque in unum annum &c. Captâ autem Hierosolymâ, Saladinus Crucem de Templo Domini deponi fecit; & eam per duos dies, per civitatem in ostentum fustigando, portari fecit. Deindè fecit Templum Domini, aquâ rosatâ, intùs, & exteriùs, sursùm, & deorsùm lavari, & legem suam desuper illud per quatuor partes miro tumultu acclamari. A festo verò S. Martini, usque ad circumcisionem Domini, obsedit Tyrum, tredecim

pera-

perariis die noctéq; lapides in eam inceſſanter jactantibus. In vigiliâ S. Silveſtri Dominus Cōradus Marchio, milites, & pedites per murum civitatis diſpoſuit, & armatis ſeptendecim galeis, & decem aliis naviculis, cum auxilio domus Hoſpitalis, & Fratrum Templi, adverſus galeas Saladini dimicavit, easq; expugnans, undecim ex eis retinuit: & magnum Alexandriæ Admiraldum, cum octo aliis Admiraldis cepit, Sarracenorum multitudine interfectâ. Reliquæ verò galeæ Saladini, Chriſtianorum manus evadentes, ad Saladini exercitum confugerunt: quibus præcepto illius, ad terram extractis, ipſe Saladinus igne appoſito, in cinerem & favillam fecit redigi: nimioq; dolore commotus, equi ſui auriculas, & caudam amputans, equum illum, per totum exercitum, videntibus omnibus, equitavit. His addimus literas Conradi, filii Marchionis de Monteferato, ad Archiepiſcopum Cantuarienſem, eodem argumento conſcriptas; deque fœdere Saladini, cum Conſtantinopolitano Imperatore, his verbis: Turbantur elementa, & Catholicæ Fidei derogatur, cùm ſedes Hieroſolymitana, Apoſtolicæ Sedi ſubtrahitur. Periit enim Hieroſolyma, & inertia Chriſtianorum, à Sarracenis viliſſimè pertractatur. Fœdant namque Dominicum Sepulchrum, deſtruunt Calvariæ locum, nativitatem Chriſti contemnunt, & B. Virginis eradicant Sepulchrum. Sedes Conſtantinopolitana, Romanæ Sedi nullam exhibet reverentiam; Antiochena quidem laborare dignoſcitur in extremis. Hæc autem omnia, Chriſtianorum conſtat deſidiâ contigiſſe. Lugenda eſt civitas Hie-

rusalem, atq; lugubriter lamentanda: quæ suis cultoribus spoliata, qui Christo per horas diei ac noctis constituti, Deo cantando, & orando famulabantur: nunc (proh dolor) Mahometh, excelsâ voce laudatur, ritibus polluta Sarracenis. Vestræ igitur celsitudini, preces cum lachrymis porrigo commixtas, quatenus calamitatum Terræ sanctæ misereri dignemini; ut consortetis Reges, commoneatis Fideles, ut canibus expulsis à patrimonio Iesu Christi, misericorditer subveniant; vincula solvant, profanata mundent, ut terra sanctis Christi pedibus calcata, de potestate Infidelium potenter liberetur. Accedit etiam ad cumulum iniquitatis, ad opprobrium, & desolationem Christianitatis, familiaritas, quæ viget inter Saladinum, & Imperatorem Constantinopolitanum: cui idem Saladinus, tradidit omnes Ecclesias terræ Promissionis, ut in eisdem serviatur secundum ritum Græcorum. Insuper etiam, & idem Saladinus, misit idolum suum Constantinopolim Imperatoris assensu, ut ibi publicè coleretur: sed per gratiam Dei captum est in mari à Ianuensibus; & cum ipsâ navi perductum est Tyrum. Nuper etiam exercitus constructus est copiosus, ante urbem Antiochiæ: & dictus Imperator promisit centum galeas. Saladinus quoque dedit ei totam terram Promissionis; ita scilicet, ut impediat viam Christianorum, maximè autem Francorum, ad succursum Terræ sanctæ properantium. Nec est aliquis apud Constantinopolim, qui crucem accipiat, quin statim capiatur, & incarceretur. Hoc autem nobis solatium est; quòd nuper frater Saladini, & filius ante Antiochiam

etiam capti sunt, & sub salvâ custodiâ deputati. Porrò ista quidem adeò tristia, & judicio humano flebilia, Dei sententiâ læta cessêre, atque in lucrum sunt animarum conversa, ut ostensum fuisse aiunt S. Christianæ virgini in Germania, de qua Cantipratensis, apud Surium, Die 23. Junii c. 20. Eadem etiam, longè antè, prædixit Terram sanctam, & Hierosolymam, in impiorum Sarracenorum ditionem, redactum iri. Quo autem die, à Saladino Aegypti Sultano, capta fuit Hierusalem, cum Sepulchro, & Cruce Christi: illa in castro Leonensi tum constituta, spiritum fertur cognovisse rem gestam. Cumq; multùm exultaret, ab iis, qui aderant, rogata, ut ejus lætitiæ causam exponeret: Iure (inquit) exulto; nam & Christus Dominus, cum Angelis suis exultans, occasionem præbuit, quâ magna possit hominum copia salva fieri. Illis rursùs sciscitantibus, quænam esset hæc occasio, respondit, Noveritis Terram sanctam hodiè venisse in manus hominum impiorum, atque hâc se magnam salutis oblatam occasionem. Christus enim pro illatâ ipsi contumelia, dignum censuit, ut terra illa, hâc ignominiâ afficiatur, quamvis ipsius passione sanctificata; attamen in fine mundi cum ipso mundo peritura: quandò illius recuperandæ causâ, animæ semper victuræ, ejusq; sanguine redemptæ, ab iniquitate ad justitiæ studium convertentur; fundentq; homines sanguinem suum, & quandam morti Salvatoris vicem cum multâ devotione rependent. Sed & ea, quæ nuper Raphaël Beauchamps, religiosus Martianensis in Paralypomenis Synopseos Franco - Merovingicæ,

con-

congessit. A. C. 1187 agitur, inquit, lamentabilis perturbatio, in partibus transmarinis. Saladinus enim, innumerabili multitudine gentium congregatâ, Galilæam ingreditur, Tiberiadē obsidet; obsidionis fama circumvolat. Guido, Rex, & Templarii, & Hospitalarii, nonnulli Episcopi, ac totius Regni Proceres, & Populus, in unum conveniunt, hostibusq; concurrunt. Hostes, obsidionem deserunt, & ad Fontes, quatuor milliaribus citra Tiberiadem, castra ponunt. Septimo igitur Idus Iunii, nostri progrediuntur in bellum, aciesq; concurrunt. Diu pugnatum est; sed prælium nox diremit. Eádem die, nostri gessêre fortiùs; nisi quòd, aquam præoccupatam ab hostibus, perdiderunt. Diurno conflictu, æstuq; & siti confecti, laborabant nostri; eò quòd non haberent aquam. Manè, hostes se præparant. Necdum nostri se armaverant; cùm eccè vident eos irrumpere, & congredi jam paratos. Ad arma concurritur. Principes, & primi exercitus, ad Regem Guidonem convolant; & quid facto opus sit, in commune deliberant. Rex Guido, quemdam de numero equitum, qui cum Turcis sæpiùs militaverat, & corū omnia stratagemata familiariter noverat, præcipit accersiri; & inquiri ab eo, in instanti negotio quid sit agendum? Is consulit, ut totis viribus irrumpatur in illum cuneum confertissimum, ubi Saladini vexillum altiùs eminebat. Quòd si posset pars illa devinci, facilè profectò & cæteri obtinerentur. Consilium universis placet. Tripolitanus Comes advenit. Is malitiâ, verbisq; potens, allegat contraria: &, quod eques ille sua-

ferat, dissuadet: dicens, ei non esse credendum, quia, quandoq, nostros abjuraverat, cum juraverit fidelitatem, Turcisq; ruperit juramentum. Præoccupanda suggerit esse Montana, ut indè securiùs pugnent, & hostes validiùs impetant. Consilio utiliore dissipato, acquiescitur proditori. In hostes mox irruerunt nostri. Sed proh dolor! tam æstu, quàm splendore Solis, visum reverberante gravati, pilorum hostilium imbribus obruuntur. Tripolitanus Comes Raimundus, proditionis à se tractatæ evidens dat signũ. Nam protinùs cum suis arma proiicit; fugit è bello, & ad Castrum, quod dicitur Saphetum, secedit. Nostrorum interim strages innumerabilis fit. Achonensis præsul, dum Crucem Domini ferret, lethaliter vulneratus, tradidit eam alteri, & ille, Regi. Bello undiq; acriùs perurgente, Rex Solymorum capitur, Cruxq; Domini asportatur. Raró unquam, temporibus nostris, ullo in prælio, tantus sanguis effusus est. Totius exercitus Christiani tunc concidêre vires. Nostrorum namq; strages edita est maxima; 22000. ferè Christianorum, secúndo Octobris, feriâ tunc sextâ: anno octogesimo octavo, ex quo Hierosolymorum Regnum penes Latinos coeperat esse. *Vide Pauli Aemili librum 5. Blondi sextum, Decade 2.* Alii Chronologi, reiiciunt cladem hancc elugubrem, cæsi Populi Dei, & cum Sancta Crucê Christi Iesu, capti Regis Guidonis, infra Octavam SS. Apostolorum Petri & Pauli; cùm Saladinus, Asiæ ac Syriæ potentissimus Rex, lectissimum exercitum, si umquam aliàs, coëgisset. Templarii quoq; & Hospitalarii, Proceresq;, & Viri fortiores, vel trucidati, vel

ti, vel capti sunt. Sic, meritis suis exigentibus, nostri traditi sunt in manus Gentium, & Gentibus subjugati. Nimis enim in varios luxus effluxerant, Et Clerus, & Populus: totaq; terra illa, facinoribus, & enormibus flagitiis sordescebat. Sed & qui religionis habitum prætendebant, verecundiæ turpiter fines excesserant. Omnis quippè caro, corruperat viam suam super terram. Rarus in Monasterio, rarus in seculo inveniebatur; quem non, vel avaritiæ, (quæ est Idolorum servitus,) vel luxuriæ inficerent insanabiles morbi. Religiosus quidam Chronologus, horrendæ cladis hujusce causas diligenter considerandas pio, prudentiq; Lectori proponit: & in hâc tristi Christianorum strage memorabile statuit exemplum ingentis iræ Dei, & pœnarum, quibus peccata punit. Causæ autem horrendi adeò excidii fuêre, contemtus quidam Dei, & judicii divini: quo spreto, omni pænè flagitiorum genere sese in amœno & fertili solo polluerint nostri: neglecto Deo, sese efferentes, & turpiter insolescentes, ac superbientes. Superbia igitur vitæ, luxus, intemperantia, & vicina vitiorum alimenta, libidines nefariæ: calamitatum publicarum proximæ causæ fuêre, libidines, uti possumus etiam paribus exemplis observare olim contigisse: puta, in historiâ Cataclysmi, seu diluvii: conflagratione Pentapolitanâ: interfectis civibus Sichem, in deleta tribu Benjamin: interitu Filiorum Heli, & exilio Regis Prophetarum, Prophetæq; Regum Davidis silentio involuam libidines, quæ item caussam dederint evertendæ Troiæ. Sed & peperit Thebanas calamitates incesta consuetudo Oedipi cum Matre: uti & ad Leuctra, cla-

dem Spartanam, per vim ſtuprata puella Filia Scedaſi, à juvenibus Laconicis: quorũ hiſtoriæ, à Pauſaniâ & Plutarcho latius, & diſertius recitatur. Addamus hoc obiter loco, certiſſimum eſſe ſignum impendentis exitii, quùm ad id genus ſordes, & flagitia, impunitas, & peccatorum contemptus accedit. Vndè & prædixit Filius Dei, maximam fore Mundi immundi totius ſecuritatem, antè judicium extremum. Vlterius etiam Chronologi cujuſdam vetuſti verba repetit Raphael de Beauchamps, & ait: Porrò Salahadinus, celebri habito de noſtris trophæo, ad pontem Tiberiadis redit, ibiq; manubia, & exuvias præcipit dividi, & meliora Damaſcum deferri. Quotquot ex Templariis, vel Hoſpitalariis reperti ſunt, præſentiæ victoris oblati, jubente eo, pariter decollantur. Guido verò Rex Solymorum, in monimentum nobilis victoriæ reſervatur: ſolo Magiſtro ſuo, ad ſuam petitionem ſibi conceſſo. Princeps quoq; Raimundus, antè Salahadinum adductus eſt: Erat enim vir conſilii, & honeſtatis amator, Turcarum impugnator acerrimus, & noſtrorum fideliſſimus propugnator, florens quidem in ſæculo, ſæculiq; ſuiq; contemptor. Id tamen in eo culpabatur à pluribus, quod cùm inter Chriſtianos & Turcas ſtatuerentur induciæ, ipſe numquam eas voluit cuſtodire. Vndè hunc præ cæteris oderat Salahadinus Calypha: à quo nimirum frequentes, graveſque acceperat læſiones. Quanta itaq; ab eo ſuſtinuiſſet replicans, cum eo aliquantulum diſceptat; deindè, ſuo illum mucrone ipſe decollat. His itaq; geſtis, Acchon Vrbem, quæ & Ptolemais dicitur, adit, & obſidet:

det: obſeſſam poſt biduum in ditionem recipit. Acconenſi urbe receptâ, ad alias Vrbes & Oppida capienda, Turcæ contendunt, & pauca quidē, immò nulla per vim capiunt: plura in ditionē recipiunt. Tota quippè regio tremebat attrita: utpote privata fortibus viris, & ſuis tutoribus Chriſtianis deſtituta. Id ſanè Salahadinum cōmendat; Quòd nullum gravari ſuſtinuit, qui ei voluit ſe ſubdere, & degere ſub tributo: manere volentibus, non fuit facta hoſtilis ulla impreſſio: recedere volentibus, data eſt tuta conductio. Appoſitè notandum vult hic Scriptor, in hoc Principe, licet barbaro, generoſum quidpiam eluxiſſe innatum: undè probet, nobilem ad gratiam, & quamdam veluti clementiam generoſiorem eſſe proniorem, quàm ruſticum ullum. Quadam item nocte, ſuper Comitem Tripolitanum proditorem, extenſa eſt manus Domini; eumq; in ultionem percuſſit. Quem ſui mortuum manè in ſuo ſtrato reperiunt. Res diſſimulari non potuit: nempè quod nuper circumſionis receperat ſtigma. Vnde, palam fuit, quòd ſe Salahadino confœderans, ſectam Sarracenorum conceperat obſervandam. Eo quoq; Anno, Eclipſis Solis facta eſt, in die Sancti Iohannis Baptiſtæ, horâ ſextâ diei. Ioſcius Tyrenſis Archiepiſcopus transfretat, ut Orientalem cladem, defectumque Chriſtianitatis nunciet Principibus Occidentis. Interim Hieroſolymitæ, & qui de vicinis locis, undiq; hoſtium metu illuc confluxerant, omni ſe ſupplicandi genere humiliabant. Agebantur quoq; ab omnibus celeberrimæ Litaniæ, confeſſiones, jejunia. Quodq; mirandum eſt: ipſa parvula ætas, his

piritualibus exercitiis insistebat. Siquidem in patulo erat ira Dei vehemens, & flagellum Dei inundans: quùm sic ostenderet Dominus populo suo dura: & partem terræ, quam tulerat de manu Amorræi, rursùs traderet Amorræo. Ascalone receptâ & munitâ, Salahadinus Iherusalem properat, ut eam obsideat: arbitrans fore, cessuros de facili, qui videbant & alios jam cessisse, sibiq; adesse paucissimos qui defenderent. Venientes itaq; Turcæ, urbem ex parte Occidentali oppugnant: novemque diebus continuis, continuos & acerrimos dant assultus: sed Civibus mirabiliter obsistentibus, quùm nec sic proficerent, ab Aquilone statuunt assilire. Illic ergò, machinis ac tormentis ad saxa jactanda compositis, instantissimè cœperunt urgere: & è tormentis lapides indesinenter excutere, ac muros fortiter quatere. Et considerantes obsessi, obsessoribus non posse resisti: quid agere debeant, in commune pertractant. Placuit demùm, ut instanti periculo cederent & sese dederent Salahadino. Res ad Salahadinum perlata est. Placet ei quod expetunt, conditione tamen præfixâ: ut certæ redemptionis accipiat pretium de capitibus singulorum: scilicet, ab his qui decem annos, & supra excesserant, decem bizantios; à mulieribus verò, & ab his qui infra decennium tenebantur, quinq; bizantios. Secundo igitur Octobris die, qui erat ab obsidione decimusquartus, feriâ sextâ, dedita Turcis Vrbs patuit: statimq; Salahadini imperio, Basilicarum campanæ malleis sunt contritæ. In ipsis verò Basilicis stabulavêre jumenta, & sordes quaslibet perpetravêre. Cæterùm etiam Sancti Sepulchri Eccle-

Ecclesiam, multo auro redemerunt: ne furentibus pateret Gentibus, nec sordibus subjaceret. Templo Domini miram venerationem exhibuêreTurcę: id quod etiam juxtà ritus suos consueverunt antiquitùs venerari. Sed Salahadinus Sanctam Crucem Domini, de Templo fecit deponi: & per totam Civitatem fustigando deportari: deindè, suam legem in Templo publicitus acclamari. Patriarcha Heraclius, Clerusq; universus, & de Monasteriis diversorum Ordinum professores, turbaq; cujuslibet ætatis, & sexus, innumera, de Ierusalem recesserunt. His qui supra muros, in Cellis conclusi, abstinentiæ & orationi vacabant, jussum est ut abirent: universis pœnè Latinis Vrbem relinquentibus. Suriani, & Sectarum homines diversarum: utpote, Georgiani, Iacobitæ, Græci, Armeni, remanserunt ibidem subTurcarum dominio constituti: Auditâ hâc redditione, multa quoque loca, quæ vix ab homine capi possent, si defensorem haberent, in deditionem sunt recepta.

4. Sed ulterius, in causas tanti cladis inquiramus: eâ autem de re, in vita Tyriensis, *præfixa corpori Historicorum Orientalium expeditionum*, sequentia habentur. Erant isto tempore, in terrâ ultramarinâ, Clerici duo, Archiepiscopi, Tyri unus alter Cæsareæ: non illius quæ Philippi dicitur, sed maritimæ. Ille, Guillermus vocabatur, quo nullus habebaturillo tempore toto Orbe Christiano melior clericus. Hic Heraclius dicebatur, Aruernus natione: qui pauper clericus, in terram ultramarinam profectus, formæ elegantiâ Reginæ matri commendatus: ejusdem operâ Archiepiscopus Cæsareæ factus est.

Accidit autem horum duorum Clericorũ tempore, ut diem suum obiret Patriarcha Hierosolymitanus. Vocati igitur in urbem Archiepiscopi ad electionem Patriarchæ; cùm omnes convenissent, adiit ad Canonicos S. Sepulchri, ad quos spectabat electio Patriarchæ, Tyrensis, & hæc ad eos, præfatâ veniâ, verba fecit: Seniores, in scripturis reperi, Heraclium in Perside S. Crucem acquisivisse, eamq; Hierusalem deportâsse; fore autem, ut eandem Heraclius alter, suo tempore exigeret Hierosolymâ, amitteretq;. Itaque per Deum vos oro, Heraclium Patriarcham ne dicatis: scio enim eo Patriarchâ, civitatem Hierusalem, & totam Terram amissum iri. Neque id me desiderio Patriarchatus accensum dicere judicetis: sed duos præter nos alios, per Deum, legite: quos si in hâc regione non reperitis, vobis operam nostram pollicemur, ut consilio virorum bonorum, è Francia Patriarcham habeatis. Ejus verò, Canonici nihil fecerunt. Petierat enim ab eis mater Regina, ut Cæsariensem nominarent: quem & reipsâ, cum Guilhelmo Tyrensi nominaverunt. Ea est enim in terrâ Vltramarinâ, Patriarchæ electionis ratio, quæ & Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Abbatum; ut duos legant Canonici, Regique offerant, qui de eis unum capiat: ita, ut si mane offerantur, intra vesperarum signum: si vesperi, post decantatum officium die altero, unum Rex eligat. Hanc rationem secuti sunt Apostoli, mortuo Iudâ, ut duos legerent, Iosephum Iustum & Matthiam; hanc & in Terrâ sanctâ servabant. Ita Rex elector est, & quem vult capit. Cùm essent igitur duo illi Archiepiscopi Regi oblati,

oblati, Heraclium Cæsariensem Rex elegit: pro quo matri intercedenti fidem dederat. In hunc modum factus Patriarcha Hierosolymitanus, Heraclius: omnes statim Archiepiscopos & Episcopos, ad præstandam obedientiam evocavit. Venerunt omnes, excepto Tyrensi. Hic enim ipsummet Heraclium Romam appellavit, certò demonstraturum se affirmans, talem eum, qui Patriarcha esse non deberet. Interpositâ appellatione, rebus suis compositis, transfretavit, & Romam venit. Ejus adventu lætus Pontifex, hominem multo honore excepit ipse, & Cardinales: neq; tanto umquàm honore clericum ullum Romæ à Papâ, & Cardinalibus omnibus affectum meminerant. Voluit etiam Papa, ut Missam cantaret: & Cardinales vestiri jussit, ut ei ad altare, inservirent. Iamq; apud eum, tantùm profecerat, ut si supervixisset, certa esset Heraclii, si Romam venisset, depositio. Cum ergò Tyrium (scriptorem sc: Bellorum Sacrorum) Heraclius Romam contra se abiisse cognovisset: certus se depositum iri, si ad suum usque adventum ille durâsset: Physicum è suis convenit, quem ut Romam illum sequeretur perpulit, atq; veneno tolleret: quod & evenit. Mortuo itaq; Archiepiscopo Tyri, Romam cùm venisset Patriarcha, à Papâ, quæ voluit, impetravit, & Hierusalem rediit. Qualem autem Româ Hierosolymam reversus, vitam vixerit, audite. In amorem incidit uxoris cujusdam propolæ, & tabernarii mercatoris, qui Neapoli habitabat, Leucis Hierosolymâ X[illegible] ad illum frequenter, accersitâ ventitabat; & dona [illegible] esset viro acceptior, ampla referebat. Vir verò

paulò pòſt defuncto, eam cum patre & matre, tum ſuperſtitibus, Hieroſolymam Patriarcha tranſtulit: eiq; comparavit egregiam lapideam domum: atque eam videntibus omnibus, habuit ut uxorem maritus: niſi quod ſub eodem cum illo tecto non morabatur. Cùm ad Templum ibat, ita incedebat ornata magnificè, ut ſi Imperatrix eſſet, aut Regina: ſuis præcedentibus ſervientibus. Si qui, ejus fortè ignari, interrogabant, ut ſolet, quæ illa eſſet Domina, reſpondebant, quibus nota erat, Patriarchiſſam eſſe, uxorē Patriarchæ. Vocabatur nomine, Paſcha de Riveri: & liberos de Patriarcha ſuſceperat. Accidit autem, cum in exercitu, de pugna cum Sarracenis qui in proximo erant, committenda: deliberationem Rex cum Patriarcha & Baronibus inſtituiſſet: ingreſſus ſcurra ad Patriarcham accedens: Da mihi, inquit, domine Patriarcha, nuntii læti præmium. Paſcha de Riveri, uxor tua, filium elegantem eſt enixa. Rubore ſuffuſus Patriarcha: Tace, inquit, ſtulte, tace. Hæc Patriarchæ vita aliis exemplo erat: Sacerdotes enim, & Clerici, & Monahi ita erant luxuriæ & adulteriis deditì, ut vix ulla caſta totâ civitate mulier reperiretur. Hæc peccata, has ſordes, ut Dominus noſter Ieſus Chriſtus in eâ Civitate vidit, in qua crucifixus, pro redimendo populo ſanguinē profuderat, ferre ea non magis potuit, quàm Sodomæ olim & Gomorræ. Itaq; civitatē fœditâ luxuriâ ſordidam, ita purgavit: ut de iis, qui tēpore Heraclii Patriarchæ eam habebant omnibus, de viris, fœminis, infantibus, inquam, omnibus: duo omninò ſervitutem effugerint: quorum unus vocabatur Robertus de

Corbia, qui Godefrido Bullionio in capienda urbe adfuerat: alteri nomen erat Fulco Folie (alias Fiole) qui primus omnium in urbe à Godefrido capta natus erat. His, cum excedere nollent, & manendi libertatem dedit, & vitæ necessaria omnia ministrari jussit Saladinus. Narrationi hujus insignis, fidē asserūt, cùm eventus, tū scriptores probi. Eventus: ut enim recuperatâ Heraclio Imperatore Crux; Heraclio Patriarchâ (uti erat à Tyrensi prædictū) & Crux & Vrbs est amissa. Sicq; Marinus Sanutus lib.3. part.6. c.24. Anno, inquit, 1580. Patriarcha Almericus moritur, cuj⁹ simplicitas, modicùm Ecclesię profuit: cui successit Heraclius tam perniciosi exempli, ut procedentem ornatissimam mulierem, quam publicè tenebat, vulgus Patriarchissam vocaret. In ejus electione publicè dictum fuit: sub Heraclio amittendam esse crucem, sicut sub Heraclio Imperatore recuperata fuerat: quod & accidit. Paulus Æmilius, *sub finem lib. V. de rebus gestis Francorum, Philippo Augusto Rege*: Sacrosancta Crux, velit fatale pignus sacri Regni, jam manibus minùs sanctis tractabatur. Referuntq; illius temporis auctores omnes, sacerdotes fuisse flagitiis sceleribusq; obrutos: atq; adeò ipsum Patriarcham, neque castè, neque integrè vitam egisse. Ipsum Guidonem de Liziniaco, Comitem Ioppensem: postquàm imparem viribus, & prudentiā dixisset Tyrius: hominem etiam vocat incognitum, indiscretum & penitus inutilem: lib. 22. c.25. & 27. Incognitum non vocat ratione familiæ, sed quò ad res præclarè gestas. Nam idem Tyrius, ejus libri c.1. dixerat satis nobilem. Hugonis Bruni filium: cum & Hugonem Lisi-

niacensem, & Hugonem de Lisiniaco, cognominatum Brunum; commemorasset, lib. 10. c. 19. & lib. 19. cap. 8. Certè virtutibus imparem oneri tanto fuisse, & illi experti sunt miseri, & nos ex ipsa historia discimus. Verùm ei, & cum hostium viribus, & cum domesticorum inuidiâ decertandum fuit. Alienum hominem, Regis licet sororium, posteà Regni procuratorem, & tandem successorem, indignè ferebant Regni Principes: cum & nobiliores & prudentiores & ditiores etiam in Regno potuissent reperiri, ut sæpè dictus Tyrius inquit, lib. 20. cap. 1. Notat Iacobus de Vitriaco, diu in Regno versatus, Histor. Hierosol. cap. 12. novos illos Syriæ indigenas, quos dictos Pulanos ait, in eos qui de longinquis regionibus, causâ devotionis, aut ad eorum subsidium advenissent, non solùm ingratos, sed multifariè molestos extitisse. Experti eorum invidiæ aculeos, & perfidiæ graves ictus, magno cum Reip. tum Regni ipsius damno, Conradus Imp. & Rex Ludovicus ad Damascum: Tyrius, lib. 17. cap. 5. & 7. Expertus & Flandrensium Comes Theodoricus, idem lib. 18. cap. 18. Neq; omninò domesticorum ille, in exteros animi motus, sine ratione est. Videtur enim indignum, ut qui tota vitâ suâ regno militantes, infinitos labores pertulerunt: ab iis qui recenter advenerint, tantorum fructus laborum colligentibus, negligantur & spe remunerationis excidant: Tyrius lib. 17. c 7. Hic verò Dei admiremur Providentiam, & justa judicia: qui, cùm perdere meritissimò nostros constituisset, Guidonē illis Regem, mediâ petitū Galliâ, è summa Pictonum nobilitate: cùm

tempore

tempore eodem attollere res Sarracenorum, Saladinum è pulvere excitatum, terræ filium, sed virtutibus omnibus abſolutiſſimum, Principem dedit. Stephanus Luſignanus, ordinis prædicatorum, qui hiſtoriam Regni Cypri edidit, primum Italicè, deindè Gallicè: Multa habet de nobilitate antiquiſſimâ Guidonis Comitis de Luſignan & de la Marche, fratremque fuiſſe ait Gothofredi à la Grandent, de quo in hiſtoria Meluſinæ, Gallicè, ſed fabulosè ante multos annos conſcriptâ quamplurima referuntur. De eâdemq; Meluſinâ, earumq; deſcendentibus, idem Stephanus de Luſignan multa congeſſit en les Genealogies de Soixante & ſept Tres-nobles & tres Illuſtres Maiſons, Partie de France, partie eſtrãgeres, yſſues de Meroüee, de Thierry &c. Roy d'Auſtraſie, Bourgogne, &c. c. 27. & multis ſeqq. eſtq; Meliſina idem quod Meliſenda dicta. Genealog, cap. 35. & cap. 31. agnoſcit hicce author ſuum errorem, dum Godefredum dentatum dixerit fratrem fuiſſe Guidonis. Addere quoq; lubet, quæ Sanutus in ſecretis fidelium crucis lib. 3. part 8. c. 5. & 6. refert, de pravitate multorum Occidentalium, qui concurrerant ad terram ſanctam, ut & de depravatione regularis ac Clericalis ſtatus. Vbi ita ait: Ad Terræ Sanctæ ſuccurſum venit fortitudo maris, de maritimis terris Italiæ: & fortitudo gentium, de ultramontanis partibus Occidentis, & Aquilonis &c. Illi in mari potentiores: hi fortiores in terris: illi in marinis præliis aptiores, in navibus & galeis: iſti in terrenis congreſſibus promptiores, in equis & galeis: illi hoſtes remotiores, arcubus & ſagittis: iſti gladiis & lanceis magis feriunt

de propinquo. Italici homines, graviores sunt moribus, prudentes, compositi, victu parci, verbis ornati, in consiliis circumspecti, in republica studiosi, impatientes cujuscunq; dominii, libertatem ante omnia defensantes, politicè viventes, communia edentes statuta, & edita congruè observantes. Erant hi perutiles Terræ Sanctæ, non solùm in navali bello, sed etiam victualibus, mercimoniis & peregrinis etiam deportandis. Franci autem, Alamani, Anglici, cæteriq; ultramontani, minùs sunt compositi, & magis impetuosi: in agendis minus circumspecti, & in verbis etiam minus cauti, in victu superflui & in expensis magis profusi, in consiliis nimis festini. In Ecclesia verò multùm devoti, ferventiores in eleemosynis, & cæteris operibus pietatis: & animosiores in præliis, valdeq; formidabiles Sarracenis. Sed propter multorum levitatem, à Polanis, Hernandi filii, appellantur. Italici quoq;, & potiores maximè maritimæ regionis, à patrum virtutibus declinantes: insatiabili avaritiâ lucris inhiantes, exortâ in eis æmulatione mutuâ, implacabili odio, & immortali discordiâ, libentius contra se pugnant, quàm contra impios Agarenos: & qui quóndam erant suâ virtute terribiles Sarracenis, nunc eos dissidio suo lætificant: ex hoc ipsos reddentes ab omni perturbatione securos. Est & alia causa ultra prædictas, quæ maximè Terræ Sanctæ in habitatoribus corruptionem induxit: concursus scilicet hominum, omni genere criminum infectorum. Transfretabant enim quotidiè flagitiosi, & pestiferi homines, scelerati, sacrilegi, impii, fures, raptores, homicidæ,

cidæ, patricidæ, periuri, adulteri, curſarii, proditores, luſores, ioculatores, crapulæ dediti & ebrietati, relinquentes quoque legitima matrimonia, & mulierculas, novis decipientes contractibus: mulieres etiam, propriis relictis maritis, lenonibus adhærebant. Hi quidem, & conſimiles, prudentum conſilio, (qui ſtatum Terræ promiſſionis, & alternas ipſius mutationes, diligentiùs inſpexerunt) peccatorum fomentum, ad animarum damnationem, & ſubverſionem fidelium in Terræ Sanctæ diſpendium in primis præbuerunt: ſcelera criminibus, crimina ſceleribus cumulantes. Et tantò audacius maleficia perpetrabant, quantò promptiùs erat punitionis diffugium: vel ad Sarracenos propinquos fugiendo, baptiſmi fracto fœdere, vel ad propinquas Inſulas, cum Latinorum navigiis transfretando: tantò enim inverecundiùs, quantò remotiores ab amicis, propinquis & notis. Adventabant quoq; frequenter viri ſanguinum, & filii Belial: qui in patriâ ſuâ, in malitiis, & maleficiis deprehenſi, prece pleramq; & pretio obtinebant, membris non mutilari, vel vitâ privari: ſed ad Terram Promiſſionis transmitti, & ibi perpetuo condemnari exilio. Hi verò pœnitentiâ non compuncti, ſed violentiâ magis coacti, cœlum mutantes non animum, facti incolæ Terræ Sanctæ, peccatorum ſarcinâ, quam ſecum detulerant prægravati, ſolita pravitatis ſtudia exercebant: & hoſpitia peregrinis immoderato locantes pretio, modis decipiebant innumeris adventitios extraneos, & incautos, Sicariis etiam, & latronibus, aleatoribus, & publicis meretricibus, ſpe lucri majoris, receptacula

præparabant. Et his omnibus, Principum conniventia accedebat: diligentium munera, sequentium retributionem: quibus omnibus ideò jungebantur in culpâ, quia facientes & consentientes, æquo jure, pari crimine vindicantur. Postquàm omnis penè fidelis populus Prælatis, Clericis, & regularibus Terræ Sanctæ transmisit munera, divitias contulit, quasi tributarius factus est: cœperuntq; pastores seipsos pascere, & neglectâ ovium curâ, eas tondere, nõ nutrire, &c. Pastores erant, ratione provetus & cõmodi: sed idola, ratione neglecti officii, & ministerii nõ impleti. Idolũ enim nec videt nec intuetur, cùm oculos habeat: nec arcet, nec comminatur, cum virgam teneat, nec admonet, nec affatur, cum apparentiam habeat Principis & prælati: adoratur tamen & colitur. Tales facti erant pastores terræ illius, circa spectanda cæci, & duces cæcorum: circa prava opera arguenda, canes muti, non valentes latrare: honorari tamen volentes: quasi vaccæ pingues in monte Samariæ, de Christi patrimonio impinguati, incrassati, dilatati de ejus paupertate, divites: ipsius humilitate, superbi, & ignominiâ gloriosi: in domũ Domini intrantes põpaticè. Sæpè à Simone Petro, clavem tollentes, ut Simoni Mago darent: divitiis quoq; ac delitiis abundarent: & catulos suos non de micis, quæ cadunt da mensâ, sed delicatis nutrirent cibariis: turpiq; otio marcidi, & luxu multiplici deffuentes, perniciosa exempla in subditos transmittebant. Regulares quoq; ut Clerici, veneno divitiarum infecti, fregerunt jugum regulæ: ruperunt vincula statutorum, superioribus inobedientes, & clericis alter-

altercantes: & quorum officium erat plangere, nunc quærunt Sacramenta Ecclesiastica ministrare: infirmos nō ex pietate, sed quæstu pecuniæ visitare, mortuos sepelire: recipiūt ad officia & sepulchra interdictos, & nominatim excōmunicationis vinculo innodatos. Abbates priores, & monachi, eorumq; miserabiles capellani in alienam messem, falcē mittere nō timebant: clandestinis matrimoniis, personas illegitimas, aut fugitivas illicitè copulantes. Enervato proindè rigore Ecclesiasticæ disciplinæ, homines pestilentes, prælatorum sententias contemnebant. Sed & ipsi etiam, inter se invicem invidentes, invicem detrahentes, non sine gravi scandalo populi Christiani, usque ad apertas contumelias, odia manifesta, & persecutiones publicas; & ferè usque ad conflictus, non solum verborum, sed etiam verberum prorumpebant. Non solùm quoque monachi, sed etiam moniales, superioribus suis inobedientes, excusso disciplinæ jugo, de claustris exilientes; quondam lapides sanctuarii, nunc reperiebantur dispersæ in capite omnium platearum: publica balnea, irreligiosè cum personis irreligiosis frequentantes. Et factus est sicut populus, sic sacerdos: & regularis queadmodum secularis. Ex adipe enim delitiarum & divitiarum prodiit iniquitas: ita ut rarus esset, qui inter sanctum discerneret, & prophanum; & pretiosum separaret à vili. Sanè si modicum quoque fermenti, totam massam corrumpit; quæ corruptio debuit generari, ex tanta, & tàm diversâ multitudine hominum impiorum, ad Terram Sanctam concurrentium? Illuc convenerant multi hæretici, atque schisma-

 tici,

rici, multi etiam sortilegiis dediti, sacrilegiis infecti, viri sanguinum, homicidæ, superbi, iracundi, elati, contumeliosi, seditiosi, jurgia provocantes, discordiam seminãtes, desides & ignavi: crapulâ & ebrietate gravati, luxuriâ & immunditiâ fœtidi, insipientes, incompositi, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. In medio igitur nationis tam pravæ atque perversæ, dum habitat populus Domini, didicit opera eorum, & factum est illi in scandalum. Vidensque Deus, quòd multa malitia hominum esset in terrâ, & cuncta cogitatio cordis humani, intenta esset ad malum omni tempore; omnis quippe caro corruperat viam suam, tactus dolore cordis intrinsecus ait: Eius delebo eos cum terra: inducensque diluvium gentium immundarum, erasit de terra maleficos; & terram illam, gloriâ spoliavit. Sepulchrum quoque suum, ac cætera loca sacra tradidit inimicis Crucis suæ, dicens: Puduit minus in peregrinis, quàm castris sordere meis.

Guido de Lusignan, fit Rex Hierosolymorum. 1.

Ejus cum Tripolitano comite, controversia. 1.

Saladinus, civilibus Christianorum discordiis animatus; sub specie assistendi Comiti Tripolitano occupat, & evertit Regnum Hierosolymitanum. 2.

Comes Tripolitanus Barbaris infidelibus sociatus, contra Christianos pugnat. 2.

Christiani prælio superati unico, totum Regnum perdunt. 2.

Prodigia, hujus cladis prænuntia. 2.

Occupatio Civitatis Hierosolymitanæ. 2. 3.

Dissidia civilia, perdunt Regnum, & hosti Barbaro, quasi in manus tradunt. 3.

Lignum S. crucis, à Saladino fustigatur. 3.

Virgo quadam Germana, prædicit Hierosolymitanam cladem. 3.

Sæpe

Sæpè consilio utiliore dissipato, acquiescitur consilio proditorio. Itaque non semper consilium, sed in primis persona illud dantis est inspicienda. 3.

Corruptio morum, tàm Cleri, quàm populi, illo tempore. 3.

Saladinus, dum moderatè utitur victoria, ex nobili se sanguine prognatum esse demonstrat. 3.

Status Ecclesiæ, & Reipublicæ perturbatus, cùm Urbs Hierosolyma caperetur. 4.

Heraclius Imp. crucem Christi, reperit, & alter Heraclius Patriarcha, eam perdit. 4.

In electione Patriarchæ, Canonici, duos Regi præsentabant; & ex iis unum poterat eligere Rex. 4.

Patriarchæ Hierosolym. scandalosa vita. 4.

Qualis ibi populus, Principes & Clerici. 4.

Vbi inter Christianos, corrupti sunt mores, omneque pœnitentiæ studium exulat: ac ubi in primis Principes & Clerici, in suo officio sunt negligentes; ibi instat Reip. conversio. 4.

Reges Hierosolymitani Titulares: variæq; , sed frustraneæ in Palæstinam susceptæ expeditiones.

DE iis verò, qui post Hierosolymam à Saladino occupatam, Regium titulum, vel usurpârunt, vel affectârunt, ita Ritius *lib. de Regibus Hierosolymorum.* Conradus Marchio Ferratensis, Hisabellam Sibyllæ sororem, quæ Regni jus ad se spectare prædicabat, Henfrado Toronio nuptam, vi compulit in ejus matrimonium: seq; Hierosolymorum Regem voluit appellari. Mox à duobus sicariis, quos Sarra-

ceni

ceni vocant Arſacidas, in foro trucidatus eſt: uxorque Hiſabella, Campaniæ Comiti nupſit Henrico, qui Tyri dominatum tenuit, ideoq; Hieroſolymorum Rex appellari reſpuit: quia Philippum Franciæ Regem ex Aſia redeuntem, in Gallias ſubſequi conſtituerant, quicquid illic erat Gallorum. Guido Luſignanus à Sibyllæ, liberorumque morte, Regnum ſibi competere judicabat, hâc ratione, quòd ejus liberi Sibyllæ matri ſucceſſiſſent, ipſe liberis: eoque nomine, quum Regnum vellet aſſerere, Ricardus Angliæ Rex, qui per id tempus in Aſia Christi nomen propagabat, ultrò conditiones obtulit: ut Guido ſe pecuniâ juvaret, in Stipendium Religionis amplificandæ, Regnumq; Cypri acciperet: quod ipſe Ricardus in poteſtatem ſuam redactum, præſidiis firmaverat. Ita tùm Guido Luſignanus Cypri Regno potitur, & ejus poſteri, usque ad Jacobum Luſignanum: eoque mortuo, non ita multò pòſt, Regnum illud, ceſſit in poteſtatem Venetorum. Cypri Regnũ mortuo Guidone, conſecutus eſt Americus ejus frater, is, qui paulò pòſt Hieroſolymorum Regno per uxorem potitus eſt. Hiſabella namque Sibyllæ ſoror, ei tertio

jam nupſerat: undè Americo in Principatum Hieroſolymorum, Tyrique & Ptolemaidis, à quo renunciatione Guidonis exciderat, aditus patuit. Cumque rem Chriſtianam parùm vigilanter adminiſtrâret, noſtri dogmatis in Aſia Principes, Johannem de Bregna, Gallicis generis equitem, bellicâ virtute clariſſimum, Regem Hieroſolymorum declarant: accerſitumque Anno Chriſtianæ Salutis Milleſimo, Ducteſimo nono, in Regiam inducunt; Conradique Montisferradenſis, & Hiſabellæ, filiam ejus, quæ Sibyllæ ſoror, & Almerici cognomento leproſi fuit, cui Regnum competebat, uxorem duxit. Honorii deniq; tertii Romani Pontificis autoritate, cùm plerique Chriſtiani Principes in Aſiam trajeciſſent, ut noſtrã Rempublicam propagarent (& in his Andreas Ungariæ Rex, Belæ tertii filius, Auſtriæque Dux, & Comes Nivernenſis) oppugnarentque Damiatam, Soltanusque ſubſidium ferret obſeſſis; ipſe Johannes accensâ tragulâ, faciem perſtrictus, uſtulatusque eſt: & induciis factis in Aſiâ cum Machumetanis, in Italiam rediit, filiamq; ex Jole conjuge jam defunctâ ſuſceptam, Federico ſecundo collocavit Imperatori Roma-

ceni vocant Arsacidas, in foro trucidatus est: uxorque Hisabella, Campaniæ Comiti nupsit Henrico, qui Tyri dominatum tenuit, ideoq; Hierosolymorum Rex appellari respuit: quia Philippum Franciæ Regem ex Asia redeuntem, in Gallias subsequi constituerant, quicquid illic erat Gallorum. Guido Lusignanus à Sibyllæ, liberorumque morte, Regnum sibi competere judicabat, hâc ratione, quòd ejus liberi Sibyllæ matri successissent, ipse liberis: eoque nomine, quum Regnum vellet asserere, Ricardus Angliæ Rex, qui per id tempus in Asia Christi nomen propagabat, ultrò conditiones obtulit: ut Guido se pecuniâ juvaret, in Stipendium Religionis amplificandæ, Regnumq; Cypri acciperet: quod ipse Ricardus in potestatem suam redactum, præsidiis firmaverat. Ita tùm Guido Lusignanus Cypri Regno potitur, & ejus posteri, usque ad Jacobum Lusignanum: eoque mortuo, non ita multò pòst, Regnum illud, cessit in potestatem Venetorum. Cypri Regnũ mortuo Guidone, consecutus est Americus ejus frater, is, qui paulò pòst Hierosolymorum Regno per uxorem potitus est. Hisabella namque Sibyllæ soror, ei tertio

jam

jam nupſerat: undè Americo in Principatum Hieroſolymorum, Tyrique & Ptolemaidis, à quo renunciatione Guidonis exciderat, aditus patuit. Cumque rem Chriſtianam parùm vigilanter adminiſtrâret, noſtri dogmatis in Aſia Principes, Johannem de Bregna, Gallicis generis equitem, bellicâ virtute clariſſimum, Regem Hieroſolymorum declarant: accerſitumque Anno Chriſtianæ Salutis Milleſimo, Ducteſimo nono, in Regiam inducunt; Conradique Montisferradenſis, & Hiſabellæ, filiam ejus, quæ Sibyllæ ſoror, & Almerici cognomento leproſi fuit, cui Regnum competebat, uxorem duxit. Honorii deniq; tertii Romani Pontificis autoritate, cùm plerique Chriſtiani Principes in Aſiam trajeciſſent, ut noſtrã Rempublicam propagarent (& in his Andreas Ungariæ Rex, Belæ tertii filius, Auſtriæque Dux, & Comes Nivernenſis) oppugnarentque Damiatam, Soltanusque ſubſidium ferret obſeſſis; ipſe Johannes accensâ tragulâ, faciem perſtrictus, uſtulatusque eſt: & induciis factis in Aſiâ cum Machumetanis, in Italiam rediit, filiamq; ex Jole conjuge jam defunctâ ſuſceptam, Federico ſecundo collocavit Imperatori Roma-

Romanorum; cujus uxor paulò antè decesserat, Hierosolymorum cessis in dotem juribus: indeque se recepit in Galliam, librarumque Parisiensium sexaginta millia consequutus est, ex Legato Philippi Regis, ædemque Divi Jacobi petiit ex voto, & alteram duxit uxorem, Berengariam, Regis Hispaniæ sororem germanã. Reversus Italiam, quum rem Christianam parùm feliciter in Asiâ geri certior factus esset, ob ipsius Federici generis sui perfidiam, Bononiæ substitit, hexarchatumque Ravennæ, Galliæque togatæ partem, quæ Romandiola dicitur, indulgentiâ Gregorii Noni adeptus est. Indè evocatus ad urbis Romæ Magistratum permissu Pontificis, auditâ morte Roberti Comitis Altisiodorensis, Imperatoris (Latini in Græcia) cui Balduinus frater successerat, Constantinopolim venit: abactoque Balduino, Principum studiis Imperator creatus est, his conditionibus; ut Martha Johannis filia, quam susceperat ex Berengariâ secundâ conjuge, Balduino nuberet in spem successionis. A Batazo deindè Græco magnopere vexatus est, eo, qui firmatâ præsidiis Andrinopoli, Titulum Imperatoris usurpabat, donec extre-

mum

mum clausit diem: Balduinusque successit ex pacto. Nec ipse multò pòst, Imperium, Regnumq; Hierosolymorum, cum morte commutavit: Regesq; Siciliæ, qui genus ab Jole ducebant uxore Federici, Regesque Cypri, quorum origo erat ab Hisabella, quæ novissimè nupserat Almerico Lusignano, cœperunt inter se de nudo Regni Hierosolymorum Titulo concertare, cùm quisque se Regem Hierosolymorum appellaret, & inscriberet.

2. De juribus autem variorum Principum, & magnatum, qui in Regno Hierosolymitano jus aliquod prætendunt, singularem tractatum conscripsit Estienne de Cypre, *de la Royale Maison de Lusignan, Docteur en Theologie*, cujus titulus *les Troicts Autoritez, & prerogatives que pretendent au Royaume de Hierusalem, les Princes & Seigneurs Spirituels & Tēporels*. Enumerat author ille sequentes.

Les Empereurs, Orientaux.
Le Patriarchæ de Hierusalem.
Les Lusignans Roys de Cypre.
Emfrede 3. de Thoron, Seigneur de Montreal.
Conrad de la Rame, Marquis de Monferrat.
Le Roy d' Angleterre.
Sa Sainċteté.
Les Rois de Naples.
Les Princes d' Antioche.
Les Comtes de Brienne.
Les Roys d' Armenie.
Les Rois de Hongrie.
Les Rois d' Arragon.

Les

Les Ducs d'Aniou.
Les Ducs de Lorraine.
Loys II. Roy de France.
Les Ducs de Bourbon.
Le Duc de Savoye.
Iacques de Lusignan, fils bastard du Roy de Cypre.
Charles de Lusignan, fils du Prince de Galilee.
La Republique de Genes.
Les Marquis de Montferrat ; pour lequel ils portent en leurs armes les cinq croix de Hierusalem.
Le Comte de Laual.
Quelques Comtes d'Aniou.
Archiduc de Nixie.
Saladin, Sarasin, Sultan d'Egypte.
Empereur des Turcs.

3. Supra quidem mentio facta fuit, sed succincta, de expeditionibus aliquot, etiam post amissam urbem Hierosolymorum, in Palæstinam susceptis : de quibus nunc latius aliquantum agere placet : & quidem Chronologus Anonymus, relatus à Raphaele Beauchamps *in Paralipomenis Synopseos Franco-Merovingicæ Historiæ, fol. 167. & seqq. & fol. 906.* De eâ, quæ prima fuit, ita scribit. Servili, & nefandâ progenie Ismaëlis prævalente, & Terram Sanctam, (in qua Deus & Homo, corporaliter visus, & cum hominibus conversatus, in cujusque medio salutem operatus est) suæ ditioni supponente : cùm rumor tanti mali ad Romanam Curiam pervenisset ; auctoritate Summi Pontificis, & totius Curiæ, Wilhelmus Tyrius Archiepiscopus, & Albanensis Episcopus Henricus, in Germaniam & Galliam

liam diriguntur. Quorum consilio animati, & prædicatione confortati, invictissimus Romanorum Imperator Fredericus, & Reges Francorum & Anglorũ Philippus, & Henricus, & Flandriæ Comes Philippus; cum innumeris Principibus, & populis ad vindictam tam nefandæ rei accenduntur: & ab eis Signum victoriæ Christi assumitur; & ad liberationem Crucis Dominicæ, & terræ Sanctæ, cum Dei adjutorio, omnes voto adstringuntur. Concilium Parisiis à Philippo Rege, & omnibus Archiepiscopis, Principibus, & Prælatis totius Regni, præsente Henrico Apostolicæ Sedis Legato, celebratur. In quo congregati, cùm De Viâ Dominici Sepulchri tractare, & ordinare deberent; voti sui obliti; nõ, pro Ecclesiâ, sed contra Ecclesiam bellum instituerunt, & Vineam Domini Turcis depascendam subdiderunt: & novum, & inauditum facinus invenientes, eam decimari constituerunt. Fuit eiusdem mentis, Petrus Blesensis, qui per epistolam suam 112. hortatus est Episcopum Aurelianensem, ut se Regi Philippo istiusmodi Decimarum pensitationem præscribenti, fortiter obiiceret: quòd earum pensitatione indigniùs Ecclesiæ Christi gravarentur, & ad angustias nõ ferendas pauperes adigerentur. Eaque epistolâ probare ille intendit; non debere eos Christi Ecclesiam spoliare, qui pro eâ pugnent: sed potiùs illam donare, inimicorumque spoliis, & triumphalibus donis ampliare. Docetque multis rationibus, & autoritatibus sacris, nunquam pauperum, nũquam etiam Ecclesiæ spolia, prosperum eventus auspicium habuisse. Videri potest, & de hujusmodi indictione Decimarum, ad

Annum

Annum Christi 1188. Rigordus; qui in Philippo Rege Franco, has Decimas, ob bellum indictum adversus Saladinum Christiani nominis hostē infensissimum, Saladinas esse dictas testatur. Anno Domini 1589. Fredericus Imperator, cum suo exercitu iter arripuit post dies Paschæ: & cū magno exercitus sui detrimento, transiit per Hungariam, Thraciam & Græciam, & pervenit usque ad Fluvium Siriæ nominatissimum Farfar. Porrò nostri milites, Iacobus scilicet de Avesnis, Hellinus Dapifer, & multi alii diversæ dignitatis, & Ordinis, per Apuliam incedentes, mare transeunt, & Vrbem Achon, quam Tholomaidam Scriptura divina vocat, obsidione cingūnt. Anno Domini 1590. Circa Festum Sancti Ioannis, Philippus Rex Francorū, & Richardus Rex Anglorum, trans mare profecturi, iter arripiunt. Rex Francorum, portum Ianuensis Civitatis expetiit: & Rex Anglorum, Massiliam venit. Pridie Kalendas Augusti, Christiani qui Accon obsederant, inconsultis exercitus Principibus, adversus Salahadinum infeliciter pugnantes, unà cum Elberto Presbytero, Duacensi Decano, qui ad hoc eos instigaverat, ad sex millia perimuntur. Rege Francorum, in Ianuâ (Genuâ Italiæ civitate) ventum ad transfretandum aptū expectante; quadam die, ibidem fulgur de cœlo quinquies cadens, Regē valdè perterruit. Cumque præparatis necessariis, relicto portu, in die Sancti Laurentii, prosperè navigans, multa jam maris spatia transvolasset; ventus subitò surgēs contrarius, ipsum retrocedere coëgit: & multis navibus confractis, equis amissis, & instrumentis ligneis, quæ secum ad capiendas munitiones duxe-

duxerat perditis; militibus etiam plurimis ſubmerſis; ſuo tandem fruſtratus conatu, in Meſſana Siciliæ Civitate, cum Anglorum Rege tranſitum ſequentis anni expectans, reſedit. Fredericus Imperator, cũ tranſito Brachii Sancti Georgii, terram Sultani Iconienſis intraſſet, maximã partem exercitus ſui, penuriâ cibariorum amiſit: & cum finibus appropinquaſſet Antiochiæ, gratiâ balneandi, fluvium Pharfar ingreſſus, & violentiam aquæ non ſuſtinens, ter in eiusdem profunda ſubmergitur: & cum magno labore militum extractus, triduo ſupervixit elinguis; & Corpore Domini accepto, cum Sacrâ unctione, diem clauſit extremum. Porrò, exercitum ejus, qui in Syriâ remanſerat, rexit Conradus Dux Suevorum, Filius ipſius, inclytus. Ac de eâdem expeditione multa quoque habet Sanutus *in ſecretis part.10.fol.195.* ut & Cruſius *Anna. par.2.lib. 11. c. 16. & ſeqq. ac quoq; lib.12.c.2.* ubi ita ſcribit. Sigonius, Imperatorem nolúiſſe audire refert oraculum Ioachimi Abbatis Calabriæ in Monaſterio Floris, eximia vaticinandi laude florentis: qui ab illo de eventu expeditionis Hieroſolymitanæ conſultus, nondum veniſſe tempus reſponderit, Chriſtianis Hieroſolyma recuperandi. De adventu autem Barbaroſſæ in Thraciam, Choniata ſcribit: eum per legatos ab Imp. Iſaacio petiiſſe; ut ſibi per ejus provincias pacatè in Palæſtinam tranſire, & commeatum emere, liceret. Benè initio inter ambos Imperatores de his rebus convenit: ſed imprudentiâ Græcorum legatorum, Fridericum offendit; atque etiam, ut Iſaacius eum pro hoſte haberet, effecit. Hic ergò, cõmeatum Germanis negavit, & vias, ſucciſis arbori-

boribus, impeditas reddidit: pabulatoresque aggressus ex insidiis est. At nihilominùs Germani per ambages Philippopolin venientes, eam occupârunt (circa exitum August. mensis) à civibus relictam: tantùm Armeniis, gente Germanis amicâ, remanentibus. Nec admittebat Isaacius verba Friderici benigna: sed cujusdam superstitiosi Monachi persuasione, Germanos, non propter recuperanda Hierosolyma, verùm Imperii sibi eripiendi causâ, adesse putabat. Fuit conflictùs quidam factus: in quo Graeci fugam invere. Pace tandem, interventu prudentiorum, apud Isaacium Graecorum factâ: mutua inter Imperatores munera sunt missa; & sequenti Anno, exercitus Occidentalis in Asiam, navibus Graecorum apud Calliupolin transportatus est. Vt copiosiùs Choniata recenset. Anno 1190. Imp. Fridericus, cum tempore Paschatis transiisset Bosporum: expertus est inhumanitatem etiam Philadelphiensium (ut scribit Choniata) qui partem exercitus ejus per latrocinium adorti sunt, sed magno suo malo: tãquam si in gigantes ferreos incidissent. Pòst apud Laodiceam Phrygiae, castra metati, summam horum civium hospitalitatem senserunt. Itaque omnia eis bona sunt à Deo precati: praesertim Fridericus, qui genibus nixus, manibus & oculis in coelum sublatis, oravit: ut eis à Deo daretur, quicquid corpori & animae ipsorum conduceret. Posteà, apud Philomelium, Sultani Iconiensis filios praelio vicit, & id oppidum evertit. Iisdem iterùm apud Ginglarium superatis: atque apud Iconium etiam, Turcis profligatis, ipse & exercitus ea urbe sunt potiti; sed tantùm in tectis suburbii, castris fixis: ac ne-

ac necessariis vitæ indè direptis, abierunt. In hâc expeditione, fertur Alemannus quidam, corpore ingenti, & invicto robore præditus, populares suos longo intervallo secutus, pedetentim incessisse: trahendò equum ex itinere fatigatum. Qui à quinquaginta Sarracenis, eminùs sagittis incessitus: scuto & firmo thorace tectus, animi securus, iter suum nihilominus persecutus: cùm autem quidam ex hostibus audacior, adequitans, cominùs eum gladio percussisset, Alemannus ille validâ heroicaque manu, ambos equi hostilis pedes anteriores, ictu unico amputavit. Equitis mox, equo collapso adhuc insidentis, caput, pectus, ventrem, ipsam etiam equi sellam, dissecuit, uno itidem gladii ictu: ita, ut jumenti quoque dorsum vulneraverit. Sic apud Choniatam. Armeniam deinde Fridericus ingressus, Melitenam cepit: ac Sarracenorum, qui civitati auxilio venerant, ducenta millia (ut est *in continuationis sacri belli. lib. 2.* apud Heroldum) profligavit. Tum Reguli illorum circumcircà locorum, muneribus eum placarunt: & in verba ejus jurarunt, In Comagenam autem per Amanum montem (ubi Cicero quondam Parthos ceciderat. lib. 2. famil. Epist. 10.) profectus; Saphadinum Saladini F. victum fugavit. Ibi, dum per altum flumen (variè ab Historicis nominatum; Sarum, Serram, Ferrum, Selephium) insequitur: equo offendente lapsus, armorum & ætatis pondere gravis, tamen extractus est: equo ad citeriorem ripam reverso. Ibi cùm post alia, dixisset: Accipe, Iesu Christe, spiritum meum: expiravit. Stadensis scribit, eum sic exclamâsse: Benedictus, crucifixus Dei filius: quod aqua me

O suscipit,

suscipit, quæ me regeneravit. Me martyrem faciat, quæ me fecit Christianum. Sic respirandi Saladino contigit: qui jam de refugiendo in Ægyptum cogitans, Syriæ regionem igne populatus: urbes eius, Biblum, Laodiceam, Berytum, Sidonem, & alias, nudari muris præceperat. Periit Fridericus III. Idus Iunias A. C. 1190. propè septuagenarius. Hæc ferè ex Heroldo. Sed placet ex Anonymi etiam Epistola (quæ extat in append. ad Radevicum) commemorare: quæ à Phrygiæ Laidicea usque ad obitum Barbarossæ, acciderunt. A Laodiceâ, inquit, proficiscentes, ante diem Rogationum, feriâ sextâ, propter defectum graminis & aquæ, maximo damno in equis accepto: venimus, ubi fluvius Mandria (Mæander, ut credo) oritur. Etsi autem Soldanus, & filius eius, per nuncios, pacem firmissimam promiserant: tamen Turcas contra nos missos invenimus: quos cecidimus diluculo feriâ secundâ, primâ Rogationum die. Deinde rursus multos concidimus: profecti Susopolin versus, pridiè ascensionis Domini, in angustiis montium. In die assensionis, magnis difficultatibus & jacturâ, trans montes, in planitiem Finimini descendimus, Iconium versus. Tunc, Turcis reiectis, Duci Sueviæ, dens excussus fuit: qui cum Duce de Mair, & Marchione de Bodin (Badensi) à tergo remanserat, ad præcedentes tuendos. Sequentibus diebus, à mane ad vesperam, semper conflictus habuimus, ac semper vicimus: non tamen sine vulneribus, & jacturâ equorum. Proximâ Dominicâ, post diem ascensionis, Fridericus de Hunlitra, eos insequendo, ex equo lapsus periit. Postridie apud Finiminum

num castra metati sumus: ubi circa vesperam castra nostra aggressos, plùs sex milla Turcarum occidimus: nemine amisso, præter equos. Fame laboravimus: & ego quoque (inquit ille, qui tum præsens erat, & hæc recenset) comedi carnes equinas. Feriâ item sextâ, ante Pentecosten, multos occidimus. Post Pentecosten, cum vix IↃ. C. equites essemus: fugavimus, victricibus aquilis erectis, sub signo vivificæ crucis, circiter C C C C. millia equitum Turcicorum. Tunc Ludovicus de Helffenstain, vidit S. Georgium præcedere nostram aciem, & opitulari: idque jurejurando confirmavit. Feria 5. Pentecostes, apud Iconium, in horto destruximus duo Palatia Soldani nobilissima. Et quia fame urgebamur, ac vix IↃ. viros in equis habebamus: divisimus exercitum in duas partes, necessitate cogente. Feria 6. Dux Sueviæ (quod incredibile videbatur) & sex adjuncti viri, ceperunt civitatem, incolasq; occiderunt. Imperator interim, foris pugnavit cum Turcis: quos cum essent circiter CC. millium, in fugam dedit. Iconium magnitudine æquat Coloniam Agrippinam. Tunc Soldanus obsides dedit: quoniam anteà non servaverat fidem Indè Iarandinum versus ivimus: & Calendis Iun. ibi hospitati sumus. Tum intempestâ nocte, terræmotus extitit maximus: quod credimus fuisse præsagium mutationis circa Imperatorem. Nam difficillimè montes supergressi: summâ jacturâ rerum, vix Calephum pervenimus, Dominica die, quæ fuit vigilia Barnabæ Apostoli. Tunc Imperator, post magnos mensis labores, in aquâ rapidissimâ se refrigerare volens, summersus.

Cujus reliquias nobiſcum portantes: Turſo... (Tyrum forſan) uſq;, famoſiſſimam civitatem pervenimus. Indè Antiochiam verſus tetendimus: cum maximâ rerum amiſſione: laborantes penuriâ commeatus, per ſex hebdomadas: quia nulla inveniuntur cibaria venalia. Hæc, ex illo Anonymo: cujus nomen vetuſtate deletum fuit: qui ea latiùs ad Pontificem ſcripſit: additq;: ea, quæ vidimus, & manibus tractavimus, ſine adulterinæ falſitatis admixtione, ſuccinctâ brevitate vobis ſcribere curavimus. Fridericus filius, cadaver patris ſecum in Syriam vectum, Tyri honorificè ſepelivit. Poſteà ſe exercitui, Ptolemaidem obſidente, adjunxit: ac poſt res ſtrenuè, ut Imperatoris bellici munere fungens, geſtas: ibi peſte cum aliis multis extinctus eſt. Quæ res, ab Heroldo ſic deſcribitur. Fridericus filius (inquit) pugna hoſtes vincens, Antiochiam venit. Vbi exercitus Auſtriorum, Suevorum, Francorum, Saxonum, copiâ cibi & potus oppletus, cœliaco morbo conſumebatur. Indè diſcedens, cum reliqua haberet tantum ſeptem millia beatorum, inter quæ, ſeptingentos equites: aciê ſtructâ, funere patris in medio poſito, aquilis explicatis, in Dodequinum Sarracenum, pugnat: de cujus exercitu amplius 4. millia occidit, unum mille capit. Ipſe eo die, optimi ducis & militis laudem (etiam hoſtis confeſſione) adeptus, Tyrum venit. Ibi patrem, in cathedrali Eccleſiâ, ingenti cum luctu & pompâ, ritu patrio ſepelivit. Laudavit funebri eum oratione Gulihelmus, Tyrius Archiepiſcopus. De hac eadem expeditione, ita Pantaleon lib. 2. Cùm autem illo tempore, paſſim virtus Hoſpitalariorum,

rum, & Templariorum fratrum, per Europam prædicaretur: ut qui soli, hactenùs Barbaris restitissent, atq; pleriq; pro religione Christianâ fortiter pugnando occubuissent: multi comitum & nobilium, eos ordines professi sunt: atque paterna bona, Testamento edito, ipsis attribuerunt, quo infidelibus, perpetuò resistere, atq; ubicunq; locorum essent, Christianam religionem pro suâ virili, tueri possent. Hâcque ratione, passim Ioannitis, Hospitalariis, atque Templariis, plurima bona accesserunt, quibus etiamnum utuntur & fruuntur. Tum etiam in Galliâ decretum fuit, ut omnes, qui domi, sivè Ecclesiastici, sive politici essent, permanerent, suarum rerum decimas penderent: quas Saladini decimas vocarunt. In Angliâ quoque, Portoria, vectigalia, & præfecturæ oppigneratæ, aut venditæ, ut expeditio hæc rectiùs procederet. In Germaniâ tantus fuit apparatus, ut Imperator, sexcenta millia fortissimorum virorum secum perduxisse feratur. Horum tessera, in armis vestibusq; fuit; circulus cum cruce impositâ, quo Symbolo Iesum Christum dominum nostrum crucifixum, toti terrarum orbi præesse debere indicare voluerunt. Qui item de Friderico in Syria mortuo ita scribit: Ad Philomelam deindè urbem pervenit, quam Soldanus omni genere armorum communierat. Cum etiam Imperator urbis deditionem, per legatos peteret: cives jure gentium violato, legatos interficiunt, ac portis apertis nostris occurrunt: verùm magnâ clade in urbem repelluntur. Posteà urbs oppugnatur, & portis effractis, diripitur, & in cineres redigitur, omnibus incolis inter-

terfectis. Deinde Armeniam minorem intrat, & urbem Melitenem expugnat. Cum autem Saraceni, ingenti exercitu in subsidium urbis venissent, eos pugnâ aggressus, egregiè vicit, ad ducenta millia interemit, ac omnia vicina loca in potestatem redegit. Hac Friderici fortunâ, vicini Reguli permoti, ingentibusque donis missis, amicitiam eius ineunt, fœdera firmant, & in verba eius jurant. In Comagenam inde progressus, Saphadinum Saladini filium, ingenti exercitu obviam habuit. Eundem ergò aggressus, fortiter vicit, ac in fugam conjecit. Dum autem cedentibus instat, præaltum fluvium Sarum, quem nunc Selephium vocant, inexplorato vado transmittere conatur; atq; equo offendente, jam gravis ætate, lapsus est. Equo autem natatu ad citimam ripam reverso, aquis ferè suffocatum Imperatorem, & stapedi inhærentem, ita affecit; ut inter manus suorum vix respirare, atq; oculis in cœlum intentis hæc verba effari potuerit: O per omnia laudãdus Deus, qui ut per aquam, in hunc mundum natum peccatorem, regeneravit; eundem per aquam sceleribus purgatum, ad æternam vitam recipere dignatur: Accipe Iesu Christe spiritum meum. His dictis, atq; nutu faciei, suis valedictis, expiravit, magno totius reipublicæ Christianæ luctu, & detrimento. Saladinus enim, victorem appropinquantem, adeò exhorruit, ut non modò Syriam relinquere; sed etiam de Aegypto sollicitùs, ad Cayrum sese conferre statuerit. loca etiam omnia, per quæ Imperator transiturus erat, diripere & excindere, provincias flamma depopulari, Biblium, Berithum, Sidonem, &
Lanodi-

Lanodiceam, muris nudari jussit. Periit autem Fridericus Barbarossa anno ætatis suæ 70. Imperii 38. salutis nostræ 1190. quarto idus Iunii. Corpus ejus in exercitu Christianorum mansit, ac postea in Tyrensi Ecclesia regio funere conditum fuit. Hisce de rebus Baronius A. C. 1188. Henricus, ait, Rex Angliæ, post crucis susceptionem, venit Cenomanum; ubi consilio suorum ordinavit, quòd unusquisque hoc Anno, decimam redituum & mobilium suorum, in eleemosynam daret; ad subventionem terræ Hierosolymitanæ: exceptis equis, & libris, & vestibus, & vestimentis & omnimodâ capellâ clericorum; & lapidibus pretiosis, tam clericorum, quàm laicorum: factâ priùs excommunicatione ab Archiepiscopis, Episcopis, Archipresbyteris singulis, in singulis parochiis, super unumquemque, qui decimam prætaxatam legitimè non dederit, sub præsentiâ & conscientiâ illorum, qui debent interesse. Et si aliquis juxta conscientiam illorum, minùs dederit quàm debuerit, eligentur de parochiâ, quatuor vel sex viri legitimi, qui jurati dicant quantitatem illam, quam ille debuisset dixisse: & tunc oportebit illam superaddere, quod minùs dedit. Clerici autem & milites, qui crucem acceperint, nihil de decimâ istâ dabunt; sed de proprio suo dominio, & quidquid homines eorum debuerint ad opus illorum, colligetur per supradictos, & eis totum reddetur. Episcopi autem per litteras suas, in singulis parochiis Episcopatuum suorum, facient nuntiari, in die Natalis & S. Stephani, & S. Ioannis, & unusquisq; decimam prætaxatam infra Purificationem B. Virginis

Mariæ, penes se colligat, & sequenti die, ad locum quo vocatus fuerit, unusquisque legitimè persolvat. Burgenses verò, & rustici, qui sine licentiâ dominorum suorum, crucem acceperint, nihilominùs decimas dabunt. Dispositum etiam tum fuit; quod nullus enormiter juret, & quòd nullus ludat, ad aleas, vel ad decios. Et quòd nullus post proximum Pascha, utatur vario colore, vel grisio, vel Sabellina, vel escarleta. Et quòd omnes contenti sint duobus ferculis, ex empto. Et quòd nullus aliquam mulierem secum ducat, in peregrinatione, nisi fortè aliquam lotricem peditem, de quâ nulla habeatur suspicio. Et quòd nullus habeat pannos decisos, vel laceratos. Philippus autem Rex Francorum, simili modo colligi fecit decimas redituum, &, mobilium, per omnes terras suas. Idemq; Baronius Anno 1189. de expeditione sacrâ, nimis dilatâ. Inter has, inquit, Principum Christianorum prolixas moras, Petrus Blesensis, publicam scripsit declamationem, de Hierosolymitanâ peregrinatione accelerandâ. Est ejus exordium, Ierem. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo interfectos populi mei? &c. Inter alia, quæ lugenda proponit, ingerit illud: quod aliis scriptis reprehenderat, de collectis indictis Ecclesiis, dicens: Sperabam quòd refloruisset Crux Christi, & quasi sanguine ejus iterum irrigata & vivificata, fructum salutis & gratiæ facere tempestivum. Nunc autem (quod flens dico) inimici Crucis Christi, qui debuerant esse filii, per avaritiam suám, prætextu cujusdam collectæ damnabilis, primam voti sui fidem irritam fecerunt,

unt, luxuriantes in Cruce Domini, &c. Adversus autem easdem Collectas, idem Petrus, sicut anteà scripserat ad Episcopum Aurelianensem: rursùm eadem refricans, damnat easdem, de his scribens ad Decanum Rhotomagēsem, qui apud Regem Anglorum plurimùm posset, cum itidem agit de accelerando Hierosolymitano itinere, urget eum, ut moneat Regem, ne ab Ecclesiis, eorumq; ministris ejusdem itineris nomine aliquid exigat: ubi inferiùs ista de his habet: Inprimis viriliter state pro Domo Domini, ne per vestram incuriam, humilietur status Ecclesiasticæ dignitatis. Ecclesia quidem à diebus antiquis, libera est, & filia eius. Gal. 4. quâ libertate Christus nos liberavit: dicens in Evangelio Matth. cap. 17. quia filii liberi sunt. Si autem angariatur exactionibus, & oppressionibus potentium cogitur ancillari: jam ipsa est Agar, quæ servit cum filiis suis. Sed quid dicit scriptura: Eiice ancillam, & filium eius. Si Principes vestri, novæ peregrinationis obtentu, volunt orbem describere, & Ecclesiæ Christi tributariis functionibus characterem servitutis inurere: qui filius Ecclesiæ est, ex adverso ascendat, mori potiùs eligat, quàm servire. Arguuntur à Senecâ, Catilina, & Lucius Sylla, quia pax eorum fuit bello deterior: subjectumq; sibi populum plus exactionibus tyrannicis, quàm hostes præliis afflixerunt. De collectis igitur faciendis, & deducendo exercitu, Princeps vester non suum sequatur arbitrium, sed semper animum ejus præcedat, & omnia ejus gesta præordinet, studiosa deliberatio sapientum. Panætius in libro Tusculanarum asserit, neque ducem bello, neq;

Principem domi, posse salubriter magnas res agere; si eat post impetum cordis sui, si non omnia ejus negotia depingat ante rei adventum maturioris causâ consilii. Vnum rogo & consulo, ne opus Dei sicut aliâ vice, frustratoriis dilationibus protrahatur. Scriptum est Ier. 48. Maledictus, qui facit opus Dei negligenter. Cæsar audita rebellione Ponticæ regionis, illuc armatas acies sine dilatione direxit, fuitq; tanta festinatio victoriæ: ut in pompâ triumphali, tria hæc verba diceret: Veni, Vidi, Vici. Inducere possemus exempla multorum, sed sufficiat pro exemplo, biennalis illa dilatio novissimæ peregrinationis, quæ toti Christianitati versa est in singultum: illud etiam, quòd viam suam ab exactionibus inceperunt, & viaticum sibi de rapinis pauperum, & Ecclesiarum spoliis contulerunt. Fuit propterea hæc via illorum scandalum ipsis. Verbum quidem Prov. 16. Salamonis est: Initium vitæ bonæ, facere justa &c. Hæc Petrus. Atque de his omnibus, haud falsùs vates est inventus. At verò idem Baronius Anno 1190. de Abbate Ioachimo, cujus suprà facta mentio, sic scribit. Posthæc autem subiicit idem Rogerius, congressum, quem Richardus (Angl. R.) habuit cum Abbate Ioachimo, qui Propheta Dei circumferebatur esse, in Siciliâ monachus Cisteriensis, Abbas de Curatio. Porrò mutuum tunc habitum inter eos colloquium, idem Rogerius recitat, ex quo planè tam suis ipsius vanis responsis, quàm inanibus prophetiis, inventus est, non Dei Propheta, sed pseudopropheta esse. Nam prædixit pleraq; ventura, quæ reverà caruerunt eventu. Quod quidem signum Deus dedit

dedit populo suo, ad cognoscendum Prophetam verum, à falso: nam Deut. 18. ait. Quod si tacitâ cogitatione responderis: Quomodò possumus intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signum: Quod in nomine meo propheta ille prædixerit, & non evenerit, hoc Dominus non est locutus; sed per tumorem animi sui Propheta confinxit. At accipe, quæ vana tum coram Rege, homo vaniloquus est commentus mendacia: atque primum illud, cùm interpretatus Apocalypsim, unum ex septem capitibus bestiæ, ostensæ in visu Ioanni, significatum fuisse Saladinum, qui nuper ceperat Hierosolymam: quam post septem annos ab eo tempore, quo ab ipso capta est, per Christianos fore, eo devicto, recuperandam, falsè prædixit: nam longè diversè rem accidisse declaravit eventus. Secundò verò, cum eidem Regi prædixit, eâ peregrinatione Deum exaltaturum nomen ejus super omnes Reges terræ; sed planè secus accidit: nam in reditu captus ab æmulo Principe Imperatore, ab eo diù est detentus in vinculis, nec solutus, nisi ingenti auri summâ redemptus à suis. Tertiò insuper in eodem cum Rege sermone dixit, Antichristum jam natum esse in civitate Romanâ, eumdemque in Sedem Apostolicam provehendum. Quæ omnia Episcopi qui aderant, dum ista homo inanis fabularetur, redarguerunt falsitatis. Et pòst, ita Baronius pergit. Sublato Friderico, filius ejus Dux Sueviæ Conradus successit; & quibus valuit viribus in unum collectis, in Terræ sanctæ auxilium properavit, & in obsidione Acconitanâ diem & ipse clausit extremum. Quid autem Rex

Franco-

tuam, lętiorem effici de universis, quibus omnipotentia Creatoris nos ipsos, & Romanum Imperium honoraverit, & exaltaverit: nobilitati tuæ præsentiū tenore declarare duximus, quod inimicus Imperii nostri, & turbator regni tui, Richardus Rex Angliæ, cùm esset in transeundo mare, ad partes suas reversurus; accidit, ut ventus, ruptâ navi suâ, in quâ ipse erat, duceret eam versus partes Istriæ, quæ est inter Aquileiam, & Venetias, ubi ipse Rex, Dei permissione, passus naufragium, cum paucis evasit. Quidam itaq; fidelis noster, Comes Mainardus de Gortze, & populus regionis illius, audito, quod in terra erat, & considerato diligentiùs, qualem nominatus Rex in Terra promissionis proditionem, & traditionem, & perditionis suæ cumulum exercuerat, insecuti sunt, intendentes eum captivare. Ipso autem Rege in fugam converso, ceperunt de suis octo milites. Postmodùm processit Rex, ad Burgum in Archiepiscopatu Saltzeburgensi, qui vocatur Frisorum, ubi Fridericus de Cetesouue, Rege cum tribus tantùm versus Austriam properante noctu, sex milites de suis cepit. Dilectus autem consanguineus noster, Limpoldus Dux Austriæ, observatâ stratâ, impositis ubiq; custodibus, sæpedictum Regem juxta Wenam, in villâ viciniori, in domo despectâ captivavit. Cū itaq; in nostrâ nunc habeatur potestate, & ipse semper tuæ molestiæ, & turbationibus operā præstiterit; ea, quæ premisimus nobilitati tuæ insinuare curavimus, scientes ea dilectioni tuæ beneplacita existere, & animo tuo uberrimā importare lętitiam. Datum Rithiencie, 5. Cal. Ianuarii. Quod autem Imp. Henricus,

excitatos ait milites Ducis, ad capiendum eum ob mala illa quæ fecisset Rex Anglorum in Palæstinâ; quænam fuerit ista, quæ præcessit inimicitiarum causa, ut Austriæ Dux adversus ipsum tanta sit ausus? jam enarremus. Recenset ista Matthæus Paris, in Historiâ suâ Anglicana & quam præsertim hospitii causâ, tunc ab eo injuriam sit passus in Palæstinâ: ait enim; Circa idem tempus, venit Dux Austriæ, ut in Terra sanctâ votum suæ peregrinationis perficiendo, in exercitu Christiano Deo fideliter militaret, & Salvatoris vestigia ibidem adoraret. Cumq; prævii ejus Marescalli sibi hospitium accepissent, & necessaria præpararent, supervenit præcipitanter quidam miles, de familia Regis Richardi, natione Neuster, & more suæ gentis ebulliens stultitiâ cum jactantiâ; asserebat se majus jus in illo hospitio habere, quàm aliquis alius: cùm priùs illûc adveniens, sibi suisq; sociis illud assignâsset. Multiplicatis conviciis utrobique, clamor aures Regis pervenit. Rex autem nimis causæ Northmanni favorabilis, & credulus, in iram excanduit contra familiam Ducis: & non perpendens civiliter moderamen Dominicum, scilicet, Gen. 18. Descendam & videbo, præcepit præcipitanter, & secùs quàm deceret, ut vexillum Ducis in eodem hospitio pro signo affixum, in cloacam deiiceretur. Quod factum, cùm Dux hospitio privatus, & turpiter à Northmannis garrulis lacessitus, cognovisset; Regem querulus adiit. Sed nihil nisi sannas reportavit. Vndè Dux à Rege spretus, ad Regem Regum se convertens, Dominum Deum invocavit in ultionem cum lacrymis; ut hunce superbum

perbum frangens, tantam passum injuriam consolaretur. Dux autem citò post, reditum ad propria, confusus; & verecundus maturavit. Hoc facto, Rex Richardus postea non mediocriter exprobratus erubuit. Hæc Paris. Qui igitur tantâ affectus injuriâ ad propria reversus, silentio devorabat quo depascebatur ipse, mærorem: oblatam sibi divinitus vindictam existimans, haud invitus arripuit eam; ad quam exercendam consortem adhibendum putavit Imperatorem, qui ab eodem Anglorum Rege, multipliciter se quereretur offensum. Quænam fuerint illa, veráne, sive prætensa: idem auctor recenset; cùm ea idem Imperator, in conventu Episcoporum ac Principum, palam exposuit judicanda, in suam excusationem, ne videretur tyrannicè agere, si tantum Regem, militem Terræ sanctæ, naufragum, omni ob id commiseratione dignum, detineret tamen vinctum arctâ custodiâ, ut publicum inimicum. Ea verò qualiacunq; fuerint, tu ab eodem auctore, sic accipe. ait enim: Imperator autem iratum animum, ac ferocem contra Regem diutiùs præferens, nullatenus eum in præsentiâ suâ convocare, vel alloqui dignabatur: sed ipsum in pluribus contra eum, & suos graviter accusans, calumnias multas eidem Regi prætendit. Tandem hinc indè mediantibus amicis, & præcipuè Cluniacensi Abbate, & Regis Cancellario, Imperator, convocatis Episcopis, Ducibus, & Comitibus suis; Regem in præsentiâ suâ accersiri jussit, eumq; in pluribus articulis coram omnibus accusavit. In primis scilicet, quòd per ejus consilium, & auxilium regnum Siciliæ, & Apuliæ, quòd sibi

jure

jure hæreditario debebatur, defuncto Rege Wilhelmo, amiserit. Pro quo adipiscendo exercitum permaximum, datâ pecuniâ infinitâ, conduxerat: cùm idem Rex sibi auxilium præstiturum fideliter spopondisset, ut à Tancredo regnum illud obtineret. Deindè cansabatur de Rege Cypri, qui ei affinitate conjunctus fuerat, quod eum injustè ab imperio ejecerit; & eum carcerali custodiæ deputaverit: & terram ejus cum thesauris violenter invaserit, & Insulam cuidam alieno vendiderit. Postmodùm verò accusavit ipsum, de morte Marchisii de Monte Ferrato, hæredis sui: quod videlicet per ejus proditionem & machinationem, ab Arsacidis peremptus sit. Quos, & miserat ad perimendum Regem Francorum dominum suum, cui nullam fidelitatem, ut debuerat, servavit in communi eorum peregrinatione, sicut juramenti sacramento inter utrosq; fuerat confirmatum. Deindè conqueritur; quòd signum Ducis Austriæ consanguinei sui, ob ejus contemptum, apud Ioppen in cloacam proiici jussit, & Teutonicos suos in Terrâ sanctâ, verbis probrosis, & factis ubiq; dehonestaverit. Super his, & hujusmodi calumniis, Rex Anglorum ab Imperatore conventus, protinùs in medio stans, contra singulas objectiones ita luculenter, respondens, peroravit, ut omnibus admirationi & venerationi haberetur: ita ut nulla suspicio de his, in quibus accusabatur in cordibus audientium ulteriùs remaneret: Nam dictorum veritatem, & ordinem, veridicis quibusdam assertionibus & argumentatione probabili, ita in lucem propalavit; ut omnes suspiciones falsas, quibus impetebatur,

tebatur, omnimodis allegationibus cassaret, & gestorum veritatem non taceret. Proditionem quoq; omnimodam, vel alicujus Principis necis machinationem, constanter depellebat; asserens se semper fore paratum ad suam innocentiam purgandam, super talibus objectionibus, prout Imperatoris Curia rationabiliter judicaret. Cumq; diutius coram Imperatore, & Principibus ejus disertissimè, ut erat facundissimus, allegasset: Imperator admirans tantam Regis facundiam, surrexit, & accersito ad se Rege, ejus in oscula ruit: ac deinceps blandè leniterque cum eo agebat. Ab illo deniq; die, cœpit Imperator mitiùs agere, & Regem familiariter honorare. Cæterùm de his, quorum Rex Angliæ argueretur, nempè quod fuerit auctor necis Marchionis de Monte Ferrato, & machinator mortis Regis Francorum: procuratæ sunt literæ excusatoriæ, à Senè de Monte, ipso nempe Principe Assassinorum, quibus immunis penitùs, & innocentissimus idem Richardus Rex Angliæ redderetur: ipsasq; litteras recitat Neubrig. 5. c. 14. Plura etiam in sequentibus, hâc de re Baronius habet; semper hancce captam civitatem summè detestans. At de eadem ita Crusius in Annalibus part. 2. Leopoldus, Styriæ & Austriæ Dux, (qui recens ex comitiis Imp. Henrici Ratisbonensibus, ubi discordiæ Bavaricæ sedatæ erant, domum redierat) rescivit; Viennæ latere servili habitu, Regem Angliæ Richardum. Hic in obsidione Ptolomaidis, insigni contumeliâ Austriacum affecerat: signo ejus refixo, in lutum abjecto, pedibus conculcato. Dicebatur inter alias injurias, cum Saladino etiam collusisse.

Iusisse. Inducias quidem cum eo in triennium pactus erat: quod factum non laudabatur. Domum autem, redire conans: naufragio facto, rebusq; amissis, in littus Histriæ ejectus erat. Inde Viennam occultè venerat: à Franciæ Rege, & à propioribus, sibi metuens. Comprehendit ergò ipsum Leopoldus 20. die Novemb. cum is ad ignem sedens (Stadensi teste) gallinam assaret. Cum etiam ejusdem sororem, Henricus Leo uxorem haberet, in Angliâ exulans; Richardus Germanis minùs erat charus. Hunc ergò Leopoldus, Ratisbonam adduxit ad Imperatorem. Francus Rex Philippus, hoc cognito: per legatos à Cæsare petiit, Richardum sibi judicio sisti: atque in Britanniam minorem, ac Nortmanniam, quas tunc Angli tenebant, invasit. Mulctatus est ab Austriaco Richardus 50. millibus Marcarum puri argenti: quibus oppida quædam Austriaca, muris cincta, Viennæ autem pomœria prolata, sunt. Imperatori verò coactus est (quod transmarinæ expeditioni dissolvendæ causam dedisset) 300. millia Marcarum puri auri persolvere. Sic illi faciliùs fuit, bellum postea in Apuliam & Siciliam movere. Richardus in Angliam reversus, Francicum bellum continuavit. Hæc ferè ex Avent. lib. 7. Vrspergensis, Marcis semel centies mille, ab Imperatore mulctatum scribit: unâ scil. Tina, (Germ. Tonne goldt.)

4. A. C. 1196. in Germaniâ versans Henricus: cùm malè audiret ob captum & mulctatum post reditum è sacrâ expeditione, Richardum Regem Anglum: compensare id correctione hac voluit; quòd & ipse statuit afflictis Syriæ rebus opem ferre. Eâ re, comitia Wormaciæ, exeunte

Novem-

Novembri, habuit: & Germanos ad illam expeditionem accendit. Quinetiam, plerisq; crucem à Legato Pontificio accipientibus, & ipse abiisset; nisi domi manere ei suasum esset; sic enim magis, quæ exercitui necessaria essent, sumministrare posse. Proceres hujus militiæ fuerunt, Conradus, Moguntiæ Archiepiscopus, & Conradus, Episcopus Herbipolensis (ante Cancellarius Imperatoris) Zizensis & Halberstatensis, Pataviensis & Ratisbonensis, Episcopi. Henricus Dux Saxoniæ, Leonis F. Henricus, Palatinus Rheni, Leopoldus, Dux Austriæ. Hermannus, Landgravius Turingiæ. Gotfridus, Dux Brabantiæ, Henricus Caledinus Marescalcus; & alii multi. Adjuti fuere Constantinopoli, commeatu & classe, ab Imper. A. C. 1197. mense Martio, Alemanni in terram promissionis venerunt (verba Vrspergen.) bellicosi, crudeles, expensarum prodigi, rationis expertes, voluntatem pro jure habentes, ensibus invicti. In nullis, nisi hominibus suæ gentis, confidentes. Ducibus suis fidelissimi: &, quibus vitam citiùs, quàm fidem, posses auferre. Hi cum eò venissent, treugas (inducias) fregerunt; quas Rex Angliæ in discessu suo statuerat. Vrbem Bertyrum recuperârunt, &c.

5. A. C. 1213. Papa Innocentius, literas in Germaniam, & aliò, misit: excitans Proceres ad expeditionem orientalem, contra Sarracenos: ut necessitatibus scilicet terræ sanctæ succurreretur. An nescitis (inquit) apud illos multa millia Christianorum in servitute ac carcere detineri; qui tormentis innumeris cruciantur? Nuper in monte Thabor munitionẽ quandam, in con-

in confusionem Christiani nominis erexerunt. Nos de Dei omnipotentis misericordiâ, & auctoritate B. Apostolorum Petri & Pauli confisi ex illâ, quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atq; solvendi potestatem tradidit; omnibus, qui laborem hunc propriis personis subierint, & expensis, plenam suorum peccatorum, si cordis & oris egerint pœnitentiam, veniam indulgemus: & in retributione justorum salutis æternæ pollicemur augmentum, &c. Plenam Bullam reperies apud Vrspergensem. Hocq; anno Friderici, & Principum conventus (teste Trithemio) Aquisgrani celebris fuit, ad Festum S. Iacobi. Ibi ipse concordibus sententiis, Rex Rom. appellatus est: & in sede Regni collocatus. Ibi quoq; cum aliis multis signum crucis accepit adversus Sarracenos: eam crucem prædicante Magistro Conrado Decano: qui posteà factus est Episcopus in Saxonia Hildesheimensis. Assumpta quidem est crucis tessera, à Friderico: sed ipse à proficiscendo, multis impedimentis diù evocatus fuit. Dedêre nomen huic militiæ, multi etiam Ecclesiæ Antistites: Theodoricus Coloniensium, Sifridus Moguntinorum, Leodiensis, Herbipolensis, Bapenbergensis, Pataviensis, Aichstettensis, Argentinensis, Viri deinde illustres. Principes, Marchio Badensis, Bavariæ Dux Ludovicus, Lupoldus Austriæ, Henr. Brabantiæ &c. Comites, Tubing. Palat. Montensis comes, Nassoviensis, Spanheimensis, alii. Multi deniq; ex Italiâ, Franciâ, Angliâ. Imperator omnium designatus, Vngariæ Rex Andreas. *Vrsperg. Trithemius, & Heroldus.* Expeditio hæc, quia in concilio generali decreta, procedebat initio,

initiò, non ita lentè: multis, de partibus Alemanniæ proficiscentibus, mense Iulio. A pergendo verò, in civitatibus Apuliæ (ut Vrsperg. notat) impediebantur: voto eorum, autoritate sedis Apostolicæ dilato. Ceperunt, pòst ex Syria in Aegyptum transgressi (A. C. 1219. ut Stadensis habet) urbem Damiatam (olim, Pelusium) sed aquis Nili à Soldano Meledino, in nostros immissis, reddere coacti sunt. Perierant anteà ibi, corruente turri ligneâ, quæ navibus superstructa steterat, oppugnandi causâ, multi viri fortissimi: Vrspergensi teste. Pactis induciis, cum Meledino, ad octo Annos; miserum expeditio exitum habitum: nostris frustrà, post tot labores exantlatos, revertentibus. Laudanda verò Meledini humanitas: qui tenuiores viatico, & commeatu juvit: Principes verò magnificè muneravit. A. C. 1221. Hosti scilicet cedenti, pontes auro stravit, ut illis citò liberaretur. Descripsit copiosè rem, Ioannes Heroldus, *continuat. belli sacri, lib. 3. c. 3 & sequentibus.* Posteà Conradinus Sarracenus, oppidum Hierosolymam destruit: præter Templum Domini, & Ecclesiam S. Sepulchri, & arcem, quæ Turris Davidis appellatur. Trithemius.

6. Constantiâ Aragoniâ, conjuge primâ, mortuâ; Fridericus Imp. Iolam (al. Iolantam) Ioannis Brennæ vel Brenni, Hierosolymitani Regis, filiam (amissam Hierosolymam ei doti dantis) A. C. 1222. (al. 1223.) duxit. Hinc Reges Siciliæ, titulum Regni Hierosolymitani habent. De quo matrimonio ita Heroldus, *Continuat. lib. 3. cap. 11.* Cùm Brenna, inquit, Friderico filiam, & Regni sui jura obtulisset; in Syriam missi sunt,

qui

qui puellam adducerent. Ibi ingens lætitia Christianorum orta est: maxima sibi ex potentissimi Imperatoris auxilio, pollicentium. Itaque, ut tanto conjuge dignam mitterent: publicis, privatisq; opibus eam exornare studuere. Vestis varia & preciosa: ornatus ambitiosissimus, additus. Additæ puellæ ingenuæ, purpurâ & cocco amictæ. Additum stipatorũ agmen, viribus & ornatu admirandum. Classis parata, in quâ multæ naves, à puppi auro, cætera purpurâ strata, apparebant. Sic Regina, cùm faustâ omnium precatione, libens advecta. Petebat interim pacem servari, & inducias octennes, à Friderico, quem metuebat, Sarracenus Meledinus. Sin bellum mallet; sibi non defore Tartaros, aiebat. Applicuit sponsa in portum Pisanorum; à quibus honorificentissimè, ac publico hospitio, excepta fuit: ubi & patrem obvium habuit: qui antehac in occidentem fuerat præfectus, Deindè cum procuratore Imperatoris, more Regio nuptias peragit. Iolâ enim, nuda torum conjugalem, matronis ac principibus nonnullis testibus, ingressâ; Vicarius mariti Imperatoris, alterum crus genutenus intra stragula iniicit: perindè, quasi ita puellæ notitiâ habitâ, matrimonium pro consummato haberi deberet. At non ita multò post (alibi 1227. invenio) Iola puerum enixa, in puerperio mortua est: nec socer genero amicus permansit. Verùm A. C. 1228. Fridericus Imperator (ut Trithemius ait) jamdudum per plures annos cruce signatus; iter transmarinum tandem cum multis aliis Principibus arripuit; quem Gregorius Papa nihilominùs intereà excommunicatum, per totam

tam Alemanniam denuntiari fecit: maximè per fratres Prædicatores. De eâ autem expeditione, ita Vrspergensis, Anno Domini, inquit, M.CC. XXVIII. Imperator volens explere votum suum, & pacatum sibi efficere Papam : transfretavit ad terram Hierosolymitanam. Priùs tandem eodem anno, indixerat Curiam Principum Alemanniæ, in Quadragesimâ apud Ravennam : à quâ impeditus fuit nuntiis Papæ. Nam Veronenses & Mediolanenses, non permiserunt aliquos transire per fines suos : sed spoliabant rebus suis ipsos cruce signatos; idq; ut asserebant, autoritate D. Papæ. Nihilominùs tamen Imperator venit ad terram sanctam, mense Augusto : & applicuit apud Accon, ibiq; permansit. Vbi, ut aiunt, multa sustinuit, ex perfidâ proditione Templariorum. Soli verò Hospitalarii, de domo S. Mariæ Teutonicorum, fideliter ei astiterunt. Similiter Ianuenses & Pisani, & alii milites : qui cum ipso, & pro ipso, advenerant. Veneti verò vacillabant. De eâdem re, ita Ioan. Cuspinianus : Ravennæ, Imperator conventus diem Principibus iterum indixit. Sed Veronenses ac Mediolanenses, non modò Principibus iter interceperant : sed & cruce signatos deprædabantur, spoliabantq; omni viatico. Idq; jussu Romani Pontificis : qui prius ad Hierosolymitanam expeditionem, omnes Christianos Principes, per Conrandum Portuensem Episcopum, Cardinalem, & Legatum per Germaniam, non modò adhortabatur, sed & efflagitabat. Imperator nihilominùs, defunctâ sibi in puerperio conjuge, liber matrimonio, hanc expeditionem, ut & votum exsolveret, Pontificem delini-

ret, maturat, &c. At A. C. 1229. & partim præcedente anno, cùm Imp. Fridericus esset in Syria cum copiis; tractabatur de pace inter ipsum (vt scribitur ab Vrsperg.) & Soldanum, atq; gentes ipsorum. Papa verò Gregorius, captatâ occasione ex absentiâ Imperatoris (verba sunt Vrspergensis) in servitio Christi demorantis, quod nefandissimum est dicere, abstulit, & sibi subegit: & cruce signatos, ne transfretarent, omni studio prohibuit; tam in Apulia, quam in Lombardia. Quis talia facta rectè considerans, non deploret & detestetur? Quæ indicium videntur, & quoddam portentum, & prodigium, ruentis Ecclesiæ. De hoc in Asiam transitu, & rebus gestis, hæc habet Pand. Collenutius lib. 4. A. C. 1128 Fridericus, negotiis Regni sui compositis, rebusq; expeditioni Hierosolymitanæ necessariis comparatis, Gregorio non consulto, ut promissioni suæ satisfaceret, ex Italia cum maximis copiis soluit. Indè in Cyprum, & Iudæam pervectus: ita rem potentiâ & autoritate suâ gessit, ut Soldanum ad inducias secum paciscendas, & Regni Hierosolymitani restitutionem, aliquot arcibus exceptis, coegerit (Conditionibus honestis, ac Reipub. Christianæ saluberrimis hanc pacem cum Sultano factam, Thomas Fazellus poster: Decad. lib. 8. asserit) Quamobrem sequenti 1229. C. A. cùm Hierosolymis in Quadragesimâ, coronam illius Regni accepisset; Ioppen, quæ nostra ætate zaffus dicitur, instaurandam curavit. Tum per literas in Occidentem scriptis, quas res gessisset, patefecit: inprimis rogans Pontificem, ut, cùm promissa esset feliciter executus, sibi ab illo inflictum anathema

remitte-

remitteretur. Verùm Gregorius recusavit. Caussabatur enim, illum non habuisse rationem utilitatis Christianorum, sed suæ propriæ, in illâ cum Soldano transactione: & in conditionibus pacis, Sarracenis permisisse, ut in Templo, suo Mahometo sacra possent facere. Itaq; non modò non absolvit eum: verùm etiam magnum exercitum, qui Christianæ militiæ nomen gerebat, ex Longobardiâ, Æmyliâ, & Flaminiâ, congregavit: quem unà cum Ioannis Brennæ copiis (qui ex Gallia in Iudæam profecturus, reverterat) in Regnum Neapolitanum misit: ut ibi omnia, conjunctis viribus, Ecclesiæ nomine occuparent. Vndè in Regnum ingressi, plurimas urbes deditione acceperunt: adeoq; universam illam regionem, quæ inter Latium atque Capuam interjacet, unà cum urbe Capuanâ, in Ecclesiæ potestatem. Cellani verò Comitis (uni ex Ducibus exercitus Pontificii) exercitui, opposuêre se in Piceno, Reinaldus Germanus (à Friderico ad Regni gubernationem relictus) & Anselmus Iustinus (de Iustingen, Imperii Marescalcus) nec illum ulterius progredi permisêre. Quibus rebus à Friderico cognitis: motus ipse hâc injuriâ, urbis Hierosolymitanæ, & Iudææ administrationem, Vicario suo commendavit: ac duobus tantùm magnis illinc onerariis navibus solvens; summâ cum celeritate in Italiam contendit. Cumq; sub finem Maii, eodem Anno Brundusium appulisset, ac tres septimanas ad Barolum quiescens, sese refecisset; venit ad eum Conradus Guiscardus, Spoleti Dux. Tum conjunctis viribus ambo, Ioannem Brennensem, qui Caiazzam obsidebat, in fugam conjecerunt.

ret, maturat, &c. At A. C. 1229. & partim præcedente anno, cùm Imp. Fridericus esset in Syria cum copiis; tractabatur de pace inter ipsum (ut scribitur ab Vrsperg.) & Soldanum, atq; gentes ipsorum. Papa verò Gregorius, captatâ occasione ex absentiâ Imperatoris (verba sunt Vrspergensis) in servitio Christi demorantis, quod nefandissimum est dicere, abstulit, & sibi subegit: & cruce signatos, ne transfretarent, omni studio prohibuit; tam in Apulia, quam in Lombardia. Quis talia facta rectè considerans, non deploret & detestetur? Quæ indicium videntur, & quoddam portentum, & prodigium, ruentis Ecclesiæ. De hoc in Asiam transitu, & rebus gestis, hæc habet Pand. Collenutius lib. 4. A. C. 1128. Fridericus, negotiis Regni sui compositis: rebusq; expeditioni Hierosolymitanæ necessariis comparatis, Gregorio non consulto, ut promissioni suæ satisfaceret, ex Italia cum maximis copiis soluit. Indè in Cyprum, & Iudæam perlatus: ita rem potentiâ & autoritate suâ gessit; ut Soldanum ad inducias secum paciscendas, & Regni Hierosolymitani restitutionem, aliquot arcibus exceptis, coegerit (Conditionibus honestis, ac Reipub. Christianæ saluberrimis hanc pacem cum Sultano factam, Thomas Fazellus poster: Decad. lib. 8. asserit) Quamobrem sequenti 1229. C. A. cùm Hierosolymis in Quadragesimâ, coronam illius Regni accepisset; Ioppen, quæ nostra ætate zaffus dicitur, instaurandam curavit. Tum per literas in Occidentem scriptis, quas res gessisset, patefecit: inprimis rogans Pontificem, ut, cùm promissa esset feliciter executus, sibi ab illo inflictum anathema remitte-

remitteretur. Verùm Gregorius recuſavit. Cauſabatur enim, illum non habuiſſe rationem utilitatis Chriſtianorum, ſed ſuæ propriæ, in illâ cùm Soldano tranſactione: & in conditionibus pacis, Sarracenis permiſiſſe, ut in Templo, ſuo Mahometo ſacra poſſent facere. Itaq; non modò non abſolvit eum: verùm etiam magnum exercitum, qui Chriſtianæ militiæ nomen gerebat, ex Longobardiâ, Æmyliâ, & Flaminiâ, congregavit: quem unà cum Ioannis Brennæ copiis (qui ex Gallia in Iudæam profecturus, reverterat) in Regnum Neapolitanum miſit: ut ibi omnia, conjunctis viribus, Eccleſiæ nomine occuparent. Vndè in Regnum ingreſſi, plurimas urbes deditione acceperunt: adeòq; univerſam illam regionem, quæ inter Latium atque Capuam interjacet, unà cum urbe Capuanâ, in Eccleſiæ poteſtatem. Cellani verò Comitis (uni ex Ducibus exercitus Pontificii) exercitui, oppoſuêre ſe in Piceno, Reinaldus Germanus (à Friderico ad Regni gubernationem relictus) & Anſelmus Iuſtinus (de Iuſtingen, Imperii Mareſcalcus) nec illum ulterius progredi permiſêre. Quibus rebus à Friderico cognitis: motus ipſe hâc injuriâ, urbis Hieroſolymitanæ, & Iudææ adminiſtrationem, Vicario ſuo commendavit: ac duobus tantùm magnis illinc onerariis navibus ſolvens; ſummâ cùm celeritate in Italiam contendit. Cùmq; ſub finem Maii, eodem Anno Brunduſium appuliſſet, ac tres ſeptimanas ad Barolum quieſcens, ſeſe refeciſſet; venit ad eum Conradus Guiſcardus, Spoleti Dux. Tum conjunctis viribus ambo, Ioannem Brennenſem, qui Caiazzam obſidebat, in fugam conje-

P ceerunt.

cerunt. Iam anteà verò ex Germania Conradum filium (Fort Henricum) & Leopold Austriæ Ducem, auxilio accersiverat. Qui ubi maximo cum exercitu advenêre; XV. diebus recuperata ... missa omnia. Quam fortunæ prosperitatem, Cæsar secutus: ulteriùs cum Germanis, & suis Sarracenis, quos Luceriâ evocaverat, progressus est, atq; Beneventum & omnes, vicinas regiones, Romam usq; occupavit. Et tamen interea Legatos ad Pontificem misit, qui de pace & absolutione agerent. Quod & per ipsos effectum est. Procumbens enim Cæsar ad genua eius, anathemate solutus & liberatus, eadem cum Papâ mensâ, cibum sumpsit. Hæcq; facta sunt A. C. 1230. & 1231. Hisce de rebus ita Avent. lib. 7. Imperator apud Cyprum, cum copiis navigat: 17. Cal Decemb. Ioppen appulit, eamq; munit. Octo dies ibi commoratus, fame laborare cœpit. Nam commeatus à Ptolemaide, vehiculis, clitellis equis, terrestri itinere, propter hostes passim discurrentes, convehi nequibat. Supplicatione igitur decretâ, placato cœlesti, numine lachrymis, tandemq; mari parata annona, arma, cætera bello necessaria, Ioppen deportantur. Pax, Legatis ultrò citròq; commeantibus, inter Regem Aegypti, eiusque cognatos, & inter Augustum, decem annorum induciæ pactæ; captivi omnes, à Sarracenis redditi: Hierosolyma, cum omni circà regione, Ioppen usque, ut tutus Christianis pateret aditus, restituta. Inter quæ, Bethlehem, Nazaret, omnia spatium inter Ptolemaidem & Hierosolyma, cum Tyro & Sidone, reddita. Permissum etiam Principi Romano, mœnia, castella, arces, reficere ac munire

munire. Concessum solùm Sarracenis fuit, extra urbem diverti absque armis : & in Templo, quod ipsis sacrosanctum esset, adorare. Hisque peractis, Fridericus Hierosolyma tendit: Sabbato (qui dies 16. ante Calend. April.) eò pervênit. Postridiè diadema, ob honorem Christi, Cæsareum gestans ; cultu Imperatorio loca quæq; sacrosancta venerabundus adiit. Facta sunt hæc anno Domini M. CC. undetrigesimo, Indictione secunda. Ioann. Cuspinianus, adhuc magis Pontificem sugillat, cùm dicit: Imperator, his feliciter ita gestis, de eis Pontificem per literas certiorem reddit: congratulationem ab eo expectans, & gaudium publicum Christianorum. Pontifex superbissimus, contemptis ac abjectis literis, famam spargit; Imperatorem suum diem obiisse : quo facilius aliquot Apuliæ urbes, quæ adhuc in fide steterant, ad se flecteret. Reversos autem Alemannos, Gallosque, & alios milites ; ne verum dicerent, truculentissimè sine causâ occidi fecit. Cognita hâc fraude ; Imperator cum ingentibus copiis in Apuliam revertitur: Pontificis expellit exercitum, terras suas sibi ablatas, nullo labore recuperat. Longobardorum & Tuscorum, nova cum Pontifice contra eum initur conspiratio. Pontifex iterum ipsum execratur; quod cum Soldano fœdus pepigisset, Ferebat id patienter Imperator, qui noverat artes Pontificis: cujus ante hac nuntios cum literis ad Soldanum interceperat; quibus hunc rogaverat, ne Cæsari terram sanctam redderet, quemadmodùm facturum, rumore intellexisset. Nihilominùs absolutionem petiit: advocatis Patriarchâ Aquileiensi Bertholdo,

 Salisbur-

Salisburgensi Archiepiscopo Eberhardo, Ratisbonensi Seufrido, Augustensi Sibothone. Ducibus item, Austriæ Leopoldo, Meraniæ Ottone, Carinthiæ Bernhardo. Hi verò re infectâ, à superbissimo Papâ discessêre. Modò sequenti anno, res ad concordiam venit qualemcunque. De hâc pariter Friderici expeditione, Heroldus prolixè scribit: ex quo quædam prædictis adjungam. Soldano, qui fuit successor Corradini, Papa scripserat, nè terram sanctam Friderico restitueret: quas literas Soldanus huic misit. Inter eos autem pax facta est ita: ut Fridericus Rex Hierosolymæ fieret, quæ ei cum reliquâ Palæstina restitueretur; & captivi dimitterentur gratis, Inducias in decennium esse. Ita Imperator 1229. Hierosolymam ingressus, ipso die Resurrectionis, coronatus est: Vrbis mœnia, & ædes sacras, reparat. Sic Ioppen, & Nazarethum. Syriæ Rainaldum præficiens, & rebus necessariis benè instruens: in Apuliam est reversus. Papam posteà ita exercuit Gregorium, ut impatientiâ moreretur. Antiochiæ Principatum Fridericus, Imperatoris nothus filius, obtinuit. Idem Cypri Rex, ei bellum intulit, sed nequicquam. Cranzius è contrà, lib. 8. Saxon. c. 1. Friderico caussam imputat malorum subsecutorum: quæ apud eum videre licet. Anno Christi, 1232 (ut scribit Tritenh.) Soldanus Babyloniæ (Ægypti) Imperatori misit tentorium, mirabili arte constructum: in quo imagines Solis ac Lunæ, artificialiter motæ, cursum suum certis & debitis spatiis peragebant: horasq; diei & noctis infallibiliter indicabant. Cujus tentorii precium, amplius quinque millium florenorum dicebatur.

Posteà

Posteà circa A. C. 1239. cùm Induciæ, quas Imp. Fridericus cum Soldano Ægypti pepigerat, exivissent; Sarraceni legatione ad illum missâ, eas renovare volebant. Placuit Imperatori: displicuit Pontifici; qui vitâ cœlesti promissâ, homines ad arma concivit. Secuta est expeditio Navarræi Regis Theobaldi, secuta Richardi Angli, sed incassum utraque; donec Hierosolyma rursus 1247. amissa & destructa est: quam Cæsar Fridericus receperat, Præfectus ejus Rainaldus, dum vixerat, miro splendore auxerat. Eaq; manet hûc usque in manu infidelium: etsi multa post rursus fuerint tentata.

7. A. C. 1246. D. Ludovicus compositis regni sui rebus, sacrum bellum ex voto aggressus, primo Cyprum, mox ducto secum ejus insulæ Rege, in Ægyptum delatus est, felici belli initio. Barbaros in littore sub signis stantes, Franci adorti sunt tanto impetu, ut caderent Satrapes ac delectissimi quiq; : cæteri Damiaram compulsi; quâ incensâ, ne hostis potiretur, in ulteriorem Nili ripam se proripuêret Vrbem hostibus vacuam Rex ingressus, communiit. Indè trajecto fluvio, iterum acriter pugnatum est, Robertus Regis frater cadit, dum fugientem hostem plenis animi insequitur. Castra Barbarorum capta direptaq; sunt, illi majoribus copiis comparatis, prælium ferox tertiò commisere; sed desideratis clarissimis ducibus, magnâ insuper acceptâ clade, in fugam versi sunt. Interim Melexala, cæteros Sultanos, ac inprimis Halapianum, & Damascenum, positis inimitiis privatis, in communis belli societatem assumit. Itaque ingentibus copiis, undique confluentibus, Francos

jam morbo exitiali, malè affectos, adortus ac tantâ ferociâ; ut exigui numero, locis iniquis confertis facilè vincerentur, Rege ac proceribus multis captis. (A C. 1255.) Sultano per seditionem à suis cæso, Barbari cum Rege apud, ... auro dato, Damiatâ discederet, depo... Syriam exercitu. (A. C. 1270.) Interjectis aliquot annis, iterum in fidei hostes profectus ... victisq; semel atq; iterum ad Tunensem urbem Barbaris, exorta in castris gravissimâ lue, morbo decessit. Mox superveniente Carolo fratre, Siciliæ Rege, Tunense regnum Christianis vectigale fuit. P. Berthault. in flor. Francic. lib. 3 ... 14. Tandem, Alphir Sarracenus, capit & evertit A.C. 1290. proximoq; antecedente, & sequente, Tripolin, Berytum, Sidonem, Tyrum, Ptolemaidem. Ita tandem, reliquiæ quoq; Christianorum, in terra S. sunt amissæ. Qui effugere potuerunt, in Cyprum trajecerunt. Ita post victoriam Gottefredi Bilionei, annis 192 plurimæ ærumnæ extiterunt: donec tandem Regnum hoc penitùs amissum, & extirpati inde Christiani sunt. Armeniâ tantùm minore, religionem Christianam retinente. *Cruſ. Annal. lib. 3. part. 1. c. ...*

Quinam, post Hierosolymam à Saladino captam, Regni titulum illius urbis usurpârunt. 1.

Nomina eorum, qui jus aliquod in Regno Hierosolymitano prætendunt. 2.

Reges & Magnates, etiam de nudis titulis certant ... nempè possessionem civilem provinciarum ... eos retinere appareat. 2

Expeditio in terram Sanctam, à Friderico I. Imp. ... que Galliæ, & Angliæ suscepta. 3.

Decima, causâ belli sacri indicta, etiam Ecclesiæ ... Decima Saladini dicta. 3.

In bello, pauperum, & Ecclesiarum spolia, minùs prosperi eventus auspicia sunt. 5.

Fulgura, & ventus inconsueti, aliquid mali prætendunt. 3.

Fridericus Imp. in flumine submersus, perit. 3.

Bellum sacrum, auspicari decet, à morum reformatione: non verò ab exactionibus pauperum, & Ecclesiarum oppressione. 3

Ioachimi Abbatis prophetiæ inanes. 3.

S. Apocalypsis, semper in varios sensus, rapta; semper & à variis tum præsentibus temporibus, & locis accommodata fuit. 3.

Richardus Rex Angliæ, capitur ab Austriæ Duce. 3.

Imprudenter agunt, etiam potentes, si alium Magnatem, sine causâ injuriâ afficiunt. 3.

Alia expeditio, sub Henrico Imp. suscepta. 4.

Alemannorum vitia, & confidentia, huic expeditioni impedimento fuere. 4.

Alia expeditio in terram sanctam, à Friderico 2. Imp. adornata. 5.

Et ab eodem post magno molimine suscepta. 6.

Fridericus Imp. ducit Iolam, Brenni titularis Hierosolymitani Regis filiam. 6.

Frid. Hierosolymam per deditionem capit. 6.

A Pontifice impediuntur ejusdem ulteriores progressus. 6.

Hierusalem denuò à Sarracenis occupatur. 6.

CAPVT VLTIMVM.

De statu Vrbis Hierosolymitanæ præsenti.

DE ruderibus autem Hierosolymæ, Christique Domini nostri sepulchro, ita scribit Petrus Bellonus. observ. lib. 2. c. 85. Hierosolyma paucis abhinc annis novis & præaltis muris cincta est; sed infirmis, quæque bombardarum impetum minimè ferre possent. Plana sunt ædium tecta,

officinæ in primariis plateis fornicatæ, ut in Alexandriâ: licet inæqualis sit comparatio. Nam Hierosolymorum fornices, ex quadratis lapide superbe exstructæ sunt; quæ nonnullis adhuc locis persistere dicuntur, ab eo tepore, quo Romanorum istic Imperium obtinebant. Aromatarii Hierosolymitani, varias, ut Cairini, linguas callent. Christianæ religionis populi, Hierosolymam ablegare solent homines, qui in urbe apud sepulchrum habitent, plures vel paucio[illegible] pro regionis ratione: hinc fit, ut duodecim va-ria & inter se differentia Christianæ religionis idiomata, numerentur: verumtamen octona duntaxat comperimus: videlicet nationis Latinæ, ab ipsis *Franke* appellatæ, quæ reliquis antecellens, omnes comprehendit Romanæ Ecclesiæ obedientes; deinde Græcæ, illis *Ro[illegible]* dictæ; quæ Papæ mandatis non paret; sed suos Patriarchas peculiares habet, tertiæ *Ar[illegible]* cujus ritus ad nostros magis accedunt, quàm Græcorum: deinde aliarū consequenter; ut *Iacobitarum* illius regionis quæ à D. Iacobo Majore ad fidem conversa est: *Gregorianorum*, qui suis legibus reguntur, vicini Persis, eorumque limites extenduntur in Indiam usque Orientalem; a nemine subjugati, & nemini parentes: Christianorum qui à cingulo denominationem sumpserant, Costique cognominantur, & à Divo Thoma ad Christianam fidem sunt conversi: *In[illegible]* qui ex Presbyteri Ioannis regione missi, Abyssini appellantur; admodum nigri, sed minus Aethiopibus, tribus adustionibus, quia igni bapti[illegible] sunt, insigniti: unâ supra nasum, inter oculos reliquis duabus ad tempora, & circumcisi [illegible]

[illegible]

rienſium & Maronitarum, qui non differunt ab Arabibus. Singulæ iſtæ nationes, peculiare habent ſacellum; quoniam in quibuſdam articulis inter ſeſe differunt: atque aluntur pecuniis, quas Principes ſingularum provinciarum illis mittunt, Græcis Chorum templi obtinentibus, Calvariæ cuſtodia demandata. Latinis Sepulchri cuſtodia eſt commiſſa. Hujus Sepulchri templum (quod comprehendit totum Calvariæ locum, in plano ſitum, non in monte, ut plerique exiſtimarunt) ſublime eſt, & rotundâ formâ: in alto apertum, quà recipit lumen. In huius rotunditatis centro eſt Sepulchrum Domini, concluſum ſacello quodam, fornice rotundâ ex ſolido marmore conſtante, tecto. Præfectus ſivè Gardianus Franciscanorum, in monte Sion, præbere ſolet diploma peregrinis, qui ab alio miſſi ſunt; ſivè teſtimoniales litteras, quæ fidem faciant eos iſtic fuiſſe, cõtinentes ſigillatim alia pleraq;, quæ brevitatis causâ prætermiſimus. At latiùs adhuc Ioannes Cottovicus, *in itinerario Hierosolymitano. lib. 2. cap. ult.* ita rudera illius urbis modernumque ſitum, conditionem & faciem, incolas item & magiſtratus eiuſdem depingit, ac ita ſcribit. Hieroſolymitana civitas, Anno Salutis 1517. à Selimo Turcarum Imperatore, ejus nominis ſecundo; poſt debellatos Mameluchos, occupata, atque à Soleimane filio, patris in Imperio ſucceſſore, novis mœnibus ornata, & cincta; in eam formam, quâ nunc viſitur, redacta eſt. Hæc figurâ quadratâ, oblonga, & tota montoſa eſt: Montem quippe Moriah, Salomonis Tẽplo, quod nunc extat (Turcis Cubisahara dicto) inſignem; itemque Sion, Gihon,

Acræ montium partem occupat. Inter quos quasi medius assurgit Calvariæ mons, seu rupes Golgothana; non multùm ampla, nec eminens, altitudine monti Testaceo, qui Romæ est, non absimilis: tot in eo collocatis ædificiis, ut superficiem intueri, vel cognoscere vix possis. Hic olim extra urbem infamis habitus, Christi Passione, ejusq; sanguine pretiosissimo, usque adeo nobilitatus, & sanctificatus est; ut nunc Urbis ferè medium obtinens, Angelis pariter & hominibus venerabilis sit. Porrò tria milliaria, aut circiter, ambitu suo Urbs ipsa complectitur, cui ab Ortu adjacent Olivarum Mons, & Vallis Iosaphat. Ab Austro mons offensionis, & Vallis Gehennon; itemque pars Montis Sion: ab Occidente Montis Gihon pars, & Vallis seu Piscina Bersabeæ, quæ aliàs etiam Vallis Ennon appellatur: à Septentrione verò montis Acræ pars. Extendebatur autem antiquitus longitudo Urbis, quantùm ex veterum scriptis colligere licet, ab Austro in Septentrionem, sacrum Montem Sion, maximamq; Acræ Montis partem moenibus comprehendens: Latitudo verò quicquid est intra Portam Iudicialem, ad Vallem usq; Iosaphat, complectebatur. Hodiè pomœriis ejus plurimùm contractis, longitudine in latitudinem versa, major Sion & Acræ montium pars, totusq; Borealis angulus ad Portam usq; Ephraim olim sese extendens, mœnibus excluduntur. Gihon verò Montis pars, & Calvariæ, olim extra muros, nunc includuntur. Ita ut ab angulo occiduo, juxta Sancti Salvatoris Monasterium, seu à Iaffæ Porta, ad Gregis usq; Portam, Orientem spectantem, longitudo Urbis hodie protendatur: latitudo verò à Porta Sterquilinii, Meri-

diem respiciente, ad Damasci usque Portam, Aquilonem versus terminetur: urbem à ternis lateribus, valles cingunt, ut latæ, & profundæ; à Meridie scilicet, ab Ortu, & Occasu; à latere autem septentrionali, usque ad mœnia patet aditus, non præceps, nec angustus, fossis tantùm, non multùm profundis, & aquâ vacuis, interjacentibus. Portæ Vrbis sex hodie numerantur; novæ omnes, Aureâ exceptâ, quæ vetustatem præ se fert: veterum, præter hanc, nulla vestigia; Valvæ ferreis obductæ sunt laminis, ne flammis facilè obnoxiæ fiant, aut ab Arabibus incendantur: quod facilè alioqui fieret, cùm nulli pontes pensiles, aut fossæ aditum ad valvas impediant. Portarum aliquæ, antiqua etiamnum obtinent nomina, quod eodem positæ sint loco, quo olim veteres: quas singulas velut ob oculos ordine collocare operę pretium duximus; ut situs inde Vrbis liquidiùs constare possit. Incipiemus ab angulo Vrbis Orientali, septentrionem respiciente, atque ad Meridiem progrediendo, meridionale latus, dein Occidentale, postremò septentrionale complectemur: universamq; Vrbem hoc modo circumibimus. Prima itaque Porta, olim Gregis, vel secundùm alios Ephraim, & Vallis nominata, hodiè à loco lapidationis Divi Stephani, qui proximus est, Sancti Stephani nomen obtinet, utrimque Leonis simulachro, rudi modo, insculpto; quod quidem (cùm Mahometæorum Lege depictas, aut sculptas habere hominum, aut animalium imagines, vetitum sit) multis admirationi causam tribuit. Quis auctor horum fuerit, nos latet. Huic proxima est, ab eodem orientali latere

Aurea vulgò dicta; ad amplissimam Salomonis Templi Aream ingressum quondam præbens, nunc obstructa penitùs. Eandem esse, quam ingrediens Christus intravit, putant Minoritæ, quorum opinioni non facilè adhæserim: nam cùm Templum Salomonis, à Romanis dirutum penitùs, & solo æquatum esse constet, muris proximis atque Portæ Aureæ (quæ ferè medium obtinet) nequaquàm percepisse, credendum est: vel eo magis, quòd muros omnes Vrbis dirutos esse, scribat Iosephus; quodq; totus ille muri tractus, Auream in medio continens, nullam antiquitatem referat, nec ex ejusmodi, adeoque magnis constet saxis, quemadmodum illa antiquissima muri pars, supra quā nova mœnia structa sunt, quæ juxta Portam Sterquilinii etiamnum superest, ædificata cernitur; Eo verò positam loco, quo vetusta fortassis extiterit, concedendum potiùs existimo, quàm inficias ierim. Hanc à Meridie sequitur tertia, Sterquilinii vulgò dicta, cæteris angustior, antiquum usque in hodiernum diem nomen retinens, licet recens constructa. Huic proxima ab eodem hæret latere, Davidis Porta; aliàs Sion nuncupata: quod in montem Sion ducat: quæ & ipsa nova, & in ordine quarta est. Ab Occiduo latere unica, & quinta occurrit, cognomento Iaffæ, quæ & Piscium Porta, & Hebron dicitur: Castro Pisanorum contigua. A Septentrione demùm sexta, & ultima sequitur, Nephtalim nomine; nunc Damasci Porta appellata. Omnes hæ portæ & muri civitatis (castro Pisano muris incluso, atque eâ parte, quæ Orientem respiciens Portam Auream continet, & Salomonis Templi Aream

munit,

munit, exceptis) juſſu Soleimanis, Turcarum Imperatoris inſtaurati ſunt: conſtantq; ex quadratis & dolatis lapidibus, turribus quadratæ formæ, certis intervallis interpoſitis: quorum craſſities, quantùm viſu percipere licuit, ad tres circiter pedes extenditur nullo tamen vallo, aut aggere muniti, quos interiùs, Menianum in ſummitate ambit, per quod circumire Vrbem commodè poſſis: foraminibus paſſim, certo ordine in ipſo muro relictis, quo tutiùs commodiùſq; ejaculari bombardas, ſagittaſq; in hoſtes emittere, defenſores queant. Cæterùm locus, in quo Civitas ſita eſt, arduus totus, & inaquoſus, flumina vel rivos nullos habet: incolæ aquis tantùm utuntur pluvialibus; menſibus enim hybernis, in ciſternis (quas in Vrbe habent plurimas) imbres ſibi ſolent colligere, & per totum annum ad uſus neceſſarios conſervare. Vrbis plateæ ferè omnes anguſtæ, ſordidæ, ruiniſq; paſſim impletæ: imò nonnullis in locis adeò immunditiis & lapidum acervis exaggeratæ ſunt, ut occurrentes Arcus transverſarios, niſi ad uterum caput inclinaveris, tranſire vix poſſis. Ruinarum acervi, collapſæ domus, neglectæ etiam & vacuæ plurimæ, ubique ferè ſeſe offerunt. Nulla palatia, ædeſve magnificas, nil quod delectet, aut ſpectatorem detineat, uſquàm conſpicias. Deformata, fœda, ſqualore obſita omnia. Infrequens itaque, & quaſi neglecta jacet miſeranda Vrbs: olim licet frequentiſſima, & opulentiſſima, ut verè hîc locum habeat Dominica de deſertione Vrbis prædictio. Quæ verò hodie integræ viſuntur ædes, lapideæ quidem omnes, ſed humiles pleræque, & unius

P 7 tantùm

tantùm contignationis sunt ; pavimento so-
diali tectæ : paucæ ad secundam contignatio-
nem adscendunt ; paucissimæ ad tertiam. Ba-
zarra (id est Fora) etsi satis magnifica, antiquo
quippè opere, atque è quadrato lapide, æqua
mensurâ conciso, multis in locis etiamnum in-
tegra sunt ; ut plurimùm tamen tabernæ, et
ruinis deformes, & sordidæ, vel neglectæ & va-
cuæ spectantur. Rari enim hic sunt artifices, nul-
li ferè mercatores, præter eos qui annonam, &
pannos, ex camelorum vel caprarum pilis con-
textos, telasq; gossypinas vendunt. Incolæ ple-
rique, artem textoriam exercent, ac texendis
pannis, telisque gossypinis operam navant. Cæ-
teræ artes, ut plurimùm silent. Inter privatas
publicasque ædes, structuræ magnificentiâ emi-
nent ; Herodis Palatium, Pilati Prætorium, Se-
niaccorum hodiè domicilium, Xenodochium
publicum, & Divitis epulonis (ut vocant) ædes.
Omnium verò Meschitarum & Templorum, præ-
stantissimum est Salomonis, tum Præsentatio-
nis Mariæ, utrumque à Mahometæis possessum,
& plumbeis laminis tectum. His non immeritò
addi potest Sepulchri Dominici, seu Resurrecti-
onis, & Golgothanæ rupis, ad Christianos per-
tinens Basilica. Sunt prætereà & alia Templa
haudquaquàm contemnenda, partim a Christi-
anis, partim à Mahometæis, vel Mauris possef-
sa. Incolæ, Mauri ferè omnes, Christiani pauci,
pauciores Hebræi, quàm quis credat. Turcæ
verò paucissimi. Christiani, montem Gihon
proximasque Monti Calvariæ ædes, inhabitant.
Hebræi partem Montis Sion, incolunt. Turcæ,
Maurique, per universam sparsi Vrbem. Hebræi,

ut

ut plurimùm egeni, imò pauperrimi sunt, ditiorum alibi commorantium eleemosynis vivere assueti. Viget namque apud illos opinio, suum quem expectant Messiam, priùs quàm Hierosolymâ potituri sint, ignem ex improviso è cœlo demissurum: & flammis universam Vrbem consumpturum: mox imbre effuso, eas extincturum, ut ab immunditiis, & profanarum gentium, Christianorum nimirum, & Mahumetæorum (ut ipsi interpretantur) abominationibus, longâ habitatione commissis, Vrbs ipsa tot jam seculis prophanata, tota purgetur, & emundetur: eaq; de causâ (uti accepimus, adeò pauci, iique pauperrimi, & à cæteris mercede conducti, Vrbem tam horrendæ conflagrationi (ut putant) obnoxiam, incolunt. Præsunt urbi populoque tres supremi Magistratus; penes quos omnium & vita & mors consistit: primus Saniaccus appellatus, summum dignitatis apicem obtinet, præstatque cæteris auctoritate & gradu: nam præterquàm quòd in omnes Vrbis incolas militesque imperium exerceat, etiam universæ Hierosolymitanæ ditionis administrationem, & curam habet. Alter Cadius dictus (quod nobis Iudicem significat, Veneti Potestatem appellant) de causis litigantium cognoscit: estq; in civilibus, atque etiam criminalibus, supremus Iudex. Hos sequitur Subassius, id est, Iustitiæ præfectus; qui nocte præest, in sontes inquirit, carceribus mancipat: Cadii sententias executioni mandat, & ultimum supplicium, lictoris operâ, de reis sumit. Hic à Saniacco constituitur, ejusq; arbitrio, suo munere fungitur. Et porrò idem Cotovicus, Templum modernum

num Salomonis, ita describit. Hodie in monte Moriah extat Templum, non sanè antiquum illud, à Salomone instauratum, vel a Zorobabel restitutum: cum utrumq; (ut suprà retulimus) funditus eversum sit; sed longè recentius, ab Helenâ extructum, & à Mahumetæis postmodùm, auctore Homaro tertio a Mahomete Maurorum Caliphâ (ut Tyrius putat) auctum, vel restauratum; eodem tamen positus loco, etsi paulò inferiori, quo vetustum extitit. Id formam refert octogonam, constatque opere rotundo, & Græco labore, ex magnis sectis & politis lapidibus; præcellenti sanè formâ, amplâ atq; præaltâ: cujus inferior pars, marmoreis vestita tabulis, superior lateribus varii coloris, Damasceno opere illustrata est, testudine plumbeis copertâ laminis superimposita, totamque tegente Templi molem: in cujus summo fastigio, semicirculus est Lunaris, ex ære deaurato, Turcarum symbolum, Templis sive Moscheis ipsorum imponi solitum. Intus verò in medio Templi, infra interiorem columnarum seriem, rupes esse dicitur, aliquantulum eminentior, cum subjectâ in eodem saxo speluncâ, supra quam sedisse Angelum volunt, quem propter dinumerationem populi, à Davide incaute factam, percusisse populum sacræ referunt Literæ. Situs autem Templi ita se habet. Binæ areæ seu plateæ amplissimæ, atq; æquilateræ, una eminentiori alterâ, Templum circundant. Inferiori quadrangulâ & æquis distantibus columnis lateribus, per quadrum plus minus trecentorum passuum habet, albidoque marmore undique tecta, Templo multum addit, & splendoris & majestatis: Solis enim radiis resplendentibus, ita

refulget, ut intuentium oculi, quasi præstricti à Solis radiis avertantur. Palmis verò, Oleis, Aurantiisq; arboribus, eleganti ordine dispositis, passim consita spectatur. Porrò in medio hujus areæ, planities quædam surgit eminentior, elevata à solo inferioris areæ, pedes circiter duodecim; cujus item pavimentum, è marmore constat candido, atque eodem modo quadrilatera, à lateribus subjectæ ex omnibus partibus æquè distans. Hæc hodiernum Salomonis Templum, sivè Messitam in medio continet, quaternis scalis marmoreis adscensum præbens; eo ordine dispositis, ut una Orientem, altera Occidentem, tertia Meridiem, quarta septentrionem spectent. Orientis scala, rectà ad ingressum Templi ducit: qui unicus est, & ad solis ortum, Montem Olivarum respicit. Quatuor autem porticibus, sive Oratoriis, ad totidem angulos constitutis, superior area ornata est. Inferior muris undique cincta altissimis, quinq; portis aditum admittit, eo ordine constitutis, ut una Orientem, quæ hodiè obturata est, & Aurea appellatur; duæ aliæ Occidentem, quarta Meridiem, quinta Septentrionem respiciant. His addi potest ab eodem latere, & sexta, cæteris minor; juxta Piscinam Probaticam, muris urbis contermina. Intra hæc septa, nemini Mahometæorum habitare, nemini etjam introire, nisi nudis & lotis pedibus permittitur. Hibernis temporibus aquæ pluviales, quæ plurimæ de Templi descendunt ædificio, quasque aliundè non pauciores excipiunt, limpidissimæ, & absq; cœno, in cisternas defluunt: quæ plurimæ intra eadem septa continentur. Templum

plum hoc, per aliquot secula Patriarchali Cathedrâ decoratum, vero Dei cultu, celebre fuit: tandem verò à Sarracenis occupatâ Civitate invasum, ac spurco Mahometæo cultu, annis quadringentis & sexaginta tribus contaminatum, rursum anno 1100. licet turribus & portis validissimis apprimè communitum: à Duce Bullionense expugnatum, & Christiano ritui restitutum est: denique octoginta octo transactis annis, ob perniciosam Principum Christianorum discordiam, à Sarracenis rursùm occupatum, ac detestabili Mahometæo cultu conspurcatum, etiamnum polluitur: imò ab ejus introitu, capitali Turcarum decreto, Christiani & Iudæi arcentur omnes. Nam si intrâsse quis Templum fuerit deprehensus, vel Christi fidem abneget, vel morte plectatur; stipite per medium hominem acto, vel ignibus comburatur necesse est. Vti id quidem Græco cuidam Episcopo, & Minoritæ Hispano, superioribus annis contigisse, Minoritæ Gotovico narraverunt. Addere etiam lubet quæ habet Christophorus Furerus, in Itinerario Aegypti &c. Vbi ita scribit. Hierosolyma hodiè munita satis est, & undiquaque mœnibus, ante annos XXX. partim reparatis, partim de novo exstructis cincta: quo tempore mons Calvariæ, intra mœnia urbis adhuc inclusus fuit; mons Sion verò exclusus. Versus Septentrionem & occasum maxima pars mœniorum super rupem miro artificio condita est, ita ut quibusdam locis, dimidia pars murorum, mera rupes sit, dimidia verò rupi inædificata. Ea ædes habet pulchras, commodè exstructas; multa tamen adhuc loca sunt, ...

ædificiis

ædificiis occupata, quia multitudo hominum ibi est exigua. Illam urbis partem, quæ meridiem versus est, duo Templa Salomonis, & S. Mariæ occupant. Versus ortum verò & occasum, urbs muro, ædibusq; circundata est, portisq; ab omni illâ parte, quæ ad aream templi ducit ornata. Circuitum totius urbis, octo M. D. XVII. passuum esse, referunt; Plateas habet plurimas, inque iis mercatorum tabernas: quæ fornicatæ sunt & superiori parte lumen recipiunt. Pleræq; tamen vacuæ sunt & inanes, paucíq; ibi inveniuntur, qui mercaturam exercent. Castellum urbis occasum versus, rupi inædificatum est, fossâque profundâ munitum; quod à Pisanis exstructum esse referunt. In ejus ponte, Ianissarii cum Agâ suo, custodias agunt. Templum verò urbis, magnificè admodum marmore versicolori exstructum est: superius quasi cupam habens plumbo tectam, ad modum veteris illius, quod Salomon inimitabili magnificentiâ, exstruxit. Hodierni conditorem, Turcæ tertium à Mahumete Imperatorem Haumar celebrant: cujus magnitudo, veterem illam Salomonis non exæquat; licet veteri fundamento innitatur. Hodiernum in areâ quadratâ exstructum est, ad quam ab omni parte gradibus ascenditur: quo loco olim mons Moria fuit, in quo vetus Salomonis Templum fuit ædificatum. Sed montem istum, Romani complanârunt, & cum ruinis templi, in torrentem Cedron miserunt. Portæ templi sunt quatuor, quas singulæ porticus ambiunt, in quibus plurimi sunt Santoni, qui quotidie pro incolumitate regni Mahumetani vota faciunt, & à Turcarum Imperatore ex

reditibus

reditibus S. Sepulchri ſtipendia accipiunt. Sin-gulæ portæ, excubias ſuas habent, quæ omnes alios, qui Turcæ aut Arabes non ſunt, ab ingressu arcent: ex quo fit, ut nemo Chriſtianus de internâ illius formâ, ut teſtis oculatus referre poſſit. Si quis Chriſtianus, vel Iudæus ingredia-tur, vel Turcarum religionem amplecti cogitur, vel factum ultricibus flammis expiare. Turcis etiam, niſi lotis priùs pedibus introire nefas eſt. Dicunt introrsùs, tribus ordinibus columna-rum, è candido marmore, ædificatum eſſe, aſ-ſervariq; in eo rupem iſtam, in qua David an-gelum illum vaſtatorem vidit, qui populum à Rege luſtratum gladio peſtifero percuſſit. Ter-tio igitur die poſtquam urbem ingreſſi ſumus, præfectus cœnobii, monachum quendam, Cor-nelium nomine, perluſtrandæ urbi, ducem no-bis dabat. De eoq; myſtagogo, Hieroſolymi-tano, idem ferè hodiè dici poteſt, quod Tullius olim, de myſtagogis Syracuſanis dixit: hi, qui hoſpites ad ea, quæ viſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidq; oſtendere, quos illi myſtagogos vocant; converſam jam habent demonſtratio-nem ſuam. Nam ut antè demonſtrabant, quid ubiq; eſſet; ita nunc, quid undiq; ablatum ſit, o-ſtendunt. Is igitur, primùm per portam judici-ariam (quæ ita dicitur, quod per eam capite da-mnati in montem Calvariæ, hoc eſt, locum ju-dicii exequendi, deducebantur, quam etiam Salvator noſter, cùm jam cruci affigi debebat, tranſiit) ad ædes olim S. Veronicæ nos ducebat: deindè ad domum divitis Epulonis, à quo non procul, locus ille eſt, ubi Servator noſter, ad mu-lierculas, quæ eum cum lacrymis ſequebantur.

conversus

conversus, non mortem suam, sed proprium illarum, & totius urbis infortunium, exitiumq; deplorare jussit: item alter ille, ubi Iudæorum cohors, Simoni Grenensi, crucem post Iesu tergum, ad locum Calvariæ ferendam imposuêre. Posthæc porticum, Ecce Homo, dictam; vidimus, & domum Pilati, quam hodiè Sangiacus inhabitat: ad cujus sinistram super colle peramæno, Herodis palatium est, in quod Iesus à Pilato missus, ab Herodianis derisus fuit: & paulò inferiùs, templum S. Annæ, quo loco B. Virginem habitâsse referunt. Vlterius progressi per portam gregis (quæ ita dicitur, quòd greges olim per eam introducebantur in templo immolandi) propè templum Salomonis ad piscinam Probaticam venimus, quæ quinq; porticus habuit, in quibus jacebant ægroti, aquæmotum expectantes. Porta illa gregis, alias etiam B. Stephani vocatur; juxta quam versus torrentem Cedron locus ille monstratur, quo D. Stephanus, lapidibus obrutus fuit. Hinc non procul porta aurea abest, ad aream Templi ducens, quam Turcæ, quo minùs pervia esset, muro obstruxerunt. Ad medium torrentis, magnum Templum, loco isti inædificatum est, ubi corpus B. Virginis sepultum fuit, cujus sepulchrum ejusdem magnitudinis est cum sepulchro Christi: de quo infrà. Ad dextram illîc, S. Ioachimi & S. Annæ monumenta visuntur; qui parentes fuêre B. Mariæ: & è regione sepulchrum Iosephi, B. Virginis mariti, ad quæ omnia gradibus aliquot, infra terram descenditur. Hinc ad locum illum accessimus, in horto Gethsemani, ubi Servator noster ad Deum patrem preces

fundens sanguine sudavit, deindè ad alterum illum, in quo tres ipsius discipuli, Petrus, Iacobus, & Iohannes, opperiri & orare jussi, nimio sopore gravati obdormivêre. Ibidem illum quoque locum vidimus, ubi Christus Iudæ osculo proditus fuit: propè pontem torrentis, ubi in saxo vestigia monstrantur pedum Christi. Præterea duo ibidem monumenta sunt egregia, quorum unum rotundum est, instar Sacelli, lapide fastigiato tectũ, quod alii Absolonis, alii Iosaphati esse dicunt: alterum Zachariæ filii Barachiæ cum Pyramide: ad cujus sinistram propè montem Oliveti collis ille est, mons offensionis dictus, ubi Salomon idolum Moloch erexit, quo detestabili loco, homines malè sani, filios suos dæmoniis offerebant; traiiciẽtes eos per ignem. E regione, ille locus monstratur, ubi Iudas laqueo collum sibi fregit. Hinc ad fontẽ Siloam, & piscinam ejus progressi sumus, ad pedes montis Sion; in qua cæcus ille natus, mandato Christi oculos lavans, videns ad suos rediit. Illic superius paulò, quercus illa stetit, Rogel dicta, ubi Adonias Davidis filius, splendido habito convivio, regnum patris affectavit: quo eodem loco, etiam Vates Esaias, sepultus dicitur, serra prius juxta fontem Silohæ dissectus. Haud longo indè intervallo, specus est, in quo discipuli Christi, tempore passionis latuisse memorantur. Circum hæc loca, sepulchra sunt Iudæorum plurima, omnia è rupe excisa, quæ inter agri figuli est; Hakeldama dictus, emptus triginta argenteis, quibus Iudas Dominum vendidit: quem agrum peregrinorum vocant, in quo hodieque Christiani peregrini, sepeliuntur. Hinc ad aquæductum

ductum descendimus piscinæ superioris, quæ est in viâ agri fullonis, ubi Rabsaces præfectus militū Sennacheribi, temporibus Ezechiæ cum Iudæis, de deditione urbis, è muro superbè colloquutus est. Atq; hæc unâ die perlustravimus. X. Februarii à meridie ad S. Sepulchrum abeuntes locum illum præterivimus, ubi Abraham filium Isaacum immolare jussus est; propè quem rudera supersunt palatii Equitum S. Sepulchri: duo item templa, magna satis, & egregia Orientem versus, quorum unum D. Iohannis vocatur, sive Equitum Melitensium: alterum S. Marci, quo loco carcer ille fuit, in quo Herodes D. Petrum detinuit, qui locus hodieq; carceri destinatus est. His visis ad Templum S. Sepulchri accessimus, ad quod antequam intromitteremur, priùs singuli novem ducatos, ut vocant, Venetos persolvimus. Mercatores Veneti quinque tantum persolvunt: Christiani Græci, qui Episcopo Constantinopolitano parent, quatuor: illi verò qui Antiocheno & Alexandrino, duos duntaxat: cujus pecuniæ portionem Turcæ in Xenodochium impendunt. In hoc templo propè chorum, monumenta sunt duorum Argonautarum Christianorum, qui posteà successivè in reges Hierosolymitanos electi fuêre, Gothofredi Bullionei, & Balduini. Monumento prioris, hæc verba inscripta sunt: heic jacet inclytus Godefridus de Bullion, qui totam istam terram acquisivit cultui divino, cujus anima requiescat in pace, Amen. In altero verò Balduini, ista leguntur:

Rex Balduinus, Iud us alter Maccabæus.
Spes patriæ, vigor Ecclesiæ, virtus utriusq;,

Quem

Quem formidabant, cui dona tributa ferebant
Cedar & Ægyptus, & Edom ac homicida Damas
Proh dolo! in modico clauditur hoc tumulo.

Superiùs ad dextram templi, in rupe quadam scissura est, quam tempore mortis Christi factam referunt. Hinc gradibus in montem Calvariæ ascendentes, quo loco Adamum & Melchisedechum sepultos fuisse memorant; locum vidimus sanctæ crucis, & circumcircà sacella plurima, ut Sacellum coronationis, Sacellum crucifixionis, Sacellum S. Helenæ, sacellum inventæ crucis, Sacellum vestimentorum divisorum, Sacellum fellis & aceti, & Sacellum columnæ, ad quā Christus flagellis cæsus fuit, aliaq; plura. Dicunt enim S. Helenam, quæ ob Christi crucem inventam, tantopere ab Ecclesiasticis Scriptoribus, utpotè Divis adscripta, commendatur, & constantinum Imp. per totam terram sanctam, omnibus iis locis, quorum mentio est in sacris literis, vel templum, vel Sacellum in rei memoríam ædificasse. Ibidem in viâ, duo lapides sunt rotundi, quorum unus locum illum notat, ubi Christus à resurrectione, Mariæ Magdalenæ formâ hortulani apparuit: alter verò illum, quâ mulieres Dominicâ Resurrectionis, cum unguētis suis transiêre. In templo isto, quod dixi, Sacellum est S. Sepulchri, quod ab utroq; latere, duos lapides habet marmoreos, mœniorum instar, quibus insideri potest, & ostium ex Hebeno, per quod in aliud Sacellum intratur, quod anterius vocant. In hujus anterioris Sacelli medio Ophites est, tantæ longitudinis, quanta est longitudo Sacelli, qui lapis serpentium maculis similis apparet: unde & nomē

accepit, contra ictus illorum, aliaq; ad remedia valens. Est & rupes ibi quadrata, super quâ, angelos à resurrectione Christi sedisse affirmant. Hoc Sacellum anterius, totum marmore stratum est, longitudine XII. pedum, utrinq; fenestellis conspicuum. Versus Orientem ostium, è rupe excisum humile admodùm, ita ut non nisi curvatus transire possis. Per hoc ostium, in cryptam istam intratur, in quâ ad dextram ipsum sanctum est sepulchrum, candido marmore obductum, exceptâ superiori parte, quæ rupes est, scabra atq; impolita. Longitudo ejus octo pedum est, spatium verò illud, quod sepulchrum inter, & reliquam cryptæ partem interest, duos duntaxat pedes latum est. Fenestram habet nullã, sed sexaginta circiter lampades, à diversis nationibus illic suspensas, & tria superius spiracula, per quæ fumus emittitur. Supra sepulchrum, quo altaris loco utuntur, tabula dependet, in qua historia resurrectionis Christi depicta est, opere perantiquo. Atq; hic locus ille est, in quo monachi Equites istos, quos vulgò Hierosolymitanos vocant, creare solent, quem honorem petenti non facilè denegant: si præter impensas ad ritum initiationis necessarias, non magnas admodum, decem ducatos aureos persolvat, & ritu illorum ad sacram σύναξιν accedat, inq; hæc capita juret: quòd verè sit Christianus, quòd verè nobilis, qui propriis reditibus vivere possit, quòd adversus infideles suis sumptibus militare, quod viduas & pupillos, inprimis verò Religionem, ut vocant, Catholicam Romanam defendere velit &c. in ejus testimonium postea literas patentes erogant, rubro sigillo confirmatas.

Q tas.

tas. In Sacello S. ſepulchri, ſoli Latini miſſas celebrant, reliquis intrare tantùm permiſſum eſt, ita tamen ut calceos priùs exuant. In ipſo verò templo majori, quod lampadum numero conſpicuum valdè erat, ingens hominum multitudo, diverſarum nationum & ſectarum convenerat; Græci, Armeni, Syri, Neſtoriani, Iacobitæ, Georgiani, Abaſſini, Maronitæ, aliiq;: qui omnes confusè, ſinguli ſuâ linguâ, rituq, nullo ſervato ordine, pars orabant, pars hymnos cantabant, pars celebrabant miſſam. Eorum nonnulli in urbe Hieroſolymorum, locisq; vicinis habitant, alii exteri ſunt, & certis tantùm anni temporibus devotionis causâ illûc veniunt. Statuas in templo habent nullas, præter Conſtantini Imp. & S. Helenæ, & ſuperiori templi parte duodecim Apoſtolorum imagines opere Muſivo, ſive teſſelato graphicè redditas. In hoc templo cùm pernoctaſſemus, poſterô die, qui XI. erat Februarii, à Turcis iterum dimiſſi ſumus, qui fores duplici peſſulo obdebant. Hinc ad domum adceſſimus, in qua tres Mariæ unguenta ſua præparârunt, quæ Dominicâ reſurrectionis, ad unguendum corpus Chriſti exivêre. Hinc non procul, templum eſt Iacobi minoris, in cujus medio, marmoreum monumentum eſt: quo loco dictum Apoſtolum, juſſu Herodis Agrippæ, ſecuri cæſum fuiſſe dicunt. Poſthæc ad cænaculum domus Caiphæ acceſſimus: hinc juxta muros urbis, ad portam ſterquilinii, à quâ non longè, locus ille abeſt, ubi B. Virginem è vivis exceſſiſſe ferunt: de cujus corpore monachi narrant, cùm Apoſtoli illud ad ſepulturā deportârint, Iudæos quoſdam advenisse, corpusq; defu-

defunctæ vi auferre voluisse; verum subitâ consternatione ab incepto deterritos, corpus Apostolis sepeliendum reliquisse. Ibidem ille quoque locus monstratur, ubi Petrus perfidæ abnegationis suæ memor, ad Servatorem respexit, & amarè flevit. Per hanc portam sterquilinii, quæ est in infimâ urbis parte, Christus captivus introductus fuit. Per eam sordes urbis, Moriam inter & Sionem montes, in torrentem Cedron effluunt. Hinc inferius paulò, angulus quidam adhuc superest antiquorum mœniorum, operis reverâ stupendi, & propè eum alius quidam, ubi in supremâ mœniorum parte, è fenestrâ, columnæ cujusdam particula, trium pedum protenditur, de qua Turcæ hanc fabulam, sive blasphemiam potius credunt: super eâ Mahometen suum tempore judicii extremi sessurum esse, & de judicio Christi cogniturum, rectenè humanum genus judicârit; quo deprehenso, sororem suam ipsi desponsaturus sit, & sic conjunctiorem amicitiam cum ipso initurus. His visis, torrentem Cedron transivimus: qui nisi frequentes sint pluviæ, totus exsiccescit. Hinc montem Oliveti conscendentes, in viâ locum illum vidimus, quo Ficus stetit, quæ ex maledictione Christi, ob non repertos fructus exaruit. Situs illius montis peramœnus est: è quo montes Iudææ, deserta Arabiæ, mare mortuum, mons Seir, Iordanis fluvius, & planities Hierunchuntis, visu obiri possunt. Ex eo etiam, in valle quadam, tugurium vidimus, quod olim sacellum fuit, quam Simonis leprosi domum fuisse ferunt. Propè hunc Bethania sita est, & castellum Lazari, quod super rupem conditum est,

loco peramœno; estque fossâ & quadratâ [illegible] ri probè munitum. Infra hanc rupem sepulcrum Lazari est, quem Christus è mortuis resuscitavit: hodiè in sacellum mutatum, undiquaque marmore splendescit. Quomodò autem Vrbs Hierosolymorum superioribus seculis fuerit comparata, illius temporis Itineraria, satis operosè referre solent: inprimis Borchardus Monachus Germanus, familiæ Dominicanæ *qui vixit circa A. C. 1283. in descriptione terræ sanctæ* hac de re multa habet. Sed nunc & aliquos, qui eadem hæc Germanicè descripserunt, subjungere lubet. Et quidem Leonhardus Rauwolff in seiner Orientalischen Raiß ita scribit, das heilige Land (welches nach der verheissung den Altvättern gethan / die Israeliter lange zeit besessen / vnnd innen gehabt) war etwan (wie im 5. Buch Mosi am [illegible] zulesen) daß fruchbarste/reichste Land, von getraidt/ Früchten/ Weinwachs/ vnd allem dem/ was zu deß Menschen leben vnd auffenthaltung gehört / Wie dann der Herr selbst gesagt / daß er jhnen ein Land/ so von Milch vnnd Honig fliesse / wöll eingeben: Dann es hat schöne Thäler/ Berg/ Felder/ vnd Lustgärdten/ mit Brunnen/ Bäumen/ herrlich gezieret/ daß also dieselb wol für ein irrdisches Paradeys erwehlet worden / darinnen Adam vnd Eva gewohnet/ Gott geehret vnd gedienet haben. Wie nun daß Land guete halber/ also hat die Statt Jerusalem/ so mitten inne liget/ andere Stätt in gebäwen/ herrlichkeit/ bevestigung / vihle der Innwohner / alle vbertroffen / So hat auch GOtt der Herr sie von anfang besuchet / jhme da lassen erbawen ein Hauß/ daß er für andere erwehlet / vnd seinem Namen geheiliget hat: Vnd vber daß / hat er sie auch mit hohen=

hen Priestern / Königen vnd Propheten begabet / so lang biß Gott der himmlische Vatter / seinen eingebohrnen Sohn selbst / vnsern Herrn Jesum Christum / ins fleisch gesand / der jhnen seinen willen mit Lehren vnd wunderzeichen geoffenbahret hat. Nach dem sie aber seine gnedige heimsuchung nicht erkennet / noch seine gesandte auff vnnd angenommen: sonder viel mehr die verhönet / getödtet / dem Herrn der Ehren selb verworffen / sich an andere Götter gehencket / die angebettet / vnd jhnen gedienet haben: hat sie auch Gott endtlich verstossen / vnder die Heiden zerstrewet / jhren Tempel sampt der Statt verbrennet / außgereüt / vnd jhr Landtschafft zur vnfruchtbahren Wüstin gemacht / das also die straff vber sie ergangen / die jhnen der heilige Prophet Esaias an seinem 13. Capitel zuvor verkündet / da er spricht: Sihe deß Herrn tag kompt graussam / zornig / grimmig / das Land zuverstören / vnd die Sünd darauß zuvertilgen: wie auch am 28. Da er redet von dem vntergang Jerusalem: Du hast die Statt zum Steinhauffen gemacht / die starcke Statt zum vndergang / sie würd inn ewigkeit nicht gebawet / darvon würd auch geredt Danielis am 9. &c. das soll billich vns vnd allen Menschen zur Warnung ein Exempel des strengen zorens Gottes / biß an jünsten Tag sein. Dann von der herzlichen Statt Jerusalem / die Gott für andere erwehlet / vnd jhren gewaltigen gebäwen / derenthalben die alte Statt vor der zerstörung gar hoch berhümet gewesen / ist heütigs tags so gar nichts zusehen / das einer bald zweiffelt / ob sie an dem Ort gestanden: da mans nicht bey etlichen heiligen Orthen / vnnd der Gelegenheit herumb / eigentlich möchte abnemmen. Ist also deß Irrdische Hierusalem / von wegen der vn-

glaubigen Innwohner / die den gesandten Messiam weder erkennen / noch sein lehr zu jhrem heil wolten annemmen / außgedilget: vnd hergegen widerumb der weeg den Heiden zum Himmlischen Geistlichen Jerusalem / auffgethan / vnd durch die heilige Apostel zubawen angefangen worden. So seind sie auch von jedermann dermassen verhasset / vnd verachtet / sonderlich aber von den Türcken (die jhnen bald feinder seind / dann jrgend einer andern Nation) daß sie die nicht vnder sich wurden leiden / wann sie die Juden / nicht von Türckischen Kaiser vmb ein grosse Summa gelts / sondere vergünstigung hetten / zu dem bewohnend heütiges tages jhre Statt / vnnd Landtschafften / Türcken / Mohren / Arabes, die diß bawens vnd pflantzens wenig achten / leyden lieber Hunger / dann daß sie mit jhrer Hand arbeit / etwas gewinnen solten. Vnd ob schon aussen herumb die gegend / sonderlich vmb Jerusalem / gebürgig / rauch vnd übel erbawet / durchsuchen sie gleichwol die erbawte örter / so hin vnd wider zufinden / vnd durchstreiffen die / wie die hewschrecken mit hauffen / also daß man Jährlich / nit geringen abgang spüret. Dieweil dann vmb die Statt der Feldbaw gering / vnd also jhr einkommen gar klein / muß man jhnen vast alles / was sie bedörffen von andern orten zuführen. Also ist auch die Statt Jerusalem / die noch zimlich groß / gar vbel erbawet / vnd hat innerhalb rinckmauren (die vom Türckischen Kayser vor etlich Jahren / gar new herumb geführet worden) große weite plätz / die öd ligen / vnnd so voller schrofen vnd stein seind / daß man dar vor auff den Plätzen nit wol kan vmbgehn: So seind jhre Gärten (auch die so innerhalb der Statt ligen / vnd vbel gezafft seind) mit nidern meürlin von koth eingefangen.

gen/ daß die kaum von anderthalb/in zwo eln hoch/ vnd ein jeder darüber ohne müeh wol mag steigen: solche werden in kurtzer zeit von regen widerumb verflößt/ daß also die Leut an denen/ein ewigen baw haben. Ihre behaußungen seind auch klein vnd nider / haben wend mit erden geklebet / deren zimlich viel bawfellig seind / viel gar auff einem hauffen ligen: Also ists auch mit den Kirchen beyder Apostel S. Joannis vnd Petri / der gefängnus Petri/ behaußung Veronicæ (welche alle die Cordelier darfür weissen) sampt andern mehr orten geschaffen/ Ja man findt etliche gaßen/fürnemlich aber bey jhrem Bazar oder Kauffhauß herumb / darinnen vast durchauß alte gewelbte Läden / die zum theil eingefallen seind: theils mit jhrem gesandetem koth so volleingeschütt / daß das sehr an die gaßen herauß reisset: daher (sonderlich zur Sommerszeiten) in denselbigen herumb / der staub so dick liget / daß man alle schritt / so wol als im schnee / oder in sandechten wüstinen / spüren kan. Bey dem allem wol abzunemmen / daß die Türcken mehr verwüsten/ dann sie wider erbawen: deßhalben sie recht Türckē/ daß ist soviel geredt / als verhörger / verderber / mit dem nahmen vnnd werck / genennt werden. Wie aber nun die Statt/ in jhren rinckmauren nicht bald kleiner / als die alte gewesen / möchte einen/in ansehung der jetzigen gebäw / wol wunder nemmen/ wie sich vmb die zeit der zerstörung / ein so grosse menge Volcks in die zehenmahl Hundert tausend / darinn hät mögen verhalten. Jerusalem ward vor Jahren mit tieffen klingen / gräben vnnd thälern vmbgeben vnd verwart/fürnemblich aber an dreyen seyten/gegen Mittag / gegen auff vnnd Nidergang: daß man also nicht so wol möchte hinzu kommen / dann

allein von Mitternacht warts/da die Statt und vnd ein eben Land hat. Dise tieffinen seind mit dem genist / vnd koth von den zerbrochnen mauren / vnd zerrüßnen verwüsten gebäwen / dermassen außgefült worden/ daß ein jeder in die Statt/welcher wie ein anderer Flecken offen stünd / ohne müch möchte kommen. Als aber der Türck nach eroberung dieser Landtschafften befand / das die Statt gar offen/ vnd die Christen von allen enden mit hauffen in jhren Bilgerfärten dahin zogen/besorgend/ sie möchten solche abermahls / wie vor Jahren geschehen/ einnemmen vnnd besitzen / ließ er die wider mit gantzen rinckmauren beschliessen / welche wol zimlich hoch / aber so dünn seind / daß sie nicht grossen anstoß möchten erleiden. Wie aber zuvor die Statt in vier ecken gestellet gewesen/also ists jetzundt mehr in die runde erbawet. Sonderlich aber an den seiten deß Berges Calvariæ, welcher zuvor außerhalb der Statt gelegen/ jetz aber in die rinckmaur ist eingefangen worden. Die Türcken haben an statt der alten Porten / in der new herumb geführten rinckmauren / andere auffgericht vnnd erbawet / an der anzahl gleichwol kaum halb soviel : deren etliche (nach dem die Statt an enden vnnd orten erweitert oder eingezogen worden) versetzet / etliche andere aber/ den alten gaßen nach / widerumb in jhre vorige stell erbawet. Als erstlich das Vischthor / welches noch steth gegen Nidergang hinder dem Berg Sion, vnd für dem Berg Gihon vber : wie solches zuschliessen auß den worten des andern Buchs der Cronick : am 33. Cap: Manasse bawet die eüssere Mauren an der Statt David / von Abendwarts an Gihon im Bach / vnnd da man zum Vischthor eingeht. Der Berg Sion in Heiliger Schrifft gar

namhafft /

namhafft/hat aussen herumb hohe Wänd/hohe Felsen/tieffe Gräben unnd Thäler/daß der nicht bald zuersteigen gewesen/dann allein an der einen seiten gegen Mitternachtwarts/da er gegen der underen Statt haldet: das also die Burg und Statt David/so darauff gelegen/gar vest/und gleich unüberwindlich gewesen/wie solches auß dem 48. Psalmen zuverstehn/da also steth: Der Berg Sion ist wie ein schön zweiglin/des sich das gantze Landt tröstet/an der seiten gegen Mitternacht/ligt die Statt des grossen Königs. Dieweil dann daß Schloß und die oberstatt Millo, mit Thürnen und Mauren dermassen bevestet und bewahret/das die nicht wol zugewinnen ward/haben die Iebusiter (nach dem schon daß verheissen Landt Canaan, sambt der Statt Jerusalem/eingenommen worden) sich darinnen vor dem gantzen gewalt Israëls, welche die offtermahls underständen zuerobern/lange zeit auffgehalten/und die Statt Jerusalem/nach ihrem namen Iebus genennet: biß das der Königlich Prophet David kommen/der sie mit gewalt erobert/nach welcher/als er das obertheil der Statt widerumb erbawet/das Schloß in ein gebäw darzu gebracht/und alles mit mauren umbgeben/hat er die nach seinem namen Davids Statt genennt sein Hoffhaltung darinnen angericht/seinen Helden und Bevelchsleüten wohnungen eingeben. Under welchen auch Vria einer wahr/der sein behaußung nahe bey deß Königs Palast hat/in welcher der König/als er auff das Dach seines Haußes gieng/sein Weib die schöne Bethseba ersehen. Die behaußungen/haben von alten (wie die auch noch zu unseren zeiten erbawet seind) an statt der Dächer/geschlagne Oesterich/daß mann darauff kan umbgehn: als

fundens sanguine sudavit, deindè ad alterum illum, in quo tres ipsius discipuli, Petrus, Iacobus, & Iohannes, opperiri & orare jussi, nimio sopore gravati obdormivêre. Ibidem illum quoq; locum vidimus, ubi Christus Iudæ osculo proditus fuit: propè pontem torrentis, ubi in saxo vestigia monstrantur pedum Christi. Præterea duo ibidem monumenta sunt egregia, quorum unum rotundum est, instar Sacelli, lapide fastigiato tectū, quod alii Absolonis, alii Iosaphati esse dicunt: alterum Zachariæ filii Barachiæ cum Pyramide: ad cujus sinistram propè montem Oliveti collis ille est, mons offensionis dictus, ubi Salomon idolum Moloch erexit, quo detestabili loco, homines malè sani, filios suos dæmoniis offerebant; traiiciētes eos per ignem. E regione, ille locus monstratur, ubi Iudas laqueo collum sibi fregit. Hinc ad fontē Siloe, & piscinam ejus progressi sumus, ad pedes montis Sion; in qua cæcus ille natus, mandato Christi oculos lavans, videns ad suos rediit. Illic superius paulò, quercus illa stetit, Rogel dicta, ubi Adonias Davidis filius, splendido habito convivio, regnum patris affectavit: quo eodem loco, etiam Vates Esaias, sepultus dicitur, serra prius juxta fontem Silohæ dissectus. Haud longo indè intervallo, specus est, in quo discipulos Christi, tempore passionis latuisse memorant. Circum hæc loca, sepulchra sunt Iudæorum plurima, omnia è rupe excisa, quæ inter ager figuli est; Hakeldama dictus, emptus triginta argenteis, quibus Iudas Dominum vendidit, quem agrum peregrinorum vocant, in quo hodieque Christiani peregrini, sepeliuntur. Hinc ad aquæductum

ductum descendimus piscinæ superioris, quæ est in viâ agri fullonis, ubi Rabsaces præfectus militũ Sennacheribi, temporibus Ezechiæ cum Iudæis, de deditione urbis, è muro superbè colloquutus est. Atq; hæc unâ die perlustravimus.
X. Februarii à meridie ad S. Sepulchrum abeuntes locum illum præterivimus, ubi Abraham filium Isaacum immolare jussus est;propè quem rudera supersunt palatii Equitum S. Sepulchri: duo item templa, magna satis, & egregia Orientem versus, quorum unum D. Iohannis vocatur,sive Equitum Melitensium: alterum S. Marci, quo loco carcer ille fuit, in quo Herodes D. Petrum detinuit, qui locus hodieq; carceri destinatus est. His visis ad Templum S. Sepulchri accessimus, ad quod antequam intromitteremur, priùs singuli novem ducatos, ut vocant, Venetos persolvimus. Mercatores Veneti quinque tantum persolvunt: Christiani Græci, qui Episcopo Constantinopolitano parent, quatuor: illi verò qui Antiocheno & Alexandrino, duos duntaxat: cujus pecuniæ portionem Turcæ in Xenodochium impendunt. In hoc templo propè chorum, monumenta sunt duorum Argonautarum Christianorum, qui posteà successivè in reges Hierosolymitanos electi fuêre, Gothofredi Bullionei, & Balduini. Monumento prioris, hæc verba inscripta sunt: heic jacet inclytus Godefridus de Bullion, qui totam istam terram acquisivit cultui divino,cujus anima requiescat in pace, Amen. In altero verò Balduini, ista leguntur:

Rex Balduinus, Iudas alter Maccabæus.
Spes patriæ, vigor Ecclesiæ, virtus utriusq;

Quem formidabant, cui dona tributa f[illegible]bant,
Cedar & Ægyptus, & Edom ac homicida D[illegible]
Proh dolo! in modico clauditur hoc tumulo.

Superiùs ad dextram templi, in rupe qua[illegible] scissura est, quam tempore mortis Christi [illegible]ctam referunt. Hinc gradibus in montem Calvariæ ascendentes, quo loco Adamum & Melchisedechum sepultos fuisse memorant, lo[illegible] vidimus sanctæ crucis, & circumcirca sacella plurima, ut Sacellum coronationis, Sacellum crucifixionis, Sacellum S. Helenæ, sacellum inventæ crucis, Sacellum vestimentorum divisorum, Sacellum fellis & aceti, & Sacellum columnæ, ad quã Christus flagellis cæsus fuit, aliaq; plura. Dicunt enim S. Helenam, quæ ob Christi crucem inventam, tantopere ab Ecclesiasticis Scriptoribus utpotè Divis adscripta, commendatur, & constantinum Imp. per totam terram sanctam, omnibus iis locis, quorum mentio est in sacris literis, vel templum, vel Sacellum in rei memoriam ædificasse. Ibidem in viã, duo lapides sunt rotundi, quorum unus locum illum notat, ubi Christus à resurrectione, Mariæ Magdalenæ formâ hortulani apparuit: alter verò illum, quâ mulieres Dominicâ Resurrectionis, cum unguẽtis suis transiere. In templo isto, quod dixi, Sacellum est S. Sepulchri, quod ab utroq; latere, duos lapides habet marmoreos, mœniorum instar, quibus insideri potest, & ostium ex Hebeno, per quod in aliud Sacellum intratur, quod anterius vocant. In hujus anterioris Sacelli medio Ophites est, tantæ longitudinis, quanta est longitudo Sacelli, qui lapis serpentium maculis similis apparet: unde & nomẽ

accepit, contra ictus illorum, aliaq; ad remedia valens. Est & rupes ibi quadrata, super quâ, angelos à resurrectione Christi sedisse affirmant. Hoc Sacellum anterius, totum marmore stratum est, longitudine XII. pedum, utrinq; fenestellis conspicuum. Versus Orientem ostium, è rupe excisum humile admodùm, ita ut non nisi curvatus transire possis. Per hoc ostium, in cryptam istam intratur, in quâ ad dextram ipsum sanctum est sepulchrum, candido marmore obductum, exceptâ superiori parte, quæ rupes est, scabra atq; impolita. Longitudo ejus octo pedum est, spatium verò illud, quod sepulchrum inter, & reliquam cryptæ partem interest, duos duntaxat pedes latum est. Fenestram habet nullã, sed sexaginta circiter lampades, à diversis nationibus illic suspensas, & tria superius spiracula, per quæ fumus emittitur. Supra sepulchrum, quo altaris loco utuntur, tabula dependet, in qua historia resurrectionis Christi depicta est, opere perantiquo. Atq; hic locus ille est, in quo monachi Equites istos, quos vulgò Hierosolymitanos vocant, creare solent, quem honorem petenti non facilè denegant: si præter impensas ad ritum initiationis necessarias, non magnas admodum, decem ducatos aureos persolvat, & ritu illorum ad sacram συνάξιν accedat, inq; hæc capita juret: quòd verè sit Christianus, quòd verè nobilis, qui propriis reditibus vivere possit, quòd adversus infideles suis sumptibus militare, quod viduas & pupillos, inprimis verò Religionem, ut vocant, Catholicam Romanam defendere velit &c. in ejus testimonium postea literas patentes erogant, rubro sigillo confirmatas.

Q tas.

tas. In Sacello S. ſepulchri, ſoli Latini miſſam celebrant, reliquis intrare tantùm permiſſum eſt, ita tamen ut calceos priùs exuant. In ipſo verò templo majori, quod lampadum numero conſpicuum valdè erat, ingens hominum multitudo, diverſarum nationum & ſectarum convenerat; Græci, Armeni, Syri, Neſtoriani, Iacobitæ, Georgiani, Abaſſini, Maronitæ, aliiq; qui omnes confusè, ſinguli ſuâ linguâ, rituq; nullo ſervato ordine, pars orabant, pars hymnos cantabant, pars celebrabant miſſam. Eorum nonnulli in urbe Hieroſolymorum, locisq; vicinis habitant, alii exteri ſunt, & certis tantùm anni temporibus devotionis causâ illùc veniunt. Statuas in templo habent nullas, præter Conſtantini Imp. & S. Helenæ, & ſuperiori templi parte duodecim Apoſtolorum imagines opere Muſivo, ſive teſſelato graphicè redditas. In hoc templo cùm pernoctaſſemus, poſterò die, qui XI erat Februarii, à Turcis iterum dimiſſi ſumus, qui fores duplici peſſulo obdebant. Hinc ad domum adceſſimus, in qua tres Mariæ unguenta ſua præparârunt, quæ Dominicâ reſurrectionis, ad unguendum corpus Chriſti exivêre. Hinc non procul, templum eſt Iacobi minoris, in cujus medio, marmoreum monumentum eſt: quo loco dictum Apoſtolum, juſſu Herodis Agrippæ, ſecuri cæſum fuiſſe dicunt. Poſthæc ad cænaculum domus Caiphæ acceſſimus: hinc juxta muros urbis, ad portam ſterquilinii, à qua non longè, locus ille abeſt, ubi B. Virginem è vivis exceſſiſſe ferunt: de cujus corpore monachi narrant, cùm Apoſtoli illud ad ſepulturam deportârint, Iudæos quoſdam adveniſſe, corpusq; defun-

defunctæ vi auferre voluisse; verum subitâ consternatione ab incepto deterritos, corpus Apostolis sepeliendum reliquisse. Ibidem ille quoque locus monstratur, ubi Petrus perfidæ abnegationis suæ memor, ad Servatorem respexit, & amarè flevit. Per hanc portam sterquilinii, quæ est in infimâ urbis parte, Christus captivus introductus fuit. Per eam sordes urbis, Moriam inter & Sionem montes, in torrentem Cedron effluunt. Hinc inferius paulò, angulus quidam adhuc superest antiquorum mœniorum, operis reverâ stupendi, & propè eum alius quidam, ubi in supremâ mœniorum parte, è fenestrâ, columnæ cujusdam particula, trium pedum prorenditur, de qua Turcæ hanc fabulam, sive blasphemiam potius credunt: super eâ Mahometen suum tempore judicii extremi sessurum esse, & de judicio Christi cogniturum, rectenè humanum genus judicârit; quo deprehenso, sororem suam ipsi desponsaturus sit, & sic conjunctiorem amicitiam cum ipso initurus. His visis, torrentem Cedron transivimus: qui nisi frequentes sint pluviæ, totus exsiccescit. Hinc montem Oliveti conscendentes, in viâ locum illum vidimus, quo Ficus stetit, quæ ex maledictione Christi, ob non repertos fructus exaruit. Situs illius montis peramœnus est: è quo montes Iudææ, deserta Arabiæ, mare mortuum, mons Seir, Iordanis fluvius, & planities Hierunchuntis, visu obiri possunt. Ex eo etiam, in valle quadam, tugurium vidimus, quod olim sacellum fuit, quam Simonis leprosi domum fuisse ferunt. Propè hunc Bethania sita est, & castellum Lazari, quod super rupem conditum est,

loco peramœno; estque fossâ & quadratâ [illegible]ri probè munitum. Infra hanc rupem sepulchrum Lazari est, quem Christus è mortuis resuscitavit: hodiè in sacellum mutatum, undiquaque marmore splendescit. Quomodò autem Vrbs Hierosolymorum superioribus seculis fuerit comparata, illius temporis Itineraria, satis operosè referre solent: inprimis Borchardus Monachus Germanus, familiæ Dominicanæ *[illegible] xit circa A. C. 1283. in descriptione terræ sanctæ* hîc de re multa habet. Sed nunc & aliquos, qui eadem hæc Germanicè descripserunt, subjungere lubet. Et quidem Leonhardus Rauwolff in seiner Orientalischen Raiß ita scribit, das heilige Land (welches nach der verheissung den Altvättern gethan / die Israeliter lange zeit besessen / vnnd innen gehabt) war etwan (wie im 5. Buch Mosi am [illegible] zulesen) daß fruchbarste / reichste Land, von getreidt / Früchten / Weinwachs / vnd allem dem / was zu deß Menschen leben vnd auffenthaltung gehört / Wie dann der Herr selbst gesagt / daß er jhnen ein Land / so von Milch vnnd Honig fliesse / wöll eingeben: Dann es hat schöne Thäler / Berg / Felder / vnd Lustgärdten / mit Brunnen / Bäumen / herzlich gezieret / daß also dieselb wol für ein irrdisches Paradeys erwehlet worden / darinnen Adam vnd Eva gewohnet / Gott geehret vnd gedienet haben Wie nun daß Land guete halber / also hat die Statt Jerusalem / so mitten inne liget / andere Stätt in gebäwen / herzlichkeit / bevestigung / vihle der Innwohner / alle vbertroffen / So hat auch GOtt der Herr sie von anfang besuchet / jhme da lassen erbawen ein Hauß / daß er für andere erwehlet / vnd seinem Namen geheiliget hat: Vnd vber daß / hat er sie auch mit ho-

hen=

hen Priestern / Königen vnd Propheten begabet / so lang biß Gott der himmlische Vatter / seinnn eingebohrnen Sohn selbst / vnsern Herrn Jesum Christum / ins fleisch gesand / der jhnen seinen willen mit Lehren vnd wunderzeichen geoffenbahret hat. Nach dem sie aber seine gnedige heimsuchung nicht erkennet / noch seine gesandte auff- vnnd angenommen: sonder viel mehr die verhönet / getödtet / dem Herrn der Ehren selb verworffen / sich an andere Götter gehencket / die angebettet / vnd jhnen gedienet haben: hat sie auch Gott endtlich verstossen / vnder die Heidenzerstrewet / jhren Tempel sampt der Statt verbrennet / außgereüt / vnd jhr Landtschafft zur vnfruchtbahren Wüstin gemacht / das also die straff vber sie ergangen / die jhnen der heilige Prophet Esaias an seinem 13. Capitel zuvor verkündet / da er spricht: Sihe deß Herrn tag kompt graussam / zornig / grimig / das Land zuverstören / vnd die Sünd darauß zuvertilgen: wie auch am 28. Da er redet von dem vntergang Jerusalem: Du hast die Statt zum Steinhauffen gemacht / die starcke Statt zum vndergang / sie würd inn ewigkeit nicht gebawet / darvon würd auch geredt Danielis am 9. &c. das soll billich vns vnd allen Menschen zur Warnung ein Exempel des strengen zorens Gottes / biß an jüngsten Tag sein. Dann von der herrlichen Statt Jerusalem / die Gott für andere erwehlet / vnd jhren gewaltigen gebäwen / derenthalben die alte Statt vor der zerstörung gar hoch berhümet gewesen / ist heütigs tags so gar nichts zusehen / das einer bald zweiffelt / ob sie an dem Ort gestanden: da mans nicht bey etlichen heiligen Orthen / vnnd der Gelegenheit herumb / eigentlich möchte abnemmen. Ist also deß Irrdische Hierusalem / von wegen der vnglaubi-

glaubigen Innwohner / die den gesandten Messiam weder erkennen / noch sein lehr zu jhrem heyl wollen annemmen / außgedilget: vnd hergegen widerumb der weeg den Heiden zum Himmlischen Geistlichen Jerusalem / auffgethan / vnd durch die heilige Apostel zubawen angefangen worden. So seind sie auch von jedermann dermassen verhasset / vnd verachtet / sonderlich aber von den Türcken (die jhnen bald feinder seind / dann jrgend einer andern Nation) daß sie die nicht vnder sich wurden leiden / wann sie die Juden nicht von Türckischen Kaiser vmb ein grosse Summa gelts / sondere vergünstigung hetten: zudem bewohnend heütiges tages jhre Statt / vnnd Landtschafften / Türcken / Mohren / Arabes, die diß bawens vnd pflantzens wenig achten / leyden lieber Hunger / dann daß sie mit jhrer Hand arbeit / etwas gewinnen solten. Vnd ob schon aussen herumb die gegend / sonderlich vmb Jerusalem / gebürgig / rauch vnd übel erbawet / durchsuchen sie gleichwol die erbawte örter / so hin vnd wider zufinden / vnd durchstreiffen die / wie die hewschrecken mit hauffen / also daß man Jährlich / nit geringen abgang spüret. Dieweil dann vmb die Statt der Feldbaw gering / vnd also jhr einkommen gar klein / muß man jhnen vast alles / was sie bedörffen von andern orten zuführen. Also ist auch die Statt Jerusalem / die noch zimlich groß / gar vbel erbawet / vnd hat innerhalb rinckmauren (die vom Türckischen Kaiser vor etlich Jahren / gar new herumb gefüret worden) große weite plätz / die öd ligen / vnnd so voller schrofen vnd stein seind / daß man darvor auff denn Plätzen nit wol kan vmbgehn: So seind jhre Garten (auch die so innerhalb der Statt ligen / vnd vbel gezäfft seind) mit nidern meürlin von koth eingefangen.

gen/ daß die kaum von anderthalb/in zwo eln hoch/ vnd ein jeder darüber ohne müeh wol mag steigen: solche werden in kurtzer zeit von regen widerumb verflößt/ daß also die Leut an denen/ein ewigen baw haben. Ihre behaußungen seind auch klein vnd nider / haben wend mit erdten gekleibet / deren zimlich viel bawfellig seind / viel gar auff einem hauffen ligen: Also ists auch mit den Kirchen beyder Apostel S. Joannis vnd Petri / der gefängnus Petri/ behaußung Veronicæ (welche alle die Cordelier darfür weissen) sampt andern mehr orten geschaffen/ Ja man findt etliche gaßen/fürnemlich aber bey jhrem Bazar oder Kauffhauß herumb / darinnen vast durchauß alte gewelbte Läden / die zum theil eingefallen seind: theils mit jhrem gesandetem koth so voll eingeschütt / daß das sehr an die gaßen herauß reisset: daher (sonderlich zur Sommerszeiten) in denselbigen herumb / der staub so dick liget / daß man alle schritt / so wol als im schnee / oder in sandechten wüstinen / spüren kan. Bey dem allem wol abzunemmen / daß die Türcken mehr verwüsten/ dann sie wider erbawen: deßhalben sie recht Türckē/ daß ist soviel geredt / als verhörger / verderber / mit dem nahmen vnnd werck / genennt werden. Wie aber nun die Statt/ in jhren rinckmauren nicht bald kleiner / als die alte gewesen/ möchte einen/in ansehung der jetzigen gebäw / wol wunder nemmen/ wie sich vmb die zeit der zerstörung / ein so grosse menge Volcks in die zehenmahl Hundert tausend / darinn hät mögen verhalten. Jerusalem ward vor Jahren mit tieffen klingen / gräben vnnd thälern vmbgeben vnd verwart/fürnemblich aber an dreyen seyten/gegen Mittag / gegen auff vnnd Nidergang: daß man also nicht so wol möchte hinzu kommen / dann

namhafft/hat aussen herumb hohe Wänd/hohe Felsen/tieffe Gräben vnnd Thäler/ daß der nicht bald zuersteigen gewesen/ dann allein an der einen seiten gegen Mitternachtwarts/ da er gegen der vnderen Statt haldet: das also die Burg vnd Statt David/so darauff gelegen/gar vest/vnd gleich vnvberwindtlich gewesen/ wie solches auß dem 48. Psalmen zuverstehn/ da also steth: Der Berg Sion ist wie ein schön zweiglin/ des sich das gantze Landt tröstet/ an der seiten gegen Mitternacht/ ligt die Statt des grossen Königs. Dieweil dann daß Schloß vnd die oberstatt Millo, mit Thürnen vnd Mauren dermassen bevestet vnd bewahret/ das die nicht wol zugewinnen ward/ haben die Iebusiter (nach dem schon daß verheissen Landt Canaan, sambt der Statt Jerusalem/ eingenommen worden) sich darinnen vor dem gantzen gewalt Israëls, welche die offtermahls vnderstanden zuerobern/ lange zeit auffgehalten/ vnd die Statt Jerusalem/ nach jhrem namen Iebus genennet: biß das der Königlich Prophet David kommen/ der sie mit gewalt erobert/ nach welcher/als er das obertheil der Statt widerumb erbawet/ das Schloß in ein gebäw darzu gebracht/vnd alles mit mauren vmbgeben/ hat er die nach seinem namen Davids Statt genennt sein Hoffhaltung darinnen angericht/seinen Helden vnd Bevelchsleüten wohnungen eingeben. Vnder welchen auch Vria einer wahr/ der sein behaußung nahe bey deß Königs Palast hat/ in welcher der König/ als er auff das Dach seines Haußes gieng/ sein Weib die schöne Bethseba ersehen. Die behaußungen/ haben von alten (wie die auch noch zu vnseren zeiten erbawet seind) an statt der Dächer/geschlagne Esterich/ daß mann darauff kan vmbgehn: als

an disem ort zustehen / daß der König David erauff gangen / vnnd auch ferner im 2. Capitel deß Buchs Iosua, von dergleichen würd gelesen / da also geschriebē steht: Als die zween gesandte Kundschaffter deß gelobten Landes zu Iericho, bey der Rahab eingekert / vnd der König ließ nach fragen / seyen sie auff ihr begehren auff daß Dach gestigen / vnd von ihr vnder die Flachsstengel / welche sie darauff außgebreitet hatte / versteckt worden. Nach dem aber nichts so gewaltig / herrlich vnd wolverwahret auff disem Erdboden / daß nit zergenglich / ist auch diser irrdische Berg Sion / sampt dem vesten vnd starcken gebäw (der mehr deß rechten Felsens in Sion / Christi vnsers Herrn / seines himmelischen Reichs / vnnd Christlichen Kirchen / darauff erbawet / ein fürbildung gewesen /) dermassen verwüestet vnd verhörget worden / daß der grösser vnd höher theil vor der Statt / (außer der Türckischen Moschéen, etlichen Häußlin / vnd Aeckerlein darbey /) gar öde liget / mit steinen vnd schropfen zimlich bedecket. Ervolget also was Micheas am 3. zuvor geweissaget: da er also spricht / Sion würd vmbgewert willen / wie ein Feld gepflieget: vnd Jerusalem zum steinhauffen / vnd der Berg deß Tempels zu einer wilden höhe werden / vnd Jeremias im 5 seiner Klaglieder: der berg Sion liget so wüest / daß die Füchse darüber lauffen. Item Esaias am 3 dz die Thürn vnd Vestungen zur ewigen Hülen werden / den Waldeseln vñ Thieren zur wohnunge. Do dem innern theil deß Berges auff der halden gegē abendwarts / an der Vischporten / liget der Türcken Castellum, daß am gebäw auch new / mit mauren vnd graben zimlich beschlossen / vnd mit einer Türckischen besatzung verwahret: Vnder der Porten

stehn

stehn etliche grosse stuck Büchsen/die Christen/so von allerhand Nationẽ als Armeniern, Georgianern, Abyssinern, Latinern, &c. mit hauffen/ sonderlich auff die grosse Fest/ dahin kommen/ abzuschrecken: dann sie besorgen die Statt möchte von jhnen sonst widerumb mit gewalt eingenommen werden. Innerhalb der Vestin/neben der Vischporten/steht noch ein starcker hoher Thurn / von grossen gehawnen quatersteinen auffgericht / weil der vor alter gleich schwartz: wöllen etliche/daß er zu der Burg gehöret/ vnd seyd den zeiten her der König in Iuda gestanden sey. Ferner gegen Auffgang von der höhe deß Berges Sion, ersihet man den Brunnen/vnd die Wettin Siloah, vnden im Thal / vom Iosepho Tiropæon genennet / welches disen vnnd dem Tempelberg Moriah getheilet: daß ward zwischen beyden zimlich eng / vnd erstrecket sich vom Bach Kidron gegen Mitternacht/ der Schedelstatt zu/ daselbsten herumb daß thal widerumb ein so gute weite hat/ daß auch die vnderstatt Jerusalem (vom Esaia am 10. vnd Zacharia am 9. die Tochter Sion, vnd Jerusalem genandt) darinnen gelegen. Auß dero (nahe bey der Porten deß Brunnens Siloah, die heutigs tags vermauret) der weeg hinauff zur Porten Sion, in die Oberstatt gegangen/ durch welche beyde Thor / vnser lieber Herr Christus vom Oelberg / gefangen vnd gebunden ist ein die behausung Hannæ vnd Cayphæ geführet worden. Dises thal ist nach der verwüestung dermassen beschüt / vnnd außgefült worden / daß zu vnseren zeiten gleich kein tieffe mehr / dann allein außer dem Brunnenthor/ bey dem Wasserreichen Brunnen Siloha zusehen: darbey noch der Teuch / auß dem der Blinde seine Augen (mit dem speichel vnd koth / wie Johannes

am 9. überstrichen) nach dem geheiß deß Herrn ge-
[illegible] / vnd gesehend ist worden. Innerhalb der
Statt / lag nahe bey dem Berg Sion, ein anderer
Moria genant / durch daß thal Tiropæon, darvon
getheilet: welches heütiges tages dermassen auß-
gefüllet / vnd dem boden / wie oben gemeldt / ist zu-
geebnet / daß hierumb gleich kein tieffe noch vngleich-
heit mehr zuersehen. Diser stosset / wie auch der an-
der / biß an den bach Cedron; vnd liget auff beyden
die Statt Thalheldig gegen Mitternacht / der ist in
Heiliger Schrifft gar namhafft / wie mann dann
lisset / im 1. Buch Moisis am 22. Capitel / das disem
Berg / der fromme Patriarch Abraham, habe sei-
nen Sohn Isaac, zum Brandopffer dem Herrn auff-
opfferen wöllen / auff welchem Melchisedeck, der
erste stiffter vnd König der Statt Salem, vnd Prie-
ster Gottes des aller höchsten / erstlich hat einen
Tempel erbawet / vnd darvon die Statt Jerusalem
genennet. Also lesen wir im Buch der Cronic / am
3. das auch auff demselbigen heiligen berg / der Kö-
nig Salomon lang hernacher / hab angefangen zu-
bawen das Hauß des Herrn zu Ierusalem. Diser
ward vor Jahren zimlich hoch / mit tieffen gräben
vnd klungen vmbgeben / das auch denen / die von o-
ben hinab in die tieffe sahen / schwindelt. Derhalben
Pompeius vnnd Titus, sich hart bemühet / biß sie
auff den berg kommen / den herrlichen wolerbawten
Tempel erobert vnnd eingenommen haben / welcher
in der letzten verwüstung abermahls / wie zuvorau
vom Nebuchodonosor, verbrennet / geschleifft /
vnd verhörget worden: Demnach nun der Tempel /
sampt dem Berge so gar verwüestet vnnd vmbkert /
ist heütigs tages der / wie er vor alters her gewesen
nicht wol mehr zuerkennen: hat also ein jeder so für-
über-

über geht (weil der Herr seines Haußes/ so darauff gestanden/ vnnd seinem namen geheiliget gewesen/ nicht verschonet (wol vrsach/ darab sich zuentsetzen/ vnd darbey zuerinnern/ des strengen zorns Gottes wider die/ so den Hern jhrn Gott verlassen/ hingegen anderen Göttern dienen/ vnd sie anbetten. Disen Berg vnd blatz des Tempels Salomonis, haben jetziger zeit die Türcken eingenommen/ dene jhnen zugeeignet/ vnd auff demselbigen ein Mahometische Moschée, oder Kirchen erbawet. Die ist wol nicht sonders groß vnd hoch/ aber schön vnd mit Bley bedecket/ hat ein grossen weiten vorhof herumb/ der mit weissen Marmelsteinen gepflestert/ hin vnd wider mit Pomerantzen vnd Dattelbäumen/ lustig besetzet/ vnnd auch an den seiten herumb/ etliche hohe Thürn vnd Porten stehn/ vnder denen sonderlich ein grosse/ gleich an jhrem Bazar oder Kauffhauß/ die gar alt/ hoch/ vnd von schöner arbeit/ deßhalben die Barfüesser Monnich/ solche für die schöne Porten des Tempels Salomonis weisen/ vor welcher soll/ wie Act. am 3. steth/ der Mann so von Mutterleib kam gewest/ gesessen sein/ der Petrum vnd Johannem vmb ein allmussen gebetten: Hisce consimilia ferè habet Salomon Schweigger in seiner Raißbeschreibung. lib. 3. cap. 28. & seq. quæ non transcribo. At notatu tamen digna videntur, quæ idem ille scribit, cap. 32. de Sepulchro Christi. Zwischen zwoen Capellen steth das Gewelb/ oder Felß des Grabs Christi/ mitten innen: in welchem Felßen man durch das förderst vorgebäw hinein kompt/ dann der Felß hat ein viereckt Thürlein/ vngefehrlich einer Eln hoch/ vnnd so breit/ dardurch mann hinein schlieffen kan: ausserhalb ist der Felß mit Marmortaffeln überzogen/ daß mann nicht

warnimbt / das ein Felß darunder ist / oben drauff ein Thürnlein von Holtz / allein zur zier gemacht: inwendig aber sihet man den Felßen / der ist 8. Schuh weit / 8. Schuh breit / vnd soviel hoch / also das nicht mehr dann vier Personen darinnen stehen können neben einander / an der einē Wand / steth ein grawer Marmorsteiner Kast / fast einer Eln hoch / vnd einer Eln breit / der reicht der leng nach / von einer Wand des Felßes / biß zur andern: neben demselbigen ist noch so viel Platz / das 4. Personen daneben mögē stehn oder knien. Diser Felß hat ein klein Fensterlädlin / sonst ist es inwendig finster / aber es hangen bey 20. Ampeln Tag vnd Nacht darinnen etliche halten darfür / das der Marmorsteinin Kast / sey das Grab darinn der Leichnam Christi gelegt ist gewesen / etliche aber halten die höhle deß Felsens für das Grab vnd den Kasten allein für einen Altar: diser meinung fall ich meines theils auch bey / das nemlich der Herr Christus / in den holen Felßen / vnd nicht in den Kasten sey gelegt worden / dann die Jünger vnnd die Matronen / welche den Herrn im Grab willens waren zusalben / sahen von fern durch die Thür hinein / das die Leinwat nur allein / vnnd Christus nicht dabey verhanden war / diß haben sie wahr genommen / ehr sie inn den Felßen oder höhle hinein sein kommen / welches nicht het sein können / wann Christus wer im Kasten gelegen / dann sie hetten müessen inn den Felß hinein gehen / alsdann hetten sie erst gesehen / das Christus nicht verhanden wer. Dergleichen Begräbnus / sihet man noch heutigs Tags zu Jerusalem / ausserhalb der Statt / in den Felßen vnd Bergen / da man auch von weitem hinein / durch die engen Löcher sehen kan / das gleichwol die Leichnam der verstorbenē in hültzern Sär-

gen

gen auff vier Füssen / etwa ein Schuh hoch von der Erden stehen. Dann vielleicht will Gott der Allmechtig diß Grab zum zeügnus lassen vberbleiben / damit die Völcker in Orient / sonderlich die Türcken vnd vnglaubigen kein entschuldigung jhres vnglaubens köñen fürwenden: wie dann diß Grab durch alle Königreich in Orient bekandt ist / wiewol etliche darfür halten / daß das H. Grab / nicht allein in der zerstörung / so von Tito Vespasiano geschehen / sondern auch in nachfolgenden zeiten / als es wider auffgericht / vmb das Jahr Christi 1246. von dem Tarter König Cassano / vnd Tamerlano / wie auch von Türckischen Kayser Mahomet / sey gantz vnnd gar zertrimmert worden / an dessen statt die Münch hernach ein ander Grab gebaut / vnd für Christi Grab gezeigt haben biß jetzundt. So findet man auch die fürgeben / was massen Anno Christi 1226. als Italia von mechtigen vnnd vielfältigen Erdbeben geplagt war / sey das Grab Christi zu Jerusalem / etlich Elen tieff vnder die Erden gesuncken / darauß man möcht schliessen / das diß Grab Christi / so heutigs tags steth / keines wegs sey das jenig Grab / darinnen Christus vnser Herz begraben worden. Das Heilig Grab / bedünckt mich aber kein erdicht Heiligthum / sondern ein warheit das Grab Christi seyn: in ansehung das dasselbig ohne schrecken / vnd ohn entsetzen / von niemand / es seyen Christen oder Türcken / mag gesehen werden. Dann als ichs gesehen / gieng ich nicht der gestalt hinein / als hielt ichs für das Grab Christi: sondern wie alle andere Heilthum mir verdächtig waren / als wann es nur erdichte Heilthumb weren oder geltnes / also auch diß / doch als ich hinein kam inn das Gewölb / kam mich vnd auch die Herzn in der

Gesellschafft/ein solche forcht vnd schrecken an/ das vns alle Härlein gen berg stunden / vnd vns beduncket/ wür schwebten zwischen Himmel vnd Erden/ ja als weren wür von der Erden verzucket/ es erweckt auch ein solche hertzliche Andacht vnd Eyffer in vns/ gegen Christo/ zum Gebett/ vnd Christlicher Dancksagung das vber alle massen ist.

Vrbis Hierosolymæ modernus situs, & conditio. 1.

De Templo Hierosolymitano, Aedeve ad Sepulchrum Salvatoris nostri. 1.

Sepulchrum Christi, verè adhuc extat, & non sine summa commotione videri potest. 2.

F I N I S.